


143

NAME	...
...	...
...	A
...	3
...	...
...	190

~~26.a.3.31.~~



143

NAME	
NO.	A
DATE	3
TIME	
190	



~~26-a-3-31~~

R. 2410  
[2418]

B&

DE VITA,  
ET LAUDIBVS

S. P. N. AVR. AVGVSTINI  
Hipponensis Episcopi, & Ecclesie  
Doctōris eximij.

LIBRIS EX.

AVTHORE P. F. LVDOVICO DE ANGELIS  
Portuensi Lusitano, eiusdem Ordinis Eremitarum alumno, & Chronista generali, Doctore Theologo, & publico in Collegio Sancti Augustini Olisipponensis Sacre pagine quondam interprete.

*M. del coispro de  
la comp. de fons  
de gran...*



CONIMBRICAE,

Cum facultate Inquisitorum, & Ordinarij.

Ex Typographia Didaci Gomez de Loureyro. Anno 1612.



A P P R O B A T I O.

**D**E mandato admodum Reuerendi Patris Magistri Fr. Francisci Pereira Prouincialis huius Prouinciæ Lusitanicæ Ordinis Eremitarum S. Augustini, euolui, & perlegi hunc Tractatû R. P. M. Fr. Ludouici de Angelis, de vita, & laudibus Sanctissimi P. N. Augustini in sex libros distributum, in quo nihil esse arbitror, quod pias aures iure offendere possit, & sunt quamplurima, in quibus, & eximia auctoris diligentia, & exacta, ac sedula veritatis indagatio elucet: quare, inoffenso pede, perlegi posse existimo, dignûq; iudico, vt in publicum prodeat, ad beatissimi P. Augustini, totiusq; Eremiticæ religionis gloriam, nunc breuiter deliniandâ; quousque perfectam horum omnium historiam idem met M. Ludouicus, vt speramus, conficiat, & Ecclesiæ Dei legendam exhibeat. Ex hoc Conuentu D. Mariæ de Penha de França extra muros Ciuitatis Olisipponensis 15. Octobr. an. D. MDCXI.

*Fr. Emmanuel de Conceptione.*



FACULTAS R. P. PRO-  
uincialis Ordinis Eremitarum Sancti  
Augustini Lusitania.

( 55 )

**N**OS M. Fr. Franciscus Pereira Prior Pro-  
uincialis Ordinis Eremitarum S. Augustini  
in hac Lusitana Prouincia, Presentium tenore fa-  
cultatem facimus P. Fr. Ludouico de Angelis in Sa-  
cra Theologia Doctori, huius Prouincia alumno, &  
totius Ordinis generali Chronista; ut sex libros, quos  
de Vita, & Laudibus S. P. N. Augustini com-  
posuit, quosq; Patres, quibus id commissimus, appro-  
barunt, possit typis dare; si ijs, ad quos spectat, ita vi-  
debitur; in quorum fidem, has literas manu nostra  
subscriptas, minoriq; officij nostri sigillo munitas, ei  
dedimus, in Conuentu nostro Virginis Gratiarum  
Olisipponensi XIV. die Nouembris MDCXI.

Fr. Franciscus Pereira Prouincialis.

C E N S V R A.

**L**EGI librum de vita, & laudibus D. Au-  
relij Augustini à R. P. Fr. Ludouico de  
Angelis, eiusdem Ordinis Eremitarum, Do-  
ctore

ctore Theologo, & sacrae paginae doctissi-  
mo interprete elaboratum, quem inoffenso  
pertransiui pede: in eo multa sunt, quae cu-  
riosum lectorem iuuare possunt, in indagā-  
dis historijs mira diligentia, in eruenda veri-  
tate libratum iudicium, inest sermonis ve-  
nustas, in quo est apprimè eruditus, Sāctorū  
Patrum accurata lectio, maximè Diui Au-  
gustini, cui se adeò familiarem exhibuit, vt  
non tam Ludouicum Diui Augustini vitam,  
enarrantem, quam ipsummet Augustinum  
suam ipsius vitam conscribentē, propemo-  
dum putes: quare dignum existimo, qui ty-  
pis excudatur. Olisipponē III. Decembr.  
MDCXI.

Fr. Antonius de Saldanha.

FACULTAS SUPREMI SENA-  
tus Sanctae Inquisitionis Lusitaniae.

**V**ista a informação podesse imprimir este Li-  
uro, & depois de impresso torne a este Conse-  
lho, pera se conferir, & dar licença pera correr, &  
sem ella não correrá. Em Lisboa 5. de Dezembro  
de 1611.

Bartholomeu da Fonsêqua.

Rui Pirez da Veiga.

9 3 FA

FACULTAS ORDINARII  
Conimbricensis.

¶ Podesse imprimir.

O BISPO CONDE.

---

FACULTAS SUPREMI  
Senatus Regij Lusitaniæ.


**P**odesse imprimir este liuro, vista a licença do Sancto Officio, & depois de impresso tornara a esta Mesa, pera se taxar, & antes disso não correrá. Em Lisboa a 7. de Dezembro de 1611.

\*Fernão de Magalhães. Luis Machado.  
Barbosa. D.Veiga. Franc. Vas Pinto.

---



ILLV-



ILLVSTRISSIMO, AC RE-  
uerendissimo D.D. Fr. Alexio de Menezes  
ex Familia Eremitarum, olim Goensi Ar-  
chiepiscopo, & pro Rege gubernatori, iam  
Bracharensi, ac Domino, tunc India,  
nunc Hispania totius Primati.



EDIISTI tandem deside-  
rate, tam multa, tam longa in-  
tercapedine, gratulor; Maeste  
animo; ob prosperam tuã na-  
uigationem gaudeo; ob salu-  
tem, & incolumitatem triumpho. Amabò  
non laudo te hominem in vita tua: nam *pon-*  
*ditus meum, amor meus, eo feror, quocunq, feror;* laus <sup>Aug. 3. C62</sup>  
attollit, exornat alios; Cœlum verò cœli, <sup>fel. 9.</sup>  
quod Hebræi, Aquila in nubibus, quod Gre-  
ci dicunt, verè tu es: nec altiùs ire, nec effin-  
gi potes pulchrior: amoris ergo pondere ia-  
ceo; non laudo maiorem omni laude: non  
te, sed ouem tuam, pro qua te ante Deum

¶ 4. abne-

## Epistola

abnegas, & adstruistē non esse te; sed ipsam tuam errantem, deperditam: non laudo hominem; sed lutum aliud; sed saphirinum illud Dei opus: aut Angelum humanum; aut hominem Angelicum; non ferientem vertice, pedibus terentem sidera: non te laudo hominem in vita, mortuū mundo, cui quotidie moreris, ne moriaris æternum: non te denique laudo hominem in vita tua; quando non tua, sed æterni Dei est, cui illam in bellissimo ætatis flore dedisti, donasti, dicasti.

Quæ fecisti te laudant, & speciatim hæc (non blandior) quadraginta parochias cum suis ministris & necessarijs omnibus, in tua Goensi Diœcesi de nouo erexisti: hanc in rebus Ecclesiasticis sexdennium, quorum tres in secularibus totam Lusitanorum Indiam, feliciter gubernasti, Bis, te Indiam gubernante, Mossambiquiū, semel obsessa fuit Malaca per Hollandiæ hostes, sed vtraque vrbs defensa ad victoriam vsque, & magnam nominis Lusitani gloriam. Gentiles, & Mauros numero tam multos ex vtero baptismi peperisti, vt Gouueana de tuis gestis copiosissima historia plures taceat, quam dicat. Mauros, & alios Indiæ populos nutu flectebas,

## Dedicatoria.

bas, quite, *Mar* vocabant, hoc est Dominū: vnde magnus ille Mogor tres fratris sui filios aqua baptismali lustrandos, & tertium tuo nomine illustrandum, obtulit, dicens te tanti à se æstimari; quanti Reges Hispaniæ, Carolum, Philippum, quorum nomina primis duobus imposuit. Piperis Reginam, aliosque infideles Reges, & schismaticum Babylonix Patriarcham conculcasti. Pro Christianis Diui Ioannis, vt appellant, circa Euphratem reducendis, plurimū laborasti, Malabaricos Sancti Thomæ reduxisti ad fidem Catholicam; David Patriarcham Armeniæ, sex Episcopos, & horum subditos omnes. Portentosum Mahometi præsidium (ita vocabant Maurorū Reges, & Dynastæ) Cunhalensem tyrannum, raptorem, archipiratam, omnium, Christiano, & Lusitano nomini, quos Orientis Solis oculus vidit, infestissimū, primū hortatu, & cōsilio tuo maturissimo (nec enim tunc Indiæ gubernator eras) contra omnium opinionem oppugnasti, deindè multis subsidijs expugnasti, ac tandem gladio, & arcu Iacob; id est prece, & oratione ad internecionem vicisti. Duo Paniquales (hi sunt apud Malabares gladiatorū gymnasiarchæ) tribus cum millibus tibi aduersus

## Epistola

uersus impium Næstorem, & perfidos eius sequaces intrepidè prædicanti, destriçtis super venerandam coronam tuam gladijs, adfistentes, tandem benedixerunt, quem antea mactare iurarunt. Aquila non ita contemnit muscas, vt tu scopeta, lanceas, sagittas, veruta, gladios acutissimos; vt non semel par fuit videre, apud montes Malabaricos, & speciatim in Parumensi illorum oppido, quibus sanctum Confirmationis sacramentū, Apostolico spiritu, penitus intimasti. Maleficus satis notus, pecunia multa corruptus; prædicationis tuæ lampadem instar Solis elucentem, vt obscurat; sua edit omnia signa, & nulla insignia; Dæmones inuocat, non reuocat; vocat, vociferatur; at illi! vel non audiūt, vel nihil audent aduersum. Biduana aeris tēpestas ita cœlo terram miscebat, vt publicū capere sine vento, & pluuia desperarent homines; vbi tamē ingeminasti; efferatur crux, efferatur crux; obediunt venti, nubes clarescunt, fugit procella, & mille stant subitò spectacula: hæc, finita processione post Synodū à te facta apud Malabaricos, continuo finiūtur, & redeunte imbre, omnes definiunt omnia à te cœlitus definita. Pro festiuitate sonat bellicum tormentū, & frangitur, in ipsa gra-

## Dedicatoria.

gratiarum actione, bonam sui partem torquet in hominem, retorquet in murum, ô mirum! frangit hunc, & intus penetrat; illū supernè tangit, ac vix lædit; sic infernus, terra, aqua, aer, ignis, cœlum, vel tibi conformari, pacem, & fidem Romanam prædicanti, vel tua confirmare videntur: vt ipsi Catholicę matris infantes Malabarici die, ac nocte; priuatim, & publicè, in vijs, in domibus, exhilarati prædicant, atque compositis de more hymnis, perfectissimè laudant. Synodū confecisti insignem, Catechismum veritate Catholica resplendentem; conciones innumeras, non minùs pias, quàm doctas: inter quæ, cæci sunt, non iudicantes, luminaria magna inter stellas; libros duos à te scriptos de vita, & exemplis Augustinianorum tam in partibus Orientis Indiæ, quàm Occidentis, Lusitanix. *Multa prætereo, quia multum festino.* Crucifixisti, sepelisti avaritiam; Crux, Mausoleum resplendet Olisippone, in monasterio Gratiarum, in triumphum tuum, in gloriam Dei maximam. Per te Augustinięses vbique gentium augustiores florent in Perside, rutilant in India, micant in Africa, coruscant in Arabia; sub aurea quorum institutione primum totius Orientis sancti-  
monia-

monialium monasterium, sanctè fundasti, & matris Monicae titulo ad cœlum, & Dei acceptionem erexisti. Quid de illis dicam ædibus à te extructis; vbi Christianæ, & nobiles puellæ, vel corporalibus, vel spiritualibus nuptijs, pro suo cuiusque libito, contrahendis, sub Augustinianorum doctrina, & habitu laudabiliter educantur? omnes approbant; vt & reclusoria tuis etiam institutis, & sumptibus ornata, quibus mulieres in Insula Goa peccatrices, & lubricæ ciuitatis barchra, pœnitentiam peragunt, nec solum sibi, sed alijs multis lucem præferunt melioris vitæ.

Cæterùm, hæc, qualiacunque sunt, plantasti, rigasti, fouisti; taceo de expensis liberaliter promissis, liberalius concessis, ante meritum, & opinionem certè meam. Ad illas venio tuas graues, & multas, quas, & aliquando sine debita rescriptione, bone Deus! cui, quis, vndè, qua de re, & quo adfectu scripsisti! mihi, tu, ex India, de rebus Ordinis nostri, fidem faciens non te, pro te; sed pro illis natum: meas responsivas conferebas, & præferebas cæteris totius regni, dicebas illas meliorem, dulcedinem tuam, hæc sola de causa, quia aliquid nunciabant Eremitici, & Augusti-

gustiniani Ordinis tui. Per fluxus ergo, & refluxus tuarum admonitionum Oceani, meâ in rebus Augustinianis fatuitatem extenuasti, & sale, si quod habent, respersisti: ecce ad te refluunt, à quo fluxerunt, vt iterum fluât, & à typographico cœlo, dulces, vtilis, & aliquo saltem puncto dignæ; sin minus, ad me reuertantur, qui, vt tyro in tenebris, & squalore non effero manum,

*Parmaq; inglorius alba.*

Et fortitudinem humanæ opinionis vitium, & infirmum esse eruditionem scio. Sed cur te eneco verbis istis, quo viuo, sit fas loqui, tota indiget Ecclesia, indiget Hispania, indiget Augustinianum istud cœlum, in propagationem, in honorem, in fulcrum Herculeum, seu Atlanticum. Vale.

*Mæcenæ atavis edite Regibus*

*O & præsidium, & dulce decus meum!*

Conimbricæ, MDCXII. die Iunij duodecimo, ipso festo beati nostri Ioannis de S. Facundo. Reuerendissimæ, & illustrissimæ D. T. addictissimus.

*Fr. Ludovicus de Angelis.*

Virg. 4. Georg.  
org.



A V C T O R I S P R Æ F A T I O  
ad Augustinianos.

Lib de ve-  
ra religion.  
c. 7.

**L**ibros legebam, fratres charissimi, & ex  
eis sectandæ Christianæ religionis  
caput (ita appellat Augustinus) historiã:  
hinc Ordinis nostri rerum collector in co-  
mitijs provincialibus Scalabi Lusitauorum celebra-  
tis ab hinc duobus lustris, vel supra, ab optimis pro-  
vincia moderatoribus factus sum, nullo (ni fallor)  
instigante, vel impellente; quem à triennio Reueren-  
dissimus Prior Generalis M. Fr. Ioan. Baptista de  
Aste chronistam ordinis totius destinauit: illico ani-  
mum rebus Ordinis, ex officio cudendis, & excuden-  
dis intendo, cum ecce occurrit, & volentem retar-  
dauit Patris Augustini discipulus Trigetius, qui tã-  
quam veteranus adamauit historiam: & ve-  
rè, ecquod studium aut ponderis maioris, vel ordi-  
nis altioris? in ipso limine impingebam; cum dignissi-  
mus eiusdem Lusitania Provincialis M. F. Francis-  
cus Pereira, Ordinis Romæ Hispanus iam olim Ad-  
sistens eos adhibet aculeos, ut regredi nefas videat-  
ur, progredi, currere, volare placeat in apertum sa-  
mæ nostræ campum;

Augustinus  
1. de Ordi-  
ne, cap. 1.

Lucanus. 1.

Tolle moras (inquit) semper nocuit differre  
paratis.

Primi-

Primitias ergo nostras videt præcoces quidem (si  
me audio) tamen ex aliorum mente maturas, vobis  
quos tutores voco, & patres, vobis, tangendas tol-  
lendas: tangendas fauore, tollendas à fructu non par-  
uo, non despicabili; quem ex nostra Augustiniana ar-  
bore pendentem maturum præscindam, & euulga-  
gabo: tu ò Deus! faxe, ad publicum usum, & gustu:  
chronicon a nobis exeat ordinis ab Augustino ad nos  
diductum, & continuatum, atq; alia sublimioris no-  
ta, ita te lucente, & illucente;

Lucret. 1.

Auia Pieridum peragro loca, nullius ante  
Trita solo, iuuat integros accedere fonteis  
Atq; haurire, iuuatq; novos decerpere flores,  
Vndè prius nullæ velarunt tempora Musæ.

Hic finirem, ni reliquum esset aperire animum meum  
in hoc opere. Duas videbam in Confessionibus Pa-  
tris Augustini conuersiones, priorem per internas  
Dei voces, ut Christianus esset, per externas alte-  
ram, ut monachus viueret; quas ipse sanctissimus  
Pater inter scribendum, submissius, & abiectius de se  
sentiens, multis Deo actis gratijs, aliorumq; precibus  
expetit, sic intricatas reliquit, ut vnã ab alte-  
ra vix discernamus, ambasque inter se valdè dis-  
cretas vnica[m] reputemus; quare statutum distin-  
ctas, hoc opere edicere, & explanare, eosdemque  
Confessionum libros, quibus (ipso Patre nostro Augu-  
stino teste) nil frequentius, & delectabilius.

1. de præde-  
finitione  
Sanctorum  
cap. 2.

Cre-

Crevit præter intentionem opus, vitamq̄, & laudes non paucas ad titulum pellexit, corpus sex in libros efformavit, posito ordine; in primo de vocatione Augustini ad vitam Christianam, ad monasticam in secundo, in tertio de baptismo tractamus, in quarto de monachismo, de sapientia, & sanctitate consequenter in quinto, & sexto: stilus quidem à multis, ex multis factus, fractus, & mutilus, aliquibus fortassis serpens, alijs multus, exuberans, & fastuosus: sed rationem attendit verba, sententias, anigmata aliorum retulimus, quod graue (non difficile) & nonnihil fastidij pariet, attamen maioris erit (si bene suadeo) auctoritatis, & emolumenti; nec aliter scribenda sensi, que mentis oculis iudicata, non istis visa corporeis: Ordini aduersa propellit, aduertit prospera, & nouo quodam dicendi genere vetustiora veterum, in libris in codicibus collapsa, reducit ad mentem huius aui; loquitur parum, minus eloquitur, ex illo Seneca.

Sen. in Oe-  
dipo.

Quid verba quæris? veritas odit moras.

Finio, & vos saluere iubeo; varia tango elogia, materiæq̄ subministro, qua multa tractare, vulgare, edicere possitis, fusè, perfusè, cothurno elegantius, Ordini fructuosius, Patri Augustino laudi, & decori, eterni, & præpotentis Dei glorie; ita aueo, ita voueo, tu ò Patrona! adspira votis, & huic operi coronam adde & colophonem, ò Domina Gratiarum!

Verfus anti  
qui, sed in-  
certi aucto-  
ris.

Ne scribam vanum, duc pia Virgo manū.

# DE VITA, ET LAVDIBVS

S. P. N. AVRELI AVGVST.  
Hipponensis Episcopi, & Ecclesie  
Doctoris eximij.

## Liber primus.

PRÆSCRIBIT EXORDIA,  
& conuersionem eius ad fidē Catholicā.

### C A P V T I.

Patria, natale, nomen, pranomen, nobilitas,  
insignia, parentes.



VGVSTINI semper nostri patria Tagasta, siue Tagestum, oppidum (vt inquit Plinius) Numidiæ liberū, & suo iure præditum apud Africam: in vetusta cosmographia,

PATRIA:

Plin. lib. 5.  
hist. c. 42

Partibus ista minor spatijs, est terra duabus  
Ast Augustino vincit utramq̄ suo,  
vel:

Petr. Vene:  
in cartine  
pro defen-  
sione Petri  
Pictauien-  
sis.

Augustinus hic est, quem nobis Africa misit  
Tertia pars orbis re minor, hinc potior.

Hæc Petrus venerabilis Diuo Bernardo ami-  
cissimus.

NATALE

Othoma-



Botherus  
in familia  
Austriaca,  
p. 2:  
Baron. ann.  
355.

Beda lib. 2.  
de Taberna  
culo, c. 3.  
NOMEN.

Sueton. in  
Augusto.

Aug. lib. 1.  
Conf. c. 6.

Fast. 7.

Eclog. 4.

Hymn. offi  
cij S. P. Au-  
gust.

Othomannorum superbia exorta, cuni  
Austriaca familia ipsam oppressura: sic an-  
no Domini CCCLV. pestis Ariana (testor  
Baronium) ad summum, & natum antidotū,  
de quo Beda: *Augustinus omnia, quæ fidem tur-  
bare poterant, hereticorum venena euacuat.*

Augustinus ab Augusto diriuatur, Augu-  
stum ab animum gēstu, gustu ve, vel ab auctu. Sue-  
tonius ait, Hęc in nostro scilicet Augustino,  
qui de materna, & vterina reclusione inquit,  
*nonnihil mihi indicatum est.* Fortè aliquod san-  
ctitatis auspiciū, vt pluribus Ecclesiæ viris:  
non enim parua, communia, & vsitata: sed  
magna, rara, & clara indicantur, cum ali-  
quid de illa: videant alij, & Ouidianum  
istud.

*Sancta vocant augusta Patres, augusta vocantur  
Templa sacerdotum ritē dicata manu.*

Augustu Augustum? Virgilius.

*Si quando sedem augustam, seruataq; mella  
Thesauris relines.*

Augustinus Christianæ dulcedinis thesau-  
rus, viuum Ecclesiæ alucare, cœlestis reposi-  
torium ambrosiæ, cui canimus:

*Frangis nobis fauos mellis*

*De scripturis differens.*

Auctus Augias apud Græcos, Ioseph apud  
He-

Hebræos, Augustinus apud Latinos: ex pri-  
mi oculis aut radios, tāquam solares emicuisse: per  
alterum crescere Deus fecit Israel, & auxit  
populum suum vehementer.

*Augustinus erat, quem Christi gratia cornu  
Vberiore rigans nostro lumen dedit auro  
Accensum vero de lumine.*

Cuius claritate (notanter Possidius) *multum  
creuit sancta Ecclesia*, pulcherrimè, & vbertim  
Sanctus Notherus:

*Hac mihi doctor retulit peritus*

*Nomen Augusti meritò retentans.*

Aurelius (Festo) est Aufedius, aureæ inquam  
sedis vir, & inter suos, vt aurum splendo-  
re, coruscans omni sapientiæ gloria. Hinc  
Salomon inter Hebræos in aurato folio; in-  
ter Græcos Socrates Tripode auri dignus:  
Brachmanas inter Hiarchas throno sedens  
aureo: non aliter Augustinus non viuus, sed  
post mortem Aureliano titulo afficitur, &  
primū mihi apud Claudianum cognomē-  
to Mamercum (aliàs Mamertum) hisce ver-  
bis: *Aurelius Augustinus & acumine ingenij, &  
rerum multitudine, & operis mole; velut quidam  
Chrysippus.*

Vt prænomen ei; ita dignitas Aureliæ fa-  
milix. *Hanc à Sabinis oriundam à Sole dictam pu-*

Thefaur  
ling. latin:  
in Augie,  
Plal. 104.

Prosper. de  
ingratis, c.  
23

Possid. in  
vit. Augu.  
cap. 12.

S. Noth. in  
hymn. de S.  
Stephano.

PRænomen  
Fest. in vo-  
ce Familia  
Aurelia.

Hieron. in  
prelog. Bi-  
bl.

Mam. 3. de  
statu animæ  
c. 10.

Dignitas.



Festus invo- cant; quod eidem publicus à populo Romano datus sic  
ce A rel. fa locus, in quo sacra faceret Soli. Sabini à Sabo;  
milia. Silius: Silius: 8.

..... pars laudes ore ferebant

Sabe tuas, qui de patrio cognomine primus

Dixisti populos, magna dictione, Sabinos.

Sabus multis Noe (aliter Noa) vini, Satorū  
inuentor; vnde Ianus; vnde Saturnus;

Patera, Sabinus.

Uisitor curuam seruans sub imagine falcem.

Noam in recta iustorum linea decimum po-  
nit sacra pagina, quasi decus, decanum, de-  
cumanum; quem (non ter, quaterq; beatum,  
amplius beatum) octauum iustitiæ præconē,  
hoc est supremam illorum laudem, ait San-  
ctus Petrus.

Fortè aliquis meras Stoicorum ineptias à  
me dici, fabulas, & geneologias deuitare iu-  
bet Apostolus: nihil abnuo; sed tales fabulas,  
tales ineptias, vellent aliqui patri suo gloriā-  
ter attribui, & appositè cantari: quasi Sol re-  
fulgens; sic iste refulsit in templo Dei.

Iam de insignijs, quoniam multa bona Sa-  
bus, siue Ianus, aut, vt aliqui volunt, Noa su-  
bita nauigatione Romanis artulit, titulo Dei  
donatus est, quo nullus melior, nullus ma-  
ior:

At bona posteritas puppim signauit in arc  
Hospitis aduentum testificata Dei.

Duo etiam illi attributa capita, tanquam sa-  
pientissimo,

.... A tergo, quem nulla ciconia pinxit.

Aureliorum ergo, & consequenter Augu-  
stini prima mundi insignia capita, & nauis;  
imò præcipua; vel cum illis compares, quæ  
per excellentiam signa, bis signa dicuntur à  
Daude: Posuerunt signa sua, signa. Augustinus  
comentatur: Aquilas suas, Dracones suos, signa  
Romana, reducta (vt habet Cassiodorus) ex  
Gallicis Castris per Camillum: nam Sum-  
mus Ecclesiæ Pontifex sanctior, augustior  
Imperatore Romano huiusmodi gerit insig-  
nia, capita scilicet Apostolorū Petri, & Pau-  
li, ac nauim, de qua Pierius in Hieroglyphicis.

Aduerto curiosiùs, Domino nostro felici-  
tèr Ecclesiam nunc gubernanti Sanctissimo  
Paulo V. ante sacram electionem erat Ca-  
millus nomen; Aquila, & Draco, signa Ro-  
mana, signa sui generis: quænam ei insignio-  
ra? an capita, & puppis? an Aquila, & Draco?  
aspice cum Virgilio imperij,

Reducentem signa Camillum;

Et ipsum Pontificem Paulo postponentem

A 3 Camil-

Ouid. r.  
Fast.

Perfius Sa-  
tyra. r.

August. in  
Psal. 73.

Cassiod. in  
chronic.

Pier. lib. 48

Aeneid. 6

Virg. Aen.  
7.

Genes. 6.

Petr. 2. ep.  
c. 2.

Epist. Mil-  
læ S. Aug.

INSIGNIA.  
Methodus  
apud Marti-  
num Peto-  
num lib. r.  
histor. Pon-  
tific. c. 4.

Camillum, Aquilam, & Draconem capitibus, & puppi.

C A P V T II.

Pater de numero Curialium: ait Possidius.

Instructio eius à primis annis in fide Catholica.

1. Nobilis, & generosus.

Appositam nigra lunam subtexit aluta.

**P** Radicat Ecclesia Catholica ubique diffusa debere paruulos baptizari propter originale peccatum. Chrysoftomus; & à primis nostris ducibus, Apostolis scilicet, diriuatū magnus tradit auctor Areopagita Dionysius: Augustinus tamen puer non fuit baptizatus: sed in eo gradu Ecclesie positus, quem in Africa reliquit ob falsas Manichæorum adhortationes; ob Ambrosianas verò recepit Mediolani, dicens: Figam pedes meos in eo gradu, in quo puer à parentibus positus eram.

Traditio Ecclesie. Chrysof. homil. de Adam, & Eva. Dionys. de Eccl. Hier. c. 7.

PAREN- TES. Possid. in vita Aug. c. 1. Iuuen. Sa. 3. yr. 7.

Isid. lib. 19. orig. c. 34.

g. Conf. 9.

6. Conf. 17.

Alcuin. epi. de cærem. Baptismi.

Aug. lib. de utilit. credē di. c. 8.

1. Confess. cap. 11.

Patricius enim nomine ab illis Patricijs oriū dus, qui patres patrię, literis aureis conscrip- ti, media quadam ornati luna, non sideris no- ta (notat Isidorus) sed centenarij numeri; quod in initio Patricij senatores centum fuerint.

Mater ad elogiorum cumulum, de quibus aliàs egregia de causa Patricia quoque; Pa- tricium enim coniugem in extrema vita tempo- rali eius lucrata est tibi; ô Æterne! nec in eo iam fi- deli planxit, quod in non fideli tolerauit. Augusti- nus hæc, suos vt dicat parentes virtute; nos honore clarissimos: nam virtus,

Diuitijs animosa suis, immotaq; cunctis

Casibus ex alta mortalia despicit arce:

Hanc tamen inuitat blande, vestigat, & vltro ambit honor.

Claudiasus in pœneg; Theod.



C A P.

Ambr. lib.  
de iniciat. c.  
4.  
Aug. 1. Cō  
f. 11.

*Credit & catechumenus; quia ipse signatur, ait Ambrosius; ipse Augustinus: & signabar iam signo Crucis, persequitur; ita iam credebam, & illa (hæc est mater Monica) & omnis domus; nisi pater solus, qui non euicit in me ius maternæ pietatis; quominus in Christum crederem; sicut ipse non credebatur.*

3. Concil.  
Carth. c. 5.

*Dabatur catechumenis olim sal, de quo Concilium tertium Carthaginense: per sollemnissimos paschales dies sacramentum, catechumenis non datur; nisi solitum sal. & Augustinus: condiebat eius sale iam inde ab utero matris meæ.*

1. Conf. 11.

*Baptismum in ipsa pueritia oppressus acuto stomachi dolore petiuit, non impetrauit breuiter conualescens: nam Africanis in more detrahente sæpè celeritatem de baptismo: quia post lauacrum illud maior, & periculosior in sordibus delictorum reatus foret. Id narrat Augustinus, & improbens: quanto ergo melius, ut citò sanarer, & id ageretur mecum, meorum, meaq; diligentia; ut recepta salus anima meæ tuta esset tutela tua, qui dedisses eam?*

August. 1.  
Conf. ca. 11.

3. Conf. 4.

Vualfrid. li  
br de offic.  
cap. 26.

*Tandem in gradu isto ad annum ætatis unde vigesimum, non ut est apud Vualfridum; & pænè usq; ad vigintiquinq; annorum ætatem, catechumenus perdurauit.*

## CAPVT III.

## Magnum ingenium.

**M**Adauros urbem, eruditionis ergo, petiuit, & omnes ibi præceptores (quod Philo de Moyse) intra modicum tempus superauit; natua docilitate præcurrens; ut reminisci videretur, non discere. Nam de se; *Omnes libros artium* (inquit) *quas liberales vocant, tunc nequissimus maiorum cupiditatum seruus per me ipsum legi, & intellexi quoscunq; legere potui.*

2. Conf. 3.  
Philo in  
Moyse.

*Etenim intellectus acumine, ingenij perspicuitate, disputandi acrimonia, inueniendi copia, diserendi subtilitate monstrum quoddam in natura fuit Augustinus, qui humanæ intelligentiæ terminos visus est transcendisse, vir intellectu, ut quidam ait, prope diuinus. Hæc Pater pauperum Archipræsul Valentinus, & sapientia, & sanctitate clarus ad miraculum, bonum respiciens auctorem, ut puto, Ambrosium Coranum (impropriè Coriolanum appellat Trithemius) qui tractatu Romæ in lucem edito sub hoc titulo; *Augustinus fuit imago Trinitatis*, ante centum annos probare contendit illum magis factum ad imaginem, & similitudinē Dei, quam ceteros mortales; hoc est omnium ingeniosissimum.*

Thomas de  
Villa noua  
ferm. 1. de  
S. Aug.

Trithemius in scrip-  
torib. Ec-  
cles.

Amb. Cora-  
nus in Apo-  
logia ordi-  
nis Eremitæ

August. 13.  
Conf. 32. Vide breuiter; imago, & similitudo, ad quã homo factus, in præstantia consistit intelligēdi; magnus Doctor id asserit, & hominem, inquit Deo, cunctis irrationabilibus animantibus, ipsa tua imagine, ac similitudine; hoc est rationis, & intelligentiæ virtute præponi. Ipse ergo Augustinus Hipponiæ Episcopus, vir super omnes, qui ante eum, & post eum hucusq; fuere mortales, admirabili ingenio præditus; & pulchro sensu magis factus ad imaginem, & similitudinem Dei, quam cæteri mortales.

Sixtus seu:  
4. Biblioth.  
in August.

Martinus  
Papa V. ho-  
mil. de Trã-  
slat. corp.  
S. Monicæ.

Eo iam auctore factum, ut non philosophis sapiē-  
tiam inuideamus, non oratorum eloquentiam desi-  
deremus; non deniq; nobis acumen Aristotelis neces-  
sarium sit; non Platonis eloquentia; non prudentia  
Varronis, non grauitas Socratis, non authoritas Py-  
thagoræ, non Empedoclis solertia, non cuiusquam il-  
lius generis hominum scientia, aut virtus exemplo,  
aut documento nobis esse debeat. Hæc Martinus  
Papa V. homilia de Translatione Beatissimæ  
matris Monicæ.

Auic. apud  
Ambrosiũ  
Lemouecẽ  
sem in fine  
gentilis, &  
Ioan. Ofor.  
serm. de S.  
Aug.

Et vera ostendunt Auicēnæ verba, si tamē  
illius, qui nec eiusdem cū Augustino patriæ,  
natione Persa, professione Mahometanus,  
& multis seculis posterior; Apparusti compa-  
riota noster homo mirabilis in vniuersa terra altis-  
simi intellectus, humanarū, diuinarūq; rerum sciē-  
tia,

et sapientia peritissimus, quod de te sentio, ac-  
cipe: parcant mihi Socrates, Plato, & Aristoteles,  
& omnes mundi sapientes: tu enim tantum scientiæ  
possides, quantum humanæ menti tribui potest.

Tages specie puerili, sed prudentia senex visus  
est, ait Cicero, Tagesensis noster adhuc puer  
canam multorū obscurauit senectutem; cū  
ait Deo: Inuenimus autem Domine homines ro-  
gantes te, & didicimus ab eis sentientes te, ut pote-  
ramus esse magnum aliquem, qui posses etiam non  
apparens sensibus nostris exaudire nos, & subuenire  
nobis: nam puer cæpi rogare te auxilium, & refugiū  
meum, & in tuam inuocationem rumpebam nodos  
linguæ meæ.

Hercules iste in cunabulis vecordiam in su-  
pradictis deprehendit, dicentē, in corde suo nō  
est Deus. Aristotelē reprehēdit, qui gubernationem  
infimarum rerū Deo denegauit, &  
ut est in Theodoreto; lunam limitē ei constituit.  
Alias deniq; serpētes huius mūdi cōprehēdit,  
& vtraq; manu strāgulauit: quia cū cognouissent  
Deū, nō sicut Deū glorificauerūt, aut gratias egerunt.

Aristoteles aliquibus Dæmonium ob sub-  
tilitatem (ait Ammonius) incredibilē tamen  
in omniscientiarum genere, nec vacuā fru-  
ctibus collocavit operam annos viginti Pla-  
tonis auditor: Augustino vero eisdē ætatis  
annos

2. de natur.  
Deo rum.

1. Conf. 9.

Psal. 52.

Theod. de  
diuin. Decr.  
titul. de pro-  
uident.  
Rom. 1.

Ammonius  
in vita Ari-  
stotelis.

annos, & neminē magistrū scribit Licentius hoc versu;

*Viginti emensus nam longos forsitan orbes  
Solis eras; cum te ratio pulcherrima mundi  
Ditior imperijs, & nectare dulcior omni,  
Corripuit, statuitq; vagum, medioq; locauit,  
Omnibus vnde aciem possis intendere rebus.*

Plato, inquirens vnde proueniat amor?

Academicam finiuit; Augustinus inde suam incæpit sapientiam: etenim animaduertebam in ipsis corporibus aliud esse, quasi totum; & ideo pulchrum: aliud autem, quod ideo dicerem; quo modo aliquid accommodaretur alicui; sicut pars corporis ad vniuersum suum; aut calceamentum ad pedem, & similia, & ista consideratio scaturiuit in animo meo, ex intimo corde meo: hæc ille addens; & scripsi libros de pulchro, & apto. ad Hierium natione Syrum tam græca, quàm latina facundia mirabilem.

Tanta ei facilitas, quanta cæteris hominibus difficultas in vastissimo scientiarum mari natans inter illos, quemadmodum Delphinus inter pisces: non enim sentiebam (inquit) illas artes, etiam ab studiosis, & ingeniosis difficillimè intelligi; nisi cum eis easdem conabar exponere; & erat ille excellentissimus in eis, qui me exponentem non tardius sequeretur.

Deni-

Denique ingeniorū Oceanus Carthagine visus est consecutus popularem auram & sq; ad Theatricos plausus, & contentiosa certamina, & agonem coronarum scænearum, vnam enim ita cōmemorat: *Erat eo tempore vir sagax medicina artis peritissimus, atq; in ea nobilissimus, qui proconsul è manu sua coronam illam agonisticam imposuerat non sano capiti meo, sed non ut medicus: nam illius morbi tu sanator, qui resistis superbis; humilibus autem das gratiam.*

### C A P V T IIII.

#### Scientia, & Mecænas Augustini.

Grammaticus.

Latinum sermone primū didicit, & sine magistro; nam, & latina, ait, aliquando infans vtiq; nulla noueram; & tamen aduertendo didici sine vllō metu, atq; cruciatu inter etiā blandimenta nutricum, & iocos arridentium, & læticias alludentium; didici illa sine pœnarum onere vrgentium; cum me vrgeret cor meum ad parienda concepta sua, quæ non possem; nisi aliqua verba didicissem non à docentibus; sed à loquentibus, in quorum & ego auribus parturiebam quidquid sentiebam.

Datus

Licent. ep.  
39. apud  
Aug.

Ficinus in  
Coniuium  
Platonis.  
4. Conf. 13

4. Conf. 14.

4. Conf. 16

1. Conf. 14

Possid. in vi  
ta. c. 4.

Datus tamen ad scholas; unde latinus, quā optimus Grammaticam prius in sua ciuitate, & Rhetoricam in Africa capite Carthagine postea docuit, & consequenti etiam tempore, trans mare in urbe Roma, & apud Mediolanum; ubi tunc temporis Imperatoris Valentiniani comitatus fuerat constitutus.

Rhetor.

4. Conf. 13

Multos antecelluit Rhetores non solum Carthagine, sed etiam Romæ: unde contingit, ut Mediolanum, sic inquit, ad docendam Rhetoricam; diuisione præposita, me probaturum præfectus tunc Symmachus mitteret.

Aug. lib. 6.  
tra Cresco-  
nium, ca. 2.

Cresconius Grammaticus Donatistarum partes impie sectans nihil magis fugiendum dicebat, quam Augustinum dicentem, qui ad ipsum: Cum me videris à nonnullis putari eloquentem; ut à me lectoris, auditoris ve studium deterreret, accusandam existimasti eloquentiam.

Secund. in  
epist. ad Au-  
gust. in to.  
2.

Secundinus Manichæus Augustiniana alioqui remordet, in eis tamen ait: Summum inueni ubiq; oratorem, & Deum pænè totius eloquentiæ. Ego nanq; fateor (ad ipsum) non tali diligentia, nec tanta industria Anicianæ domus micare marmora; quam tua scripta pellucunt eloquentia.

Dialecticus

Ex inconsiderata prodijt officina: quod ipse

ipse dixerit; sola logica me discipulum fecit; ait enim: quid mihi proderat, quod annos ferme viginti; cum in manus meas venissent Aristotelica quadam, quas appellant decem Categories, quarum memini, cum eas Rhetor Carthaginensis magister meus, buccis cypho crepantibus commemoraret, & alij qui docti habebantur, tanquam in nescio quid magnum, & diuinum suspensus inhiabam, legi eas solus, & intellexi: quas cum contulissem cum eis, qui se dicebant, vix eas magistris eruditissimis non loquentibus tantum, sed multa in puluere depingentibus, intellexisse; nihil inde aliud mihi dicere potuerunt, quam ego solus apud me ipsum legens cognoueram.

4. Conf. 16.

Et interrogatus aliquando; an de Dialectica nihil scire potuisti? ego verò (respondit) plura, quam de quavis parte philosophiæ. Sidonius, & sanctus, & doctus; eum per excellentiam vocat Dialecticum. Sanctus Dacius, Dialecticis armatum argumentis: Claudianus Mamertus veluti Chrysippum Dialecticorum facile principem.

August. 3.  
conf. Acad.  
c. 3.Sid. libr. 9.  
epist. ep. 2.  
Dacius. 1.  
Chron. ca.  
19.Mam. libr.  
3. de statu  
animæ cap.  
10.

Nec solum fermocinales, sed etiam Mathematicas artes per se omnes didicit, & sine magna difficultate: cuius rei gratias agit Deo hunc in modum: Quidquid de arte loquendi, & differendi; quidquid de dimensionibus figura-  
rum

4. Conf. 16.

rum, & de musicis, & de numeris, sine magna difficultate, nullo hominum tradente, intellexi; scis tu Domine Deus meus; quia, & celeritas intelligendi, & disputandi acumen donum tuum est.

Libellos ergo fecit de Grammatica, de Rhetorica, de Dialectica; principia de Arithmetica, de Geometria, & libros sex de musica, quorum avidus Licentius sic ipsum alloquitur.

*Præsentem ipsa mihi terredent, si mihi morem  
Gesseris, & libros, quibus in te lenta recumbit  
Musica, tradideris: nam ferueo totus in illos.*

Astrologus Astrologus fuit, sed liberi arbitrij nunquam arbiter ex varijs stellarum aspectibus, & suspectis iudicijs, de quibus mihi persuasum, ait, *ridicula esse illa, & inania.*

Magiæ inimicus magis amicus: *Et cum eis eram (hæc ipse) & amicitijs eorum delectabar, à quorum semper factis abhorrebam.*

Nihil ei cum Aruspiciis, quibus aliquid erat cõmertij cum Dæmonibus: vnde rogãti, quid sibi daret pro sacrificio illis faciendo, vt gymnasticis eiusdem Augustini suffragarentur honoribus; se illa fœda detestatum, & abominatum semper respondit; *nec si corona illa esset immortaliter aurea, muscam pro victoria mea necari sinerem.*

Causi-

Causidicus; ad quod muneris respiciens; *Causidicus habebant (inquit) & illa studia, quæ honesta vocabantur ductum suum intuentem fora litigiosa; vt excellerem in eis eò laudabilior, quò fraudulentior.*

Historicus locupletissimus, ex libris de civitate Dei patet, quibus nihil deest antiquitatis, & ex hoc eius dicto: *Historia plurimum nos adiuvat ad sanctos libros intelligendos.*

Aptissimus erat ad omnes scientias donū habens intelligendi, quod Rupertus Abbas ita perponderat. *Hunc quidem dispensatio antequam vocaret in admirabile lumen suum permisit adolescentem errare in tenebris Manicheorum: sed in eodem errore, mirabili gratia nescientem circumvolabat eum spiritus iste magnum suggerens donum scientiæ, quod postea benè expenderet ad commodum Ecclesiæ.*

Admirabilem Augustini gratiam à Deo datam ad omne scientiarum genus penetrãdum, atque comprehendendum celebrat Licentius ei scribens:

*Tibi noster Appollo*

*Corda replet, patremq; suum, patremq; Deorum*

*Conciliat, legemq; bonam, pacemq; cruentam*

*Monstrat, & obducto velamine singula pandit.*

Madauris denique rediens, & socordix impatiens Carthaginẽ mittitur animositate ma-

B *gis,*

Musicus.

Licet. apud Aug. ep. 39

Astrologus

7. Conf. 6. Hostis magiæ.  
3. Conf. 3.

Aruspiciæ abominator.

4. Conf. 2.

Historicus.

2. de doctrina Christi. c. 28.

Aperus ad omnia studia.

Lib. 7. de operib. Spiritus Sancti. c. 19.

Licent. epi. 39. apud August.

Mecenas.

2. Conf. 13. *gis, quàm opibus patris municipij Tagastensis admodum tenuis. Sed ecce Mecænatem ibidem inuenit Romanianum conciuem suum præditem, & nobilem; quem tamquam à cælo sibi datum, sic alloquitur: Cuius autem minister fueris, plus adhuc fide concepi, quam ratione comprehendendi.*

2. contra Acad. c. 2. *[Hic diuitibus seculi meritò proponendus, ut ingenuis, & ingeniosis faueant pauperibus: & istis sic Augustinus primas ingenij sui lucubrationes post conuersionem Mecænati suo dicens, atque sequentem beneuolentiæ significationem: Tu me adolescentem pauperem ad peregrina studia pergentem, & domo, & sumptu, & quod plus est animo excepisti. Tu patre orbatum amicitia consolatus es, hortatione animasti, ope adiuuisti. Tu in nostro ipso municipio fauore, familiaritate, communicatione domus tuæ pænè tecum clarum, primatemq; me fecisti. Tu Carthaginem illustrioris professionis gratia remeantem, &c. necessarijs omnibus iter adminiculaſti meum. Tu ibidem rursus, qui cunabula, & quasi nidum studiorum meorum foueras, iam uolare audentis sustentaſti rudimenta, &c.*

2. contra Acad. c. 2. *Omnes ergo Augustiniani celebrēt ubiq; gentium, Romanianum, cui non minus, quàm suum debent Augustinum, ei confitentem:*

*Quid:*

*Quidquid de ocio meo modo gaudeo, quod à superfluarum cupiditatum uinculis euolauit; quod depositis oneribus mortuarum curarum respiro, resipisco, redeo ad me; quod quero intentissimus ueritatem; quod inuenire iam ingredior; quod me ad ipsum summum bonum peruenturum esse confido; tu animasti, tu impulisti, tu fecisti.*

## C A P V T V.

### *Libera eius adolescentia.*

**V**T varias exhaurire scientias, ita vanas Superbia; hominum auras intentissimè captabat magis timens vitia oris, quàm cordis; nempè barbarissimum facere, quam non facientibus inuidere, dicit hæc tibi, *Confiteor tibi Deus meus, in quibus laudabar ab eis, quibus placere, tunc mihi* Aug. 1. C6. sel. cap. 19. *erat honestè uiuere.*

Sicut ergo aqua, quæ super nubes in cister- Luxuria; nam; ita præcipitatus est in turpè, & abiectam concupiscentiam, equa pœna uindicata culpa; quia nisi præcessisset latens superbia non sequeretur libidinis manifesta ruina, fatetur, & causam hoc modo: *Obsordueram stridore catena mortalitatis meæ, pœna superbia anima meæ.* Id. 1. de sum. bono cap. 19.



S. Prosper.  
epist ad De  
metriadem  
2. Conf. 2.

Nec mirum si sordefcat in adolescentia,  
qui superbus fuit in pueritia: nam *superbia,*  
*dum omnia ad se trahit simul vniuersa corrumpit,*  
& Augustinum; ita, vt adolescens confitea-  
tur Deo: *Ibam longius à te, & sinebas, & iacta-*  
*bar, & effundebar, & ebulliebam per fornicationes*  
*meas.*

3. Conf. 3.

Adeo laxans frēna licentiosus, & luxurio-  
sus in hoc campo, vt me mater (sic inquit)  
solicitudine admoneret ingenti; ne fornicarer, ma-  
ximēq; ne adulterarem cuiusq; uxorem.

5. Conf. 1.

Nihil magis amabat quam amare, & ama-  
ri; sed amicitiae vena concupiscentijs coin-  
quinata, ibat, imò ruebat in desideria cordis  
sui, quod ipse fatetur dicens: *Rui etiam in*  
*amorem, quo cupiebam capi.*

Zelus:

Supra dicta sunt ob mulierem Adeodati  
matrem, quam deperibat, & peribat appro-  
bans in se, quod in alijs improbat, erga se  
mollis, erga alios miles, commune templum  
Martis, & Veneris:

Claudianus  
in 1. epigrā  
mate.

*Sed ferrea Martis*

*Forma nitet, vnerem magnetica gēma figurat.*  
Sicut enim magnes ferrum; ita bellum, &  
contentionem ad se voluptas. Cur hæc? quia  
*in segete cupiditatis fructus zeli colligit, & liuoris.*  
asserens, *Et colligabar letus arumopsis nexibus; vt*

Petro Chry-  
solog. ser. 4

cade-

*caderer virgis ferreis ardentibus zeli, & suspicio-*  
*num, & timorum, & irarum, atq; rixarum.* 3. Conf. 1.

Hominem in paupertatem deicit vel sola  
Sirenarum exauditio, quibus pedes finxit an-  
tiquitas Gallinaceos ob diuitiarum perdi-  
tionem; exemplo nunc occurrit Salomon, *Eucher. in*  
*quia nihil in hoc mundo aduersitatis priusquam ca-*  
*deret habuisse memoratur.* lib. R. eg. li.  
3. c. 34.  
Obsecratio.  
Euch. in  
lib. R. eg. li.  
3. c. 34.  
6. Conf. 1. f.  
me miserum fore nimis, si femina priuarer ample-  
xibus.

Obduratio

*Hi fieri non posse putant, vt carnea moles*

*Fulgeat, expendunt proprijs, qui sordibus omnem:* Carmi de  
virginibus.

Ait Gregorius Nazianzenus, & ipse Augu-  
stinus omnes beatissimi præsulis Ambrosij  
virtutes faciles, cælibatum tantum eius sibi  
laboriosum: adeo durus: *vt me affirmarem, ip-*  
*se loquitur, quotiescunq; inter nos quæremus, cali-*  
*bem vitam nullo modo posse degere.* 6. Conf. 3.  
6. Conf. 1. f.

Cum maxima daretur opera per beatam  
Monicam, vt salutaris baptismi aqua filium  
suum iam coniugem ablueret, Adeodati ma-  
ter pœnitentiæ dolore contrita Mediolano  
rediit in Africam vouens Deo se alium virum  
*nescituroam, relicto apud me naturali ex illa filio*  
*meo. ille.* 6. Conf. 1. f.

Obstinatio.

*Et a vulsa à latere meo, inquit, tanquam impe-* Aug. ibidē.

dimento coniugij, cum qua cubare solitus eram, cor ubi adharebat, concisum, & vulneratum mihi erat, & trahebat sanguinem.

Oppressus ergo carnali consuetudine, & dilationis impatiens: quia non nisi post biennium accipere posset uxorem sibi placentē, & expetitam; Procuravi, inquit, aliā non utiq; coniugem, qua tanquam sustentaretur vel integer, vel auctior morbus animæ meæ satellitio perdurantis consuetudinis in regnum uxorium.

## CAPUT VI.

## De fomitibus tantæ licentiæ.

**N**ulla delendū est obliuione Sancti martyris, & Episcopi exardentis Ignatij cōsiliū istud: *Nemo iners, & ociosus edat, ne vagus fiat, & scortator*: feriatuſ namque Augustinus ab omni schola, *excesserunt*, ait, *caput meum vepres libidinis*.

Pater in filio se testabatur auctorem corporis, non animæ fatagens potius etiam catechumenus eum esse differtū, quā castū: Monica verò Sanctissima (*hæc recens erat*) ita lego in vetustioribus Augustini libris, ita interpretor, id est Neophyta, agrum istum ex-

colere: sed frustra laborabat; fœmineis nāq; dictis obedire præ nimia licentia adolescens erubescerebat, & syluescebat: quia nulla erat *eradicans manus*.

In muliebri balneorum aqua, quam proci, & porci adamabāt, ut in cinnamomis, & vnguentis pretiosis: *quinimō* (ad rem scribit) *ubi me ille pater in balneis vidit pubescentem, & inquietum indutum adolescentiæ; quasi iam in nepotes gestiret, gaudens matri indicauit, & c.*

Malum facere ei libebat non solum libidine facti, sed etiam laudis; en verba: *Ego ne vituperarer, vitiosior fiebam, & ubi non suberat, quo admissio, æquarer perditis, fingebam me fecisse quod non feceram; ne viderer abiectior, quo eram innocentior, & vilior haberer, quo eram castior.*

*Furta etiam faciebam de cellario parentum, & de mensa, vel gula imperate, vel ut haberem quod darem pueris lusum suum mihi, quo pariter utiq; delectabantur, tamen vendentibus, ait, fallendo innumerabilibus mendacijs & pedagogum, & magistrum, & parentes amore ludendi, studio spectandi nugatoria, & imitandi ludicram inquietudinem.* De pueritia hæc: nam in adolescentia relaxabat ad intempestam vsque noctem habenas in areis, & prodibat (*dicit*) *quasi ex adipe iniquitas mea.*

Furcum.

O putredo! ô monstrum vitæ, & morbi profunditas! potuit ne libère quod non licebat non ob aliud, nisi quia non licebat? ad hoc peruenit adolescens iste furatus pira nô ipsis volens frui, sed furto, & peccato. Nam decerpta projecit, ait, epulatus inde solum iniquitatem.

2. Conf. 6.

Mala facie-  
tas.

Inimica ei nimis fuit ad virtutem iniquorum adolescentium amicitia; nam semel, iterum, ac tertio fatetur se illud pomorum furtum non facturum, quod nulla lucri sui cupiditate, nulla vlciscendi libidine fecerat: sed cum dicitur, eamus, faciamus, & pudet non esse impudentem.

2. Conf. 9.

Amicitia ni-  
mia.

Hor. ad 3. Horatio,

*Anime dimidium mea.*

4. Conf. 7.

Et ipso mortuo, quasi dimidius viuere non valens, estuabam, suspirabam, flebam, turbabar, nec requies erat vlla, nec consilium.

Multiplicibus benevolentia signis per faciem, per linguam, per oculos ex corde gratissimè procedentibus animos adolescentium igni amoris conflare, & ex pluribus vnum efficere, studebat: hæc enim ei cum illis frequentissima; colloqui, & corridere vicissim, bene-

4. Conf. 8.

uolè obsequi, simul legere libros dulciloquos, simul nu-  
gari,

gari, & simul honestari; dissentire interdum sine odio, tanquam si ipse homo secum, atq; ipsa rarissima dissensione condire consentiones plurimas, aut discere aliquid inuicem, desiderare absentes cum molestia, suscipere venientes cum letitia.

Quoniam mundo muliebri,

*Et verbosa gaudet Venus loquela.*

Et vestibis utebatur, & verbis utique splendidis; elegans, & urbanus (sic loquitur) esse gestiebam abundantiam vanitate.

Pro certo, & vltimo vulnere suorum antidoto, proiecit se foras, & contactu rerum sensibilem radi cupiens ad spectacula theatra conuolabat, Plena, inquit, imaginibus mi-

*seriarum mearum, & fomitibus ignis mei.*

*Ut tamen hoc fatear ludi quoq; semina præbent*

*Nequitia; tolli tota theatra iube.*

In quibus terra turpi saltatione polluitur, aer obscænis cantibus verberatur, & eneruis histrio, dum amores fingit, infligit; quos tamen, quasi unguis scalpentium feruidus tumor, & tabes, & sanies horrida consequebatur, ait ipse.

Sciens neminem continentem esse, nisi Deus dederit; vnde Dianam castitatis symbolum.

*.... Mater prope Deliam*

*Deposuit oliuam.*

Elegantia  
vestium, &  
verborum.  
Catullus in  
Camerium  
3. Conf. 1.

Spectacula.

3. Conf. 1.

2. de Tristi-  
bus.

3. Conf. 2.

Non vult  
fanari.

Catullus car-  
mine secu-  
lari in Dia-  
nam.

Hæc enim arbor supplicem deprecatores adsignificat; vt in prophanis, qui Caduceum;

Aeneid. 8. *Paciferaq; manuum præterdit oliua.*

Et in sacris ostendit diuinarum precationū Rex ita dicens: *Ego sicut oliua fructifera in domo Dei.*

Psal. 51: *Igitur sicut nouella oliuarum ad mensam diuinæ largitatis accessit, & eandem virtutem petiuit; sed timens, ne Deus ipsum exaudiret, & à morbo concupiscentiæ citò sanaret, quam malebat expleri, quàm extingui, audi quàm frigidè: Da mihi castitatem, & continentiam, sed noli modo.*

8. Conf. 7. *Lege, si cupis plura licentiosæ vitæ videre postea ex animo spreta, vbi amicum suum vita functum, & se dolet an viuum dicam, aut pœnè defunctum? nescio. Portabam enim (ait) conscisam animam meam impatientem portari à me, & vbi ponerem non inueniebam; non in amœnis nemoribus; non in ludis, atq; cantibus, neq; in suauis olentibus locis, nec in conuiujs apparatus, nec in voluptate cubilis, & lecti; non denique in libris, atque carminibus acquiescebam.*

Delectabilia. *En en quæ delectant omnia: nemora, oculos, ludi, & cantus, aures; suauis olentia, odorandi vim; conuiuia, gustum; voluptas cubilis, & lecti, tactum; libri, mentem; carmina? phantasmam.*

CAP.

## CAPVT VII.

## Audit Manichæos.

V Sitato librorum ordine, annos ætatis agens vnde viginti ad Hortensium Ciceronis peruenit, docta cuius, & eleganti commotus exhortatione vehementer exarsit in amorem sapientiæ: tunc, optimo consilio, sacram scripturam sibi ducem, & lucē adoptauit: *sed visa est mihi (inquit) indigna, quam Tullianæ eloquētiæ compararem: tumor enim meus refugiebat modum eius, & acies mea non penetrabat interiora eius.*

Legit Hortensium.

3. Conf. 51

Ad Manichæos ergo defecit omnium hominum vanissimos; vel cum Romanis gentilibus comparatos, qui prouincias mundi ferro; cæteros verò mortales vanitate superarunt; *dum hospites Deos querūt; dum aras extruunt ignotis numinibus, ac manibus: non enim res ipsas, aut imagines earum à deuictis populis adoratas Romam inferebant; sed hæc multò minoris entitatis; imagines imaginum depictas: de illis enim Apostolus: Mutauerunt gloriam incorruptibilis Dei (non dicit in homines, in volucres, in quadrupedes, in serpentes, nō in imagines harū rerū; sed, vt bellè theolog⁹*

Manichæi vanissimi.

Minutius Felix in octauio.

Rom. 17

Roma.

Aegypt. in  
epist. ad Ro-  
man. c. 1.

Romanus, & fundatissimus Ægydius ponderat) in similitudinem imaginis corruptibilis hominis, & volucrum, & quadrupedum, & serpentum.

Vaniore tamen, & vaniora credentes Manichæi Deū suspicabantur ex falso lucis corpore formatum, & à se videri: ô bulle vanissimæ! nonne magis est imago imaginis pictæ, quam phantasma rei fictæ? talpæ isti, sicut cæci ludibrii gratia videntes, ita appellati à Catholicis, merito, ac iure: videbant enim quod non erat: nam magis Deus, quam anima, quam corpus anima, magis verum corpus suo vero phantasmate: sed, ô phantasma! quod suspicamur ex falsis, nihil, nihil; ita dico;

Epiphanius  
hær. 65.

7. Conf. 17.

& Augustinus conuersus Deo: *mirabar quod iam te amabam, non pro te phantasma.*

3. Conf. 6.

Miser erat filius prodigus; sed aliquo cibo corpus, animum vera recordatione paternæ domus pascebat: miserior Augustinus, dum Manichæorum pascebatur inanibus, & non pascebatur; imò melius porcis pastis siliquis, quam sibi fatetur luminosa fingenti corpora, & falsa eorum phantasmata voranti; sic enim ait Deo: *Ubi ergo mihi tunc eras, & quam longè, & longè peregrinabar abs te exclusus, & à siliquis porcorum, quos de siliquis pascebam?*

Meliora Poetarum ei, quam Manichæorū fig-

figmenta: nam hæc ad falsa, & omnino nulla: illa vero, interueniente fictione, ad veritatem, vt Pyrami voces, referuntur inter rimulas parietis ad Thysem suam: *Volantem autem Medeam* (figmenta poetica intelligit) *& si cantabam non assereram, etsi cantari audiebam, non credebam, illa autem* (hæc sunt Manichæorum) *credidi.*

3. Conf. 6.

Errores.

Solum errores, quos ille in Confessionibus, breuiter exponam, vt quam imbecillis ad res diuinas proprio nisu tractandas, vel etiam quisque subtilissimus, aut Augustinianus intellectus appareat, credebat *ficum plorare; cum decerpitur; & matrem eius arborem lacrymis lacteis;*

3. Conf. 10.

Electum Manichæorum, commesta ficu, *anhelare de illa Angelos; imo vero particulas Dei gemendo in oratione, atque ructando, que particule summi, & veri Dei ligata fuissent in illo pomo; nisi Electi sancti dente, ac ventre soluerentur.*

Ibidem.

Maiorem misericordiam præstandam fisis, quàm hominibus, & hos potius fame necandos, si Manichæi non essent, quam illis reficiendos, *De quibus nobis, inquit, in officina aqualiculi sui fabricarent Angelos, & Deos, per quos liberaremur, à peccatis scilicet; addit: Et*

3. Conf. 10.

4. Conf. 17.

secta-

se Tabar ista, atque faciebam cum amicis meis per me, ac mecum deceptis.

Causa.

Tres ponit causas, ob quas captus, atque deceptus à Manichæis: prima fuit inconstans, & quolibet vento mutabilis inquirendæ veritatis curiositas, de qua sic ad Honoratum: *Quid enim me aliud cogebat annos ferè novem, spreta religione, qua mihi puerulo à parentibus insita erat, homines illos sequi, ac diligenter audire, nisi quòd nos superstitione terreri, & fidem nobis ante rationem imperari dicerent: se autem nullum premere ad fidem, nisi prius discussa, & enodata veritate?* &c.

Lib. de util. credendi c. 1.

Duo alia ab eo referuntur in causa suæ deceptionis: *Unum familiaritas nescio quomodo repens, quasi imagine bonitatis, tanquam sinuosum aliquod vinculum multipliciter collo involutum. Alterum; quòd quedam noxia victoria penè mihi semper in disputationibus proveniebat differenti cum Christianis imperitis; sed tamen fidem suam certatim, ut quisq; posset defendere molientibus; quo successu creberrimo, gliscebatur adolescentis animositas, & impetu suo in pernicacia magnum malum imprudentè vergebat. Hæc ille.*

Lib. de duabus animabus cap. 2.

## CAPUT VIII.

Non est dicendus hæreticus.

**H**omo credens hæreticis, dilusus ab hæreticis dicendus erat inter Manichæos, aut cum Possidio; *Manichæorum errore seductus; non vero hæreticus: Quandoquidem hæreticus est, ut mea fert opinio, qui alicuius temporalis commodi, & maximè gloriæ, principatusq; sui gratia, falsas, ac novas opiniones vel gignit, vel sequitur: ille autem qui huiusmodi hominibus credit, homo est imaginatione quadam veritatis, ac pietatis illusus.* Hæc ipse.

Seductus ab hæreticis.

Possid in vita Aug. c. 1. Aug. de utilitate cred. cap. 1.

Talis, ut nec Manichæis (sic inquit) *penitus hærerem; & me in illo gradu, quem vocant auditorum tenerem. Nam his duabus professionibus, hoc est Electorum, & Auditorum, Ecclesiam suam constare voluerunt Manichæi, quibus ipse: Nostis me non Electum vestrum; sed auditorem fuisse, & talem hæreticorum auditorem, quales eos vellet Catholicorum, dicens: Audite doctos Ecclesie viros ea pace animi, & eo voto, quo vos ego audiui, nihil opus erit novem annis, quibus me ludificastis.*

Auditor Manichæorū. Aug. lib. de utilitate cred. c. 1. Aug. de Hæres. 56. Disput. 1. cum Fortunato. lib. 1. de mor. Eccl. c. 3.

Dices fortasse Augustinum à teneris educatum in almo Ecclesie gremio, sic instructū

Non fuit p. tinar.

Lib. de ver.  
lit. cred. c.

in rebus fidei, vt de se dicat, *Iam catholicus Christianus eram*: ad Manichæos inde defecisse, illorum auditorem nouem annos; latrasse cōtra Catholicos, & alia huiusmodi; dic dic, non tamen hæreticum: nec enim baptismū receperat; nec fidem promiserat; nec adhærebat pertinaciter Manichæis; quærens veritatem, nihil præsumens de se, corrigendū se præstans quibuscunque; & qui *sententiam suam quamuis falsam, atq; peruersam nulla pertinaci animositate defendunt, præsertim quando non audacia præsumptionis suæ pepererunt, quarunt autē cauta sollicitudine veritatem, corrigi parati, cum inuenerint, nequaquam sunt inter hæreticos deputādi.*

Aug. epist.  
162.Tom. 16. o.  
perum Diui  
Thomæ in  
ferm. de S.  
Augustino.

Igitur non est Diui Thomæ sermo de sancto Patre habēs in tomo decimo sexto operum eius; *Augustinus fuit hæreticus.* addit etiam *scrutatus est quoq; profunda triplicis creaturæ spiritualis, corporalis, & compositæ; hoc est Angelica, humana corporeæ; primum patet ex libro, quem fecit de Hierarchia Angelica, secundum ex libro de Spiritu, & anima; tertium ex libro de Genesi ad litteram.*

Multa sub  
nomine D.  
Thomæ cir  
conferuntur  
opera falsa.

Quis non videt hæc indigna, vel obscuro angulo, quantò magis Angelico Doctore? nec enim librum de Hierarchia Angelica, nec inscriptum de spiritu, & anima fecit Augustinus; nec expositiones in Cantica cantorum,

corum, & in Esaiam prophetam citatas in eodem sermone, quem & alios eiusdem farinae simul cum commentarijs Angelicis in epistolas Pauli, nuper ediderunt, *qui paruum in Ecclesia doctorem Diuum Thomam existimabant si ipsi plurima non adscriberent opera: Unde exageticis Diui Thomæ inseruere commentaria in Genesim, in Esaiam, in Ieremiam, in Threnos, in Ioannem, in Epistolas Apostolicas, in Apocalypsim, atq; alia permulta his similia, cum cæteris eius scriptis, nec eruditione, nec iudicij acumine conferenda.*

Xistus Sen.  
lib. de falsa  
libror. in-  
scriptione.

## C A P V T IX.

## Venit Mediolanum, &amp; quo tempore.

VT corpus humanum sanguine, sic historicum annorum computatione clarescit, quam vbi operæ opus, aduertemus, & imprimis Mediolanum peruenisse Augustinum annos ætatis agentem viginti nouem adhuc inceptos; *Proloquar in conspectu Dei mei annum illum undetrigesimum* (ait) & continuata narratione, *veni Mediolanum.*

æras Augu-  
stini.

s. Conf. 3.

Aduentus iste contigit anno Domini CCCLXXXIV: nam aduersus literas Petri-  
liani

Annus Do-  
mini.

liani: Cum ego Mediolanum ante Bautonem consulem venerim, eiq; consuli Kalendis Ianuarij, laudem in tanto conuentu, conspectuque hominum pro mea tunc Rhetorica professione recitarim.

Bauto autem consul, absq; dubio fuit anno Domini CCCLXXXV. quo pater Augustinus agebat annos triginta ætatis inceptos, vt triplici demonstrabitur argumento.

Primò; Manichæos audiuit in Africa annos nouem, ab vndeagesimo anno ætatis meæ (ipse inquit) vsque ad duodetrigesimum; venit Romam, inde Mediolanum ante Bautonis consulatum annos agens viginti nouem anno CCCLXXXIV. vti diximus, ergo CCCLXXXV. Bautonem celebrauit, annos ætatis agens triginta.

Secundò, anno Domini CCCLV. nascitur, vt & Baronius notat, consequens ergo fit ipsum agere ætatis annos triginta, cum Bauto creatus est Consul, anno scilicet Domini CCCLXXXV.

Tertiò, si triginta, & vnum ætatis ageret habens orationem in laudẽ Bautonis anno Dñi CCCXXXV. (vt illustrissimus Baronius ait) libri Cõfessionũ tam matura facti deliberatione non continet (quæ sunt caput, & pes historiæ) adiuncta tempora, & ordinem rerũ.

Nam

Nam in libro sexto Confessionum capite sexto, laudem Bautonis, & post multa, multum temporis exigentia, vndecimo scilicet eiusdem libri capite, repetit: *Et ecce iam tricenariam ætatem gerebam.* Hoc est annos triginta inchoabam, & prosequutus Confessiones in septimo libro, eosdem ætatis annos triginta iam inceptos, ita commemorat: *Mortua erat adolescentia mea mala, & ibam in iuuentutem.* M. enim Varronem in his verbis imitatur, qui quinq; facit ætatis gradus, in quorum secundo ad annum vsq; trigesimum ponit adolescentes, quos ab ipso anni trigesimi exordio ire dicit in iuuentutem, & in libris de Ciuitate Dei firmat, & exponit eandem sententiam hisce verbis: *Circa triginta quippè annos desinierunt etiam seculi huius doctissimi homines, iuuentutem.*

Etenim de baptismo suo prius, quàm de cessatione persecutionis per iniustam Iustinam aduersus Ambrosium excitatæ, de cantu hymnorum iuxta morem Orientalium; de reuelatis Sanctorum Geruasij, & Protasij reliquijs, quæ tamen eodem anno, vt in libro tertio videbis, contigerunt; sed ante ipsum baptismum; attamen memoriæ lapsus fatetur Deo dicens. *Vnde, & quo eduxisti recor*

C 2 datio-

3. aduersus  
Pecilianum  
6. 3.

Consulatus  
Bautonis.

Quædiu au  
dite Mani-  
chæos.  
4. Conf. 1.

Annos agens  
triginta ha-  
buit oratio-  
nẽ pro Bau-  
tone.  
Baron. ann.  
385.

Aduersus  
Baronius.

Baron. ann.  
385.

6. Conf. 11.

7. Conf. 1.

Calepinus  
in voce etas

Lib. 2. de  
Ciuit. c. 15.

9. Conf. 7.



dationem meam; ut hac etiam confiterer tibi, quae magna oblitus praeterieram?

Quid non faceret retractionis, si prius de oratione Bauto, & se tunc agente annos aetatis triginta & unum; deinde post prolixam scripturam se ire diceret in iuventutem, hoc est, in aetatis annos triginta? Annos ergo viginti novem agens venit Mediolanum anno Domini CCCLXXXIV. & sequenti, quo Bauto factus est Consul, incipit annos triginta, & panegyricum recitavit pro eodem consule in magnam laudem imperatoris Valeriani minoris.

C A P V T X.

*Multis modis persuasus, Manichaeos (audito sancto Ambrosio) tandem reliquit.*

**G**ratia Dei in omnibus iustificationibus principaliter praeminet suadendo exhortationibus, movendo exemplis, terrendo periculis, incitando miraculis, dando intellectum, inspirando consilium, corque ipsum illuminando, & fidei affectionibus imbuendo, ait Prosper.

Persuasus ergo fuit Augustinus, ut relinqueret

queret Manichaeos tum aliorum, tum Helpidij exhortatione talia de scripturis profertentis, quibus resisti facile non posset, & imbecilla mihi responsio videbatur istorum; ait ipse.

Commotus exemplis cuiusdam Episcopi Africani se quoque parvulum narrantis a seducta matre sua datum fuisse Manichaeis, & omnes paene non legisse tantum, verum etiam scriptitasse libros eorum, sibi que apparuisse, nullo contra disputante, & convincente, quod illa secta fugienda, itaque fugisse.

Perterritus vitae periculis: venit enim Romanam adhuc Manichaeus, & excipior (ait) ibi flagello aegritudinis corporalis, & ibam ad inferos.

Mirabilem vidit efficaciam baptismi, quo excitatus miraculo relinqueret Manichaeos; nam quidam eius sodalis cum esset sine sensu, & in sudore lethali, subito recreatus est, & saluus accipiens baptismum, & una cum salute corporis falsam esse Manichaeorum sectam, Catholicam vero fidem omnino veram, atque caelestem.

Dedit ei Deus intellectum ad penetrandum, quam infestus, & infaustus esset homo Faustus Manichaeus, de quo sic tandem concludit: multis laqueus mortis extitit, meum, quo captus eram relaxare iam coeperat, nec volens, nec sciens.

Persuasus est per Helpidium. 2. Conf. 11.

Exemplum.

3. Conf. 12.

Periculum mortis. 3. Conf. 9.

Miraculum

4. Conf. 4.

Contemnis Faustum.

1. Conf. 7.

Annos agetes viginti novem venit Mediolanum

Prosper. lib. 1. de vocatione gentium c. 26.

## CAPVT XI.

Dubitatur de omnibus, & legit quorundam  
Platoniorum libros.

**V**BI discussis eis (nempe Manichæorum  
syrtibus) euasi, traiecto isto mari, gubernacula  
mea repugnantia omnibus ventibus, in medijs  
fluctibus Academici tenuerunt: Hæc ille.

Dubitans de omnibus, tanquam æger,  
qui malum medicum expertus, timet etiam  
bono se committere: sic enim ait, *Volebam*  
*eorum, quæ non viderem, ita me certum fieri, ut*  
*certus sum, quod septem, & tria decem.*

Verum in meliorem frugem se recepit, &  
credendum alicui authoritati sibi persuasit,  
eamque repositam esse in sacris Scripturis;  
vide libros Confessionum, vbi post multa  
sic Deo se ipsum depingit, ideoque cum essemus  
infirmi ad inueniendam liquida ratione verita-  
tem, & ob hoc nobis opus esset authoritate sancta-  
rum literarum; iam credere caperam nullo modo  
te fuisse tributurum tam excellentem illi scriptu-  
re per omnes iam terras authoritatem; nisi & per  
ipsam tibi credi, & per ipsam te queri voluis-  
ses.

Fit Acade-  
micus.  
Lib. de vita  
beata in præ-  
cipio.

6. Conf. 42

Credit au-  
thoritatibus  
scripturæ;

6. Conf. 51

5. Conf. 10

Argumen-  
tum foretis-  
simum.

Aug. 7. Cō-  
f. 2.

Audit bea-  
tū Ambro-  
sium.

Dacius in  
chronico.

Deus bone! quàm crebra ei consilia relin-  
quendi Manichæos refundebat ea certè, ami-  
cum Romæ, à nimia fiducia dehortatus, quam  
sensum habere de rebus fabulosis, quibus Mani-  
chæi libri pleni sunt. Hæc ipse.

Cor eius Pater luminum illustrabat ad cre-  
dendum Deum esse substantiam incorrupti-  
bilem, à quo negato pendebant omnia Ma-  
nichæorum figmenta: Deus est, quo nihil me-  
lius, dicebat ex corde Augustinus; igitur in-  
corruptibilis: melius enim quod corrumpi  
non potest, quàm quod potest: si Manichæi  
id negant; nonne falsi, & prima voce abomi-  
nandi? si firmant; nonne sua destruant om-  
nia? Sat ergo erat istud aduersus eos omnino euome-  
dos à pressura pectoris.

Multis denique affectionibus erga fidem  
Catholicam imbutus Manichæos reliquit:  
*Cum in Ecclesia Mediolanensi non orationis curio-  
sitate, nec secundum causam vtilem videndi, &  
audiendi diuini mysterij: sed reprehendendi gratia,  
Beatum Ambrosium ad populum inuenisset tractan-  
tem, atque prædicantem, oblitus sui, & suarum om-  
nium cogitationum pallens, & tremens, omnibus, qui  
aderant, videntibus obrigit, &c.* Hæc Sanctus  
Dacius quartus post Ambrosium Mediola-  
nensis archipræsul.

Idem modus intelligendæ veritatis in libro de vtilitate credendi, & sacrarum scripturarum intelligentia, secundum expositiones Sanctorum Patrum tandem inculcatur hoc modo: *si vnaquæq; disciplina quanquam vilis, & facilis, vt percipi possit, doctorem aut magistrum requirit: quid temeraria superbiæ plenius, quã diuinorum sacramentorum libros, & ab interpretibus suis nolle cognoscere, & incognitos velle damnare?*

Deus autem *vnumquemq; hominem familiari signo, aut re trahit, & vt Areopagitam Dionysium, mulierem nomine Damarim, aliosque Athenienses per verba Athenis notissima, prædicante illis Apostolis; in ipso enim viuimus, mouemur, & sumus, vt quidam vestrorum poetarum dixerunt: similiter Augustinus, cum Platonius esset, & superbus, per libros quorundam Platoniorum, & ab homine superbo ministratos, se Deo conuersum asserit hoc modo: *Procurasti mihi per quendam hominẽ immanissimo typho turgidum, quosdam Platoniorum libros ex græca lingua in latinam versos.**

Vertit hos Platoniorum libros Marius Victorinus, *Ille doctissimus senex, & omnium liberalium doctrinarum peritissimus, quiq; Philosophorũ tam multa legerat, & diiudicauerat, & dilucidauerat;*

*uerat, doctor tot nobilium senatorum; qui etiam ob insigne præclari magisterij, quod ciues huius mundi eximium putant, statuam in Romano foro meruerat, & acceperat.*

Platonici fuerunt græci eorundem librorum auctores Amelius, & Heraclitus, vt ex Cyrillo colligitur Alexandrino, necnon Eusebio Cæsariensi scribentibus eosdẽ de Euãgelio secundum Ioannẽ loquutos, *Rectè Barbarum illum affirmasse: in principio apud Deum erat verbum, ipsumq; Deus.*

In quæ noster incidit, *& legi (ait) non quidem his verbis; sed hoc idem multis, & multiplicibus suaderi rationibus: in principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum, & c.*

## C A P V T XII.

*Magnam passus ecstasim conuertitur ad fidem Catholicam.*

**L**ectis Platoniorum libris, in maximam rapitur ecstasim; de qua Deo: *Intraui in intima mea duce te, & potui; quia factus es adiutor meus.*

C 5 Intraui,

Lib. de vtilitate credendi c. 17.

Libri Platoniorum. Theophyl. in Matth. c. 11.

AG. 17.

8. Conf. 3.

Victorinus. 3. Conf. 2.

Cyr. Alex. lib. 8. ad Iulianum.

Euseb. lib. 10. de præpar. Euang. cap. 10.

7. Conf. 9.

Ecstasis.

7. Conf. 10.

<sup>7. Conf. 102</sup> Intraui, & vidi qualicumq; oculo animæ meæ super eundem oculum animæ meæ, supra mentem meam lucem Domini incommutabilem, non hanc vulgarem, & conspicuam omni carni, nec quasi ex eodem genere, grandior erat, tamquam si ista multò, multoq; clariùs claresceret, totumq; occuparet magnitudine, non hoc ita erat: sed aliud, aliud valdè ab istis omnibus.

<sup>Aug. vbi supra.</sup> Nec ita erat supra mentem meam, sicut oleum super aquam; nec sicut cælum super terram: sed superior, quia ipsa fecit me, & ego inferior: quia factus sum ab ea: qui nouit veritatem nouit eam, & qui nouit eam nouit aternitatem: Charitas nouit eam. O aterna veritas, & vera charitas, & chara aternitas! tu es Deus meus tibi suspiro die, ac nocte. Liceat sistere, & hæc breuiter illustrare.

<sup>Vidit Deū in similitudine.</sup> Lucem à se visam incommutabilem dicit, æternam veritatem, & veram charitatem, expressè Deum, & ab ipsa se factum; adiiciens eam esse omni magnitudine, & claritudine maiorem, & clariorem: non quia ipsam Dei substantiam per se subsistentem, æternam, veram, charam, sicuti est, inmensam, incomparabilem viderit in se: sed in similitudine, & imagine: solent enim imagines rerum earum nominibus (vt ipsemet Augustinus

explanat & benè) appellari, quarum sunt imagines.

Quia Deus nostri memor est, cum nos sui immemores ad se conuertit, hæc eius memoria super nos prædicanda, & quia valdè dulcis manducanda, & eructanda est: iuxta illud: *Memoriam abundantia suauitatis tuæ eructabunt*: ideò narrans hanc lucem addit: *Tu es Deus meus tibi suspiro die, ac nocte.*

<sup>Humilis.</sup> Ipsa verò est gratia beneficij Dei prima, reddere nos ad Confessionem humilitatis, vt qui boni, & potentes sunt in illo sint, & <sup>1. Cor. 10.</sup> qui gloriatur in Domino gloriatur: hac de causa se dicit abiectum, & humiliatum in hac ecstasi sic alloquens animæ magistrum: *Cum te primum cognoui, tu assumpsisti me; vt viderem esse quod viderem, & nondum me esse qui viderem.*

<sup>Obediens.</sup> Apostolus in sua conuersione cadens in terram, admiratus, obediens ait, *Domine quid me vis facere?* dans manus Deo sic Augustinus: *& reuerberasti infirmitatem aspectus mei, radians in me vehementer, & contremui amore, & horrore.*

<sup>Auidus sciendi.</sup> Deus neminem capere cogit, quæ non valet: vnde sicut Apostolis omnia scire cupientibus, & inhiantibus: *Multa habeo vobis dicere,*

<sup>Ioan. 16.</sup> quæ

7. Conf. 10. *qua non potestis portare modo, sic Augustino plura intelligēdi auidissimo protulit in hoc rap-  
tu : Cresce, & manducabis me.*

Doctus à Deo. *Quia manducare corporalem escam, est illam in se conuertere; manducare spiritua-  
lem in illam conuerti per assimilationem, & amorem: dixit æternus magister se esse cibū grandium, & exponens non corporeum, sed spiritua-  
lem Augustino de virtute in virtutem eunti manducandum, addit; nec tu me  
7. Conf. 10. in te mutabis, sicut cibum carnis tuæ, sed tu mutaberis in me.*

Agnoscit se ipsum. *Vt liberatori suo se subderet, infirmitatē suam agnouit, & veluti aranē telam esse, qua nihil tabidius, omne machinamentum ingenij proprii: Et cognoui (inquit in hac ecclasi) quoniam pro iniquitate erudisti hominem, & tabescere fecisti sicut araneam, animam meam.*

Conuincitur. *Omnia, adhuc derelictis Manichæis, vel infinitis, vel finitis diffusa spatij cogitabat, & quidquid, inquit, priuabam spatij talibus, nihil mihi esse videbatur. Ideò lucem hanc à nullo pendentem spatio, aut situ admiratus, & cō-  
7. Conf. 10. uictus ait: Numquid nihil est veritas; quoniam neq; per finita, neq; per infinita spatia diffusa est?*

Conuertitur. *Deus autem, quasi de longinquo, quia lō-  
gè erat Augustinus ab ipso penitus cognos-  
cendo,*

7. Conf. 10. *cendo, clamauit; imò ego sum, qui sum, & appo-  
sità: ille enim verè est, qui incommutabilis est: sic Augustino in hac ecclasi, sicut olim Moyfi: incommutabilitas Dei, isto vocabulo se dignata est intimare. Ego sum, qui sum.*

Aug. ser. 17  
de diuersis  
Exod. 34

*In magnis reuelationibus securitas curæ præponitur, vt illas à Patre luminum; apud quem non est transmutatio, nec vicissitudinis adū-  
bratio, descendisse sciamus; ideo noster in fine reuelationis agnoscens substantiam omninò incommutabilem, & incorruptibilem  
7. Conf. 10. fatetur; Et audiui, sicut auditur in corde, & non erat prorsus vnde dubitarem.*

Certus est  
de reuela-  
tione.  
Iacob. 1.

C A P V T XIII.

Probaturs amplius Augustini Conuersio  
ad fidem Catholicam

I Oab contra regiam filiorum Ammon vr-  
bem pugnavit, Dauid expugnauit; præsul  
Ambrosius Augustini pectus molliuit, non  
vicit; à Manichæis castris auertit: sed ipsa dex-  
tera Excelsi conuertit ad Catholicam pacē;  
vnde gratias agit hoc modo: *Inuocat te Domi-  
ne fides mea, quam dedisti mihi, quam inspirasti  
mihi per humanitatem filij tui; per ministerium præ-  
dicatoris tui.*

2. Reg. 12

Deus cōuer-  
tit Aug.

1. Conf. 1.

Quibus

Causa in-  
strumenta-  
lis.2. contra A-  
cadem. 2.

Quibus causam, vt vocant, instrumentalē ad conuersionem, eximium Dei prædicatorem intelligit Apostolum Paulum, cuius *co-  
dicem*, post illam ecstasim, *perlegi totum* (inquit) *attentissimè, atq; castissimè*: hæc ad Romanianum suam scribens ad fidem conuersionem, & de Platoniorum libris; *Incredibile Romaniane, incredibile; & ultra, quam de me fortasse, & tu credis; quid amplius dicam? etiam ipsi mihi* (nempè libri Platoniorum) *de me ipso incendium excitarunt*. Hæc ille.

7. Conf. 11.

Concordiā  
agnoscite in  
scripseris.

Nec aliter intelligendus est in confessionibus, cum ait; post libros Platoniorum à se lectos, & magnam mentis ecstasim; *itaque avidissime arripui venerabilem stilum spiritus tui, & præ cæteris Apostolum Paulum, & perierunt illæ questiones, in quibus mihi aliquando visus est aduersari sibi, & non congruere textus sermonis eius; & apparuit mihi vna facies eloquiorum castorum*.

7. Conf. 11.

Lectio ger-  
mana.

Sequitur, *Et exultare cum tremore didici, & cæpi, & inueni* (nempè in Apostolo) *quidquid illac* (ita legimus in vetustis codicibus, ita legendum erat in recentioribus) *id est in libris Platoniorum, verum legeram*.

Diuinæ prouidentię ordinem contemplatur, & aliquam reddit rationem, ob quam prius

prius prophanas, & Platonicas, deinde sacras legerit, & Apostolicas literas in sua conuersione: *nā si primo sanctis tuis literis* (inquit Deo) *informatus essem, & in eadem familiaritate obdulsisses mihi; & postea in illa Platoniorum volumina incidissem, fortasse, aut abripuissent me à solidamento pietatis, aut si in affectu, quem salubrem imbiberam, perstissem; putarem etiam in illis libris eum posse concipi; si eos solos quispiam didicisset*.

*Per humanitatem filij Dei*, causam reputat meritoriam, & mediatricē, vt enim in terris multa cælum, interueniente Sole, sic in animis per operationem Spiritus Sancti Deus, mediante Christo, ad salutem, & animarum lucem, de qua Gersonius:

*Antonium talis, Augustinumq; beaur  
Lux, & quam plures desuper irradians.*

Deum verò causam dicit efficientem, quæ fuit illuminatus, vt se conuerteret ad fidem Catholicam: nam cardo Manichæorum erat ignorantia substantiæ incommutabilis: hinc illis: *Dei naturam, atque substantiam incommutabilem omninò, omninò incorruptibilem cogitate, vel credite, & Manichei continuò non eritis; vt aliquando, & Catholici esse possitis*: ait ipse.

Substan-

Quare pri-  
us Platon-  
icas legit li-  
teras quæ  
postolicas.  
7. Conf. 10.1. Conf. 17.  
Causa meri-  
toria.Gers. in car-  
mine de Cru-  
ce.Causa effi-  
ciens.Lib. 33. cõ-  
tra Faustum  
cap. vltim.

7. Conf. 10. Substantiam autem incommutabilem, incorruptibilem, & à nullo pendentem spatio Deum esse sibi reuelatum ab ipso Deo asserit; in hac ecstasi ei confessus est: *Lectis Platoniorum libris, posteaquam indè admonitus quærere incorpoream veritatem; inuisibilia tua per ea, qua facta sunt, intellecta, conspexi, & repulsus sensi quid per tenebras anima mea contemplari non sinerer certus esse te, & infinitum esse, nec tamen per locos finitos, infinitos uè diffundi; & uerè te esse, qui semper idem ipse esses, ex nulla parte, nulloq; motu, aliter, aut aliter.*

Deum ag-  
noscite inco-  
mutabilem

Confirma-  
tio doctorū

Exod. 3.

Aug. disp. 1  
cum Fortunato.

Fortun. in  
disp. 1. Aug.  
cum ipso.

Aug. in ip-  
sa disp. 1. cū  
Fortunato.

Istam quoque reuelationem in magno mētis excessu diuinitus habitam post libros Platoniorum, qua Deum cognouit incommutabilem, & incorruptibilem, sibi que dicentē, *Ego sum, qui sum*; occasionem suæ conuersionis ad fidem, in disputatione publica cum Fortunato Manichæorum duce, manifesta-uit hisce verbis: *Illud ergo respondere possum, quod me Dominus nosse uoluit, Deum necessitatē nullam pati posse; neq; ex aliqua parte uiolari, atq; corrumpi.* Fortunatus in cathedra pestilentia sedens hæc illudit, & Augustino exprobrauit ita sonans: *quia tu dixisti, quia hucusque tibi Deus reuelauit, quod incorruptibilis sit, cui ille mitis, & humilis: Ego noui non te habere quid dicas,*

¶

¶ *me, cum uos audissem in hac quaestione, nunquā inuenisse quid dicerem, & inde fuisse admonitum diuinitus; ut illum errorem derelinquerem, & ad fidem Catholicam me conuerterem.*

Tandem certus de Deo, & incommutabilitate eius iam ad statum uitæ deliberandum, ac post baptisma retinendum omnia rationis pondera diligenter intendit, & cor ad Deum, cui gratus, lectus, & rectus: *Dubitatio tamen omnis de incorruptibili substantia, quod ab illa esset omnis substantia, ablata mihi erat; nec certior de te, sed stabilior in te esse cupiebam.*

Et immisit in mentem Deus, visumque est ei bonum pergere ad Simplicianum, in quo bonitas multa cum experientia lucebat; *Unde mihi (ait Deo) ut proferret, uolebam conferti secum astus meos, quis esset aptus modus sic affecto, ut ego eram ad ambulandum in uia tua;* quasi dicat; beatum Simplicianum postea cōsului circa statum uitæ mihi iam affecto ad fidem Catholicam, & è conuerso ad ambulandum in ea post baptisma, conuenientem, quem planè monasticū fuisse, prout in octauo Confessionum eius, in sequenti libro age lege, elige.

Post cōuer-  
sionem ad  
fidem curæ  
de statu ui-  
uendi.

8. Conf. 1.

8. Conf. 1.

Inductio in  
secundum  
librum.

DE VITA;  
ET LAUDIBVS

S. P. N. AVR. AVGVSTINI  
Hipponensis Episcopi, & Ecclesie  
Doct̄oris eximij.

Liber secundus.

CONVERSIONEM EIVS  
ad vitam monasticam pertractat.

CAPVT I.

Vtramq; agnoscit castitatem coniugalem sci-  
licet, & monasticam perfectiorem.



Idebam enim plenam Ecclesiam tuam (ait  
Deo) & alius sic; alius autem sic ibat, ad  
verba respicit Apostoli, sicut fecit a-  
libi monasticam castitatem coniugali præ-  
ponens hoc modo: Maioris quidem loci sunt  
apud Deum, qui, omnibus istis secularibus actioni-  
bus derelictis, etiam summa continentia castitatis  
ei seruiunt; sed vnusquisque, sicut Apostolus dixit,  
donum habet à Deo, alius sic; alius autem sic.

Non dubitabat viam mandatorum Dei  
currere: sed horrebat angustas consiliorum  
femi-

Aur. Aug. Liber secundus. 26

femitas; in Christianam vitam digitum, &  
oculum, in monasticam vix, & per transe-  
intendebat; vt eius verbis affirmem; placebat  
via ipse Saluator, & ire per eius angustias adhuc  
pigebar.

Tantum discriminis inter castitatem mo-  
nasticam agnoscit, & coniugalem; quantum  
inter non peccare, & benè facere; vel, vt le-  
uius loquar, & cum doctrina maximi sacra-  
rum literarum interpretis Hieronymi, quan-  
tum interuenit inter bonum, & melius: nec  
me prohibebat (inquit) Apostolus coniugari; quan-  
tis exhortaretur ad melius.

Audiueram, ait, ex ore veritatis esse spadones,  
qui se ipsos castrauerunt propter regnum cælorum,  
sed qui potest capere, capiat. Sed rogo cum San-  
cto Epiphanio; quinam hi fuerunt alij (castrati  
propter regnum cælorum) quam religiosi Apo-  
stoli, & monasticam vitam degentes?

Pergit; Et inueneram iam bonam margaritam,  
& venditis, quæ haberem, emenda erat, & dubita-  
bam: ad quam mentem deuotus auctor, &  
suauis Bernardus: quanam est ista, queso, fratres  
mei charissimi, hæc tam pretiosa margarita, pro qua  
vniuersa dare debemus, id est nosmetipsos; quia totum  
dedit, qui se ipsum obtulit; vt possimus eam habere?  
nonne hæc est religio sancta, pura, & immaculata, in

D 2 qua

8. Conf. r.

Hiero. lib.  
1. aduersus  
Iouinianum.

8. Conf. r.

Aug. ibid.

Epiphanius  
in hæres. 38.

8. Conf. r.

Bernardus  
hom. 13. in Mat.

Fructus mo-  
nasticæ reli-  
gionis.

8. Conf. 1.  
Duoviuen-  
di modi in  
Ecclesia.

Aug. epist.  
16.

1. Cor. 7.



qua homo vivit purius, cadit rariùs, surgit velociùs,  
moritur fiduciùs, premiatur copiosiùs?

## CAPUT II.

## Desiderio coniugij premitur.

**V**T quatruiduanus Lazarus in sepulchro,  
ita se præferbat immobilem desiderio  
coniugij quatuor velut ansulis constrictus,  
quarum prima (verbis eius) est quasi titillatio car-  
nis in corde, secunda consensus, tertia factum, quarta  
consuetudo. Habet enim, vbi rationem, prop-  
ter quam non iret in placitum vitæ cæliba-  
ticæ: Velle meum tenebat inimicus, & indè mihi  
catenam fecerat, & constrinxerat me; quippè ex  
voluptate perversa facta est libido, & dum servi-  
tur libidini facta est consuetudo, & dum consuetu-  
dini non resistitur, facta est necessitas.

Non tollit libertatem hæc necessitas, sed  
delectando captivat; & est Augustinus ex vi-  
gilantissimi pastoris Ecclesiæ sententia, Cap-  
tius, & liber; liber ex iusto castitatis desiderio,  
quam diligebat; captius ex delectatione cõ-  
suetudinis, quam portabat inuitus. Lex enim  
peccati est (ab ipso admonita) violentia consue-  
tudinis, qua trahitur, & tenetur etiam inuitus ani-  
mus eo merito, quo in eum volens illabitur.

Hanc

Hanc legem sentiebat in membris suis re-  
pugnantem legi mentis suæ: nam velut exci-  
tatus à somno altitudinem soporis superat,  
& in lectum consuetudinis piger remergi-  
tur: ita vocanti, & dicenti; Surge qui dormis, &c.  
respondebat: modo, ecce modo; sine paululum: sed  
lentus, & somnolentus erat; sed modo, & modo  
non habebant modum; & sine paululum in longum  
ibat.

Eductam à secularium rerum carcere mē-  
tem iam trahit delectabiliter ad lucem me-  
liorem, & ipsi Deo monasticam persuadenti  
religionem displicebat (inquit) quod agebam in  
seculo, & onerim mihi erat valde, non iam inflaman-  
tibus cupiditatibus, ut solebant, spe honoris, atque  
pecunie (& paulò post) iam me illa non delectabāt  
præ dulcedine tua, & decore domus tuæ, quam dile-  
xi: sed adhuc tenaciter colligabar ex fœmina.

## CAPUT III.

## Consulit beatum Simplicianum.

**H**ircocerui sunt homines concupiscen-  
tiæ vinculo ligati, & serpentinos eius  
morsus viuaci spiritu interficere volētes, eis  
verò humanæ salutis auctor præparat petras,

D 3 hoc

hoc est fortissima diuinorum exempla, quibus innixi (verba sequor ipsius Augustini, iudiciumque) hirciconcupiscentiam, quam portant inuiti viuacitate cerui serpentinis suasionibus superatis, spiritu uiuant, & spiritum sectentur ne regnet peccatum.

Ad beatum ergò Simplicianum, tanquam ad petram refugij, varios estus allisit sursum, deorsumq; reuolutos in corde suo, qui magno verborum pondere eidem Augustino narravit non submissa voce, sicut ei permissum erat, sed alta, professionem fidei Romæ recitatam à Victorino Rhetore publico, & illustrissimo: *Ut me* (inquit) *exhortaretur ad humilitatem Christi sapientibus absconditam*: nempe ad perfectionem euangelicam in monachis resplendentem, quibus tanquam paruulis reuelat Deus quæ abscondita sunt sapientibus, & prudentibus.

Deindè Simplicianus ipse legem repetiuit, quo pessimus Imperatorum Iulianus publicum docendi munus professoribus Christianis interdixit hoc impio, & subdolo tenore: *Magistros studiorum, doctoresque excellere oportet moribus primum: deindè facundia, sed quia singulis ciuitatum adesse non possum, iubeo, ut quisquis docere uult, non repente, ac temerè profiliat*

ad

ad hoc munus: sed iudicio ordinis probatus decreto Curialium mereatur optimorum conspirante consensu: hoc enim decretum ad me tractandum referatur, ut altiori quodam honore nostræ iudicio ciuitatis accedat, &c.

Hæc lex multos dimouit, & amouit à Ca-  
thedris Christianos professores, qui malebāt  
illas relinquere, quam uerbum Christo promissum; nec ausi sunt periculum subire sufficientiæ cum periculo conscientiaæ suæ, inter istos Marius Victorinus, non mihi fortior  
(ait Augustinus Deo) quam felicitior, uisus est; quia inuenit occasionem uacandi tibi, cui rei ego suspirabam ligatus non ferro alieno, sed mea ferrea uoluntate.

Propensum ad significat animum in supra dictis ad monachorum vitam, qui se totos Deo tradunt, & Monadi diuinæ indiuisibiliter vacant: nec enim alio uerbo monachum fore Bonifacium affirmat scribens ei *uita uacare, cui uacare cupiebas*. Paulinus etiam Nolanus seruum Dei uocat,

*Huic uacantem, uel studentem,  
Et in hoc reponentem omnia.*

Victorinus  
reliquit Ca-  
thedram.

8. Conf. 5.

Vacare non  
est mona-  
chorum.Aug. epist.  
73.Paul. epist.  
ad Auson.Aug. in 39.  
ob.Narrat beatus Simpli-  
cianus Vi-  
ctorini hu-  
militatem.

8. Conf. 2.

Lex Iuliani  
impia.Cod. Theo.  
tit. 15. de  
profess.

Per quas res impellitur ad Monachismū.

**S**Æpè Moyfes recurtebat ad tabernaculū; vt illuminaretur à Deo: fimiliter Auguftinus conuertendus ad monachifmum ait illi; *Frequentebam Ecclefiam tuam, quantum vacabat animus ab eis negotijs, ſub quorū pondere gemebam.*

*Mali* (admonet Sanctus Syluerius Papa) *ſemper cauendi, & bonis, atq; beneuolis eſt inharendum: exemplo ſit Alipius Auguſtinum amās, & impellēs ad caſtitatē coniugali perfectiorē: erat enim tunc caſtiſſimus ita, vt mirū eſſet.*

*Ama ſcientiam ſcripturarū, & vitia carnis non amabis:* habet Hieronymus in epiſtola ad Ruſticum, & Auguſtinus conuertendus ad monaſticem epiſtolas Paulinas in menſa luſoria, quibus oſtenſis, ad Potitianum ait, *illis me ſcripturis curam maximam impendere.*

*Illuminat Deus mirabiliter à montibus æternis, cum per admiratam vitam Patrum præcedentium radio ſuæ claritatis illuſtrat.* Hæc Gregorius Magnus, & videns Auguſtinum magna ex parte conuerſum ad vitam monaſticam Gerſonius ait:

*Antonipater, es Auguſtini; tua vita*

*Leſta dedit, Chriſtum totus vt eſſet amans.*

*De Deo libenter loquere, & libenter audi; quia incitat cor ad ſtudioſum veritatis; admonet Sanctus Doctor Bonauentura; nec eſt qui neget; vt enim carbonēs ſtatibus; ita ſpiritualibus verbis exardet cor, & Auguſtinianum in amoreſt caſtitaſtis monaſticae, dūm ſermo Potitiani deuolutus eſt ad monaſteriorum Sancti Antonij greges, & mores ſuaueolentia.*

Plus mouent exempla, quàm verba: vt enim vita Sancti Antonij Ægyptiorum Abbatif ad placitum monachale duos Potitiani contubernales; ita conuerſio iſtorum impulit Auguſtinum: audiuit enim quòd militantes in aula imperatoris Valentiniani duo illi apud Treuiros Sancti Antonij vitam in codice repererint, & ceperit vnus eorum legere, atque meditari quo modo talem viuendi normam poſſet arripere. Hic breuiter iratus ſibi oculos erigit in amicum, & ait turbidus parturitione nouæ vitæ: *Dic, quaſo te, omnibus iſtis laboribus noſtris, quò ambimus peruenire? quid quarimus? cuius rei cauſa militamus? maiornè eſſe poterat ſpes noſtra in palatio, quàm vt amici Imperatoris ſimus? & ibi quid non fragile, plenumq; periculis? & per quod periculum peruenitur ad grādus*

D 5 pericu-

Gerſon. in magnificat.

Colloquia.

Bon. in ſor. nouit. p. 2.

8. Conf. 6.

Exempla

Duo Potitiani contubernales.

Aug. 8. Cō. ſel. cap. 6.

Eccleſia.

8. Conf. 6.

Sodales.

6. Conf. 12. Scripturæ.

Hier. epiſt. 4.

8. Conf. 6.

Hiſtoria.

Lib. 2. 6. moralium. ca. 14.

periculum? & quando istud erit? amicus autem Dei, si voluero, ecce nunc fio.

Iterum legit, iterum se colligit, & voluit folia, & reuoluit fluctus cordis sui, propter quos infremuit, aliquantulum, & discreuit, decreuitq; meliora dicens ad amicum: *Ego iam abrui me ab illa spe nostra, & Deo seruire statui, & hoc ex hac hora te si piget imitari, noli aduersari, cui alter adherere se respondit socio tanta mercedis, tantaq; militie.*

Vbi hæc audiuit Augustinus tam vultu, quam mente turbatus inuadit Alipium, & exclamat: *quid patimur? quid est hoc? quid audisti? surgunt indocti, & cælum rapiunt, & nos cum doctrinis nostris sine corde ecce ubi volutamur, in carne, & sanguine?*

*Quem non merito terreant hæc Augustini verba? idiota, & simplices cælum rapiunt, nos autem docti cum scientijs nostris ad inferna demergimur; cum scilicet nos inflant, & non edificant.*

Sanctus Eucherius multos optimæ notæ viros excitatos eisdem verbis asserit ad stadiū vitæ monasticæ: *Dixerant, credo, & hi sibi, quod quidam nostrorum (hic est Augustinus) cum se a seculo in hanc beatiorē vitam hoc veluti stimulo concitaret; dixerant (credo) quid est hoc? surgunt indocti, & cælum rapiunt, & nos ecce ubi, in carne,*

*voluta-*

*volutamur, & sanguine; dixerant istud, & idcirco postea vim intulerunt regno.*

Sed ad Augustinum reuertamur, qui monasticen ad Potitiani contubernales videns, nec se ad illos accedere, nimio rubore profunditur, & his verbis, tanquam verberibus se afficit: *an quia præcesserunt pudet sequi, & non pudet non saltem sequi?*

Igitur in hortum domus suæ turbulentissima fremens indignatione secessit, & magis vultu, fronte, genis, quam verbis; *ecce modo fiat, inquit, modo fiat deliberatio ædificandi turrim sūptu idoneo, & relinquēdi omnia.*

Vt ægri plus estuant; cum sanitas viciniūs accedit: ita Augustinus in horto; *punctumque ipsum temporis, quo aliud futurus eram; quanto propiūs admouebatur tantò ampliorem incutiebat horrorem.* ait ille.

Magnam enim rixam sentit in corde suo videns ex altera parte antiquas illecebras, ex altera castitatem coniugali perfectiorem; illas se fugientem sequi, & vestem carneam iam iam exuendam apprehendere, & obmurmurare: *dimittisne nos? & à momento isto non erimus tecum ultra in æternum, & à momento isto non tibi licebit hoc & illud ultra in æternum?* Hæc enarrat Augustinus ipse addens: *Et que*

*sugge-*

Reprehendit se Aug.

8. Conf. 8.

Secedit in hortum.

8. Conf. 17.

8. Conf. 17.

Magna contentio deliciarum.

8. Conf. 17.

Aug. 8. Cō. fel. 6.

Conuersio Allicorum

Stimulus Augustinia nã conuersionis.

S. Cyrillus Alexandri- nus lib. 5. in Ioan. c. 12.

Euch. in epist. Parg- netica.

Multi con- uersi sunt Augustini exemplo.

Aug. ibidē. *suggerebant in eo, quod dixi hoc & illud, quæ suggererebant, Deus meus, auertat ab anima serui tui misericordia tua: quas sordes suggererebant? quæ dedecora?*

Castitas ei  
adest in cor  
de.

Casti verò dignitas adest ei honestè blandiens, ut ad se veniret, neque dubitaret, & extendens ad ipsum suscipiendum, & amplectendum piæ manus bonorum plenas exemplorum pueros multos, & puellas, iuuentutem quàm plurimam, & omnem ætatem, graves viduas, & vigiles anus, quæ castissimè vixerant ei præponit; ac huiusmodi exhortationem: *Tu non poteris, quod isti, & ista? an vero isti, & ista in semetipsis possunt, aut non in Domino Deo suo? Dominus Deus eorū me dedit eis. Quid in te stas, & non stas? proiice te securus in eum, noli metuere non se subtrahet, ut cadas, proiice te securus, excipiet te, & sanabit te.*

8. Conf. 11

Antiqua consuetudo inter hæc eum quasi furtim retardare videbatur, & respicere delicias ingerebat dicēs: *Putasne sine istis poteris?*

8. Conf. 11.

Pugnat cō-  
suetudo.  
Instat casti-  
tas.

Augustinus cunctabundus pendebat, & erubescere nimis, quia adhuc illarum nugarum murmur audiret; & rursus illa conscientia serena, & castitatis admonitio sic instabat: *Obsurdesce aduersus immunda illa membra tua super terram, ut mortificentur: narrant tibi delectationes; sed non sicut lex Domini Dei tui.*

8. Conf. 11

CAP.

CAPVT V.

Plorat, & audit, sub ficu, tolle lege.

**V**T pluiæ de cælo, cum arenosæ vndæ ad littus circumuoluuntur: ita, inquit, *ubi à profundo alta consideratio contraxit, & congestit totam miseriam meam in conspectu cordis mei, oborta est procella ingens, ferens ingentem imbrem lachrymarum.*

Lachrymæ

8. Conf. 12

In prima horti parte reliquit Alipium, & in remotiorem se recipiens ait: *Sub quadam ficu arbore, stravi me, nescio quo modo, & dimisi habenas lachrymis meis.*

Penetrat  
hortum.

8. Conf. 12

Verius hîc, quàm est in Hieroglyphicis Hori Niliaci, quàmque sanctus Isidorus ita repetit: *Tauros quoque ferocissimos ad ficu arborem alligatos repente mansuescere dicunt: extincto enim coniugij desiderio, Augustinus bonum præstat exemplum, nequis de castitate desperet, etsi libidine percitus,*

Hor. lib. 2.  
Hierogly.  
Isidor. li. 7.  
Orig. c. 6.

Ficus perulantiæ frænum.

*Iam cornu petat, & pedibus, qui spergat arenam.* Notat ficus insufficientiam humanam ad ali quod bonum; vndè *mens ficulnea*; vel *homo ficulneus* ille dicitur, qui nullius frugi, quales post peccatum protoparentes; quamobrem ex eadem arbore fecerunt sibi perizomata, se, puto, signifi-

Eclog. 2.  
Insufficiē-  
tiæ symbo-  
lum.

Gen. 3.

significantes insufficiētes ad salutem animæ suæ; sicut & Augustinus sub ea stratus, vt monachalis vitæ conuersionem liberatori suo tribuat, & sibi soli nihil aliud, quam

Horatius  
lib. 1. ser. Sa  
tyr. 8.

*Olim truncus eram ficulnus, inutile lignum.*

8. Conf. 12

Vt per mare celerius ad portum; ita per lachrymas ad conuersionem: *Et proruperunt* (inquit) *flumina oculorum meorum, &c. Et ecce audio vocem de vicina domo cum cantu dicentis, & crebro repetentis, quasi pueri, an puella, nescio: Tolle lege, tolle lege.*

Audit vocē

Celeritas.

Celeritatem denotat huius vocis *ecce*, vt apud Virgilium;

Aeneid. 2.  
Non vidit  
Angelum.

*Ecce autem gemini à Tenedo tranquilla per alta. Audio vocem, ait, non Angelum video: videāt ergo, si reprehendendus, an non, Angeli pīctor in hac Augustini conuersione, pro se allegans sæpè depictum Abrahami sacrificium, & cum Angelo, qui non apparuit in illo; sed de cælo clamauit.*

Gen. 22.

Alta fuit  
vox.

Alta fuit verborum prolatio: nam Augustinus remotus à domo vicina, ex qua venit; *Sedimus* (inquit de se, & Alipio) *quantum potuimus, remoti ab adibus: & iterum de se solo; Et secessi remotius, quam, vt possit mihi morosa esse etiam eius presentia, nempè Alipij.*

8. Conf. 8.

8. Conf. 12

Pauli conuersione desuper facta manifesto etiā miraculo

*apparuit; quia illic Stephanus erat, qui pro ipso orabat: eodē modo de vicina domo venit Augustinianæ cōuersionis vox; nam ibi Monica sanctissima pro ipsa preces, gemitus, & lachrymas Deo fundebat: vndè Augustinus, atque Alipius iam conuersi in eādē domum, inquit, ad matrem ingredimur, indicamus, gaudet, narramus quemadmodum gestum sit, exultat, & triumphat.*

Cum cantu prolata est Augustini vocatio; vt Angeli significant de illa se magis gaudere cantantes etiam in terra; quàm de alijs cōmuniter, & solūm gaudentes in cælo.

Crebrò repetita fuit huiusmodi vocatio; quia pœnè submersus lachrymis, & ab vsu sensuum absortus Augustinus erat: quam rationē similiter reddit Ambrosius ad illud, *Abraham, Abraham. Repetiuit vocem, tanquam veritus, ne praeueniretur studio deuotionis, & vna vox impetū ferientis reuocare non potest.* Hęc ille.

Sol oculos sanos vegetat, mutatos, ac ægros non mutatus cruciat; eodem modo Pater luminum incommutabilis erga homines se habet, vt homo erga illum: si Iobo sano loqueretur (bellè Gregorius Papa) ex tranquillitate, sed flagellato, *de turbine fuisse loquutus describitur: sic Augustinus vocē audit è cælo*

Aug. lib. 1.  
contr. duas  
epist. Pelagij. c. 19.  
Quare venit de vicina domo.

8. Conf. 12.

Cantus in  
conuersione  
ne August.  
Luc. 15.

Crebra re:  
petitio.

Ambros. in  
Gen. 22.

Vox pueri,  
aut puellæ.

Lib. 1. mo  
ral. c. 38.

pueri-

puerilem, & tanquam ludentem: quia nihil differunt à ludo puerorum, qui nihil consilij per etatē agunt; vt ipse. in deliberādo vitæ statu varius, inconstans, & quasi ludens puer; Ego cum deliberabam, inquit, vt iam seruirem Domino Deo meo, sicut diu disposueram, ego eram qui volebam, ego qui nolebam, ego, ego eram, nec plenè volebam, nec plenè nolebam, ideo mecum contendebam.

Optata manifestatur Angelis hæc Augustini conuersio ex imperatiuo modo (Tolle lege) qui solet ad optata referri, vt Euthymi<sup>9</sup> docet ad illud; Intende prosperè, procede, & regna; dicens, licet hæc verba imperatiui modi sint, cum tamen optatiui habent.

Firmamentum esse sententiæ in repetitione; multis scripturarum locis docemur: inde est, quod Dominus ait; amen, amen, & Augustinus audit, Tolle lege, tolle lege.

## CAPVT VI.

Legit Epistolas Pauli, & trinam in eis admonitionem ad monasticen.

NON pueros in aliquo ludendi genere solitos esse dicere, tolle lege: sed codicem Apostoli tollendum, legēdum sibi persuasit, & se conuertendum eius verbis primūm occurren-

currentibus, vt Antonius magnus, Ægypti gloria, ad monasticam vitā euangelicis istis: *Vade, vade omnia, que habes, & da pauperib<sup>9</sup>, & c.*

Hæc autem Apostoli, suos ante oculos primūm obuersata, & subito lecta sunt: *Non in commessationibus, & ebrietatibus; non in cubilibus, & impudiciis; non in contentione, & emulatione; sed induimini Dominum Iesum Christum; & carnis prouidentiam, ne feceritis in concupiscentiis.*

Quæ si quis, proposito vitæ monasticę desiderio, animo, ac ratione lustrauerit, eam semel, iterūm, ac tertio (vt diuina solent oracula) sibi commendari, sicut Augustinus, intelliget, & primò per partes, ex quibus constat, hoc modo: *Non in commessationibus, & ebrietatibus; non in cubilibus, & impudiciis, non in contentione, & emulatione.*

*Non in commessationibus, & ebrietatibus* illa Paupertas: monachismi pars habetur, de qua doctor Ecclesiæ Fulgentissimus & nomine, & doctrina: *Semper est Deo grata paupertas, cuius cibus non habet sanguinem, sed olusculum vile mansuetam supplet esuriem.*

*Non in cubilibus, & impudiciis* altera notatur excellentia non minus Angelis, quàm hominibus accepta: nam vitiū ei cōtrarium & occultè pugnat, & publicè, Virgilius.

Hippocrates  
epist. ad  
Damagetū

Optata con-  
uersio.

Euthymi<sup>9</sup>  
in psal. 44.

Confirma-  
tio senten-  
tiæ.  
Aug. in ps.  
74.

Tollendū,  
& legendū  
Apostoli co-  
dicem intel-  
lexit, & B.  
Antonium  
sequendū.  
Matth. 19.  
Rom. 13.  
Prima Apo-  
stoli verba.

Rom. 13.

Commen-  
datur perfe-  
ctio religio-  
sa per par-  
tes, & pri-  
mò.

Fulgentius  
ser. 7.

Castitas.

Eclog. 3.

*Et fugit ad salices, & se cupit ante videri.*

Obedientia

*Non in contentione, & emulatione inest obediē-  
tia, tertia pars orbis monachalis: nam inobe-  
diens maiestatem amat, æqualitatem odit,  
subiectionem fugit, ceruicem erigit, conten-  
dit, æmulatur: At perfectus, & obediens populus  
dicit id Pauli dictum; Domine quid me vis face-  
re?*

Bern. in ser.  
de S. Paulo.

Resplendet iterum eadem admonitio per  
hæc verba: *Sed induimini Dominum Iesum Chri-  
stum.* In vulgatis legitur, *induite*, quo verbo  
Sanctus Alchimus eam sorori suæ Fulcinæ  
commendat, scribens;

Commen-  
datur perfe-  
ctio religio-  
sa secundò.*Exue delicias mundi huius, & indue Christum.*Carmine de  
virginitate  
ad Fulcin.

Sanctus Bernardus in eandem sententiam:  
*Huiusmodi conuersatio (monastica scilicet) pro-  
fessores, & amatores suos Angelis similes, dissimiles  
hominibus facit; imò diuinam in homine reformat  
imaginem, figurans nos Christo, instar baptismi; &  
quasi denique secundò baptizamur; cum per id, quod  
mortificamus membra nostra, que sunt super terrā,  
Christum induimus.*

Tractat. de  
præcept. &  
diuina gra-  
tia.Tertia Re-  
ligionis ad-  
monitio.

Ultimò status acquirendæ perfectionis in  
verbis istis: *Et carnis prouidentiam ne feceritis in  
concupiscentijs.* Nam vnanimis in domo Do-  
mini fursum cor habent, terrena vana non  
quærun, *quod perfectè complebimus; si secundum*

Aposto-

*Apostolum carnis curam ne fecerimus in concupiscē-  
tijs.* Hæc illorum nomine Cassianus.

## CAPVT VII.

*Conuersus ostenditur ad monasticam  
religionem*

**P**Lura non legit in Apostolo, nec, vt ipse  
dicit, opus fuit; statim quippè cum fine  
huius sententiæ: *Non in comessationibus, &  
ebrietatibus, &c. quasi luce securitatis infusa cordi  
meo* ( sic loquitur ) *omnis dubitationis tenebræ  
diffugerunt*, eæ scilicet, quæ eum retardabant à  
derelinquenda coniugij voluntate, sicut opus  
erat, ad amplectendam monasticam: vnde ip-  
semet Augustinus quosdam huius vitæ pro-  
fessores castissimos esse iubet: *Nec enim* (ad-  
dit) *prius congregaret vos ista societas, in qua conti-  
nenter viuitis, nisi voluptatē coniugale contēneritis.*

Aug. 8. Cōtē-  
sel. 10.Relinquit  
desiderium  
coniugij.Lib. de lib.  
arbitr. c. 4.

Refulsit ergo Sol doctorum, qui prius erat  
in nubilo secularium *tenebrosam spem gerens de  
pulchritudine uxoris, de pompa diuitiarum, de va-  
nitate honorum, ceterisq; noxijs, & periculis volup-  
tatis.* Et conuersus est Apostoli verbis ad vitā  
(vt eorum antecedētia, & consequentia etiā  
probant) castam, pauperem, humilem.

Aug. lib de  
vilitat. cre-  
dendi, c. 4.

Antecedentia verba tenebrarum opera in-

E 2 feriùs



feriùs appellata commestationes, & ebrieta-  
tes, cubilia, & impudicitias; contentionem,  
& æmulationem, id est diuitias, delicias, ho-  
nores, procul eijcienda admonent; nam si

*Diuitias, si delicias, si præstat honores*

*Christus, honoratur conditione fori.*

Ait Gersonius, & consequenter,

*Surgere de tenebris hortatur epistola Pauli;*

*Hac Augustino versio mira fuit.*

Sequentia Apostoli, quæ post Augustinum  
in eodem horto legit Alipius, monasticam  
vitam etiam inculcant, & in cuiusque ponit  
electione, vt Ioannes Damascenus dicens:

*Vita monastica non ex necessitate, sed ex libera  
animi voluntate suscepta. Et hoc Apostoli verbis,  
qui comedit, inquit, comedentem non iudicet.*

*Sequebatur Verò, infirmum autem in fide assu-  
mite; non in desceptationibus cogitationum. Alius  
autem credit se manducare omnia: qui autem in-  
firmus est olus manducet. Is, qui manducat non mā-  
ducantem non spernat, & qui non manducat man-  
ducantem non iudicet.*

*Et tali admonitione firmatus est, placitoq;, ac  
proposito bono, & congruentissimo suis moribus,  
quibus à me in melius iam olim valde, lon-  
gèque distabat, sine vlla turbulenta cunctatio-  
ne coniunctus est. Hæc Augustinus ostendens  
sibi*

sibi per hæc Apostoli verba, *Non in commessa-  
tionibus, &c.* Per sequentia: *infirmum autem in  
fide, &c.* Alipio suo conuersionem monasti-  
cam contigisse, quam placitum vocat, & pro-  
positum, vt alibi, Potitiani contubernales ad  
eandem narrans inclinatos, his verbis: *at illi  
narrato placito, & proposito suo quoq;, modo in eis*

*talis voluntas orta esset, atq; firmata, petuerunt, ne  
sibi molesti essent, si adiungi recusarent.*  
*Indè ad matrem ingredimur (ait Augustinus  
Deo) indicamus, gaudet, narramus quemadmodum  
gestum sit, exultat, & triumphat, & benedicit tibi,  
qui potens es ultra quam petimus, aut intelligimus  
facere, quia tanto amplius sibi à te concessum de me  
videbat, quam petere solebat miserabilibus eius, fle-  
bilibusq; gemitibus.*

Petebat enim hoc tantum, quod *me iam  
coniugatum baptismus salutaris ablueret, quo me in  
dies gaudebat aptari, & vota sua, ac promissa tua  
in mea fide compleri animaduertebat.* Hæc Augu-  
stinus Deo.

Et amplius concessum beatæ Monicæ, quâ  
petierit ei fatetur: *Conuertisti enim (ait) ita me  
ad te, vt nec uxorem quererem, nec aliquam spem  
seculi huius, stans in ea regula fidei, in qua me ante  
tot annos ei reuelaueras.*

*Et conuertisti luctum eius in gaudium multo vbe-  
rius,*

Gerf. super  
magnificat

Ioan. Dam.  
epist. de di-  
uinis decre-  
tis tit. de ab-  
stin.

8. Conf. 12  
Rom. 14.

8. Conf. 12.

Alipius con-  
uertitur ex  
emplo Au-  
gustini.

8. Conf. 62

8. Conf. 12

Amplius  
cessum est  
Monicæ,  
quam pete-  
ret.

6. Conf. 13

8. Conf. 132

Letatur ma-  
gis Monica  
demonacha  
li, quam de  
fatu coniu-  
gali Augu-  
stini.

rius, quam voluerat, & multo charius, atque ca-  
stius, quam de nepotibus carnis meae requirebat.

Id est, non solum in baptismali, sed etiam  
in monachali professione me constituiisti  
persistendum, & adiuuisti deliberantem, sic  
stare post baptismum in regula fidei, vt con-  
tinerem me à rebus seculi, & vxorem mini-  
mè quærerem monachorum more, qui spem,  
quam habebant in seculo dereliquerunt, & nunc  
continentes Deo viuunt.

Aug. epist.  
95.

Sed ubi erat tam annoso tempore, & de quo,  
imo, altoq; secreto euocatum est in momento libe-  
rum arbitrium meum, quo subderem ceruicem leni  
iugo tuo, & humeros leui sarcina tua, CHRISTE  
IESU, adiutor meus, & redemptor meus? Hæc  
ipse gratias agens de conuersione sua mona-  
stica, quam lene iugum, & leuem Christi sar-  
cinam, vt alibi persuadens eam Licentio vo-  
cat, & Paulinus Nolanus, hoc versu;

Quid retrahis fera colla iugo, mea sarcina lenis,  
Suaue iugum Christi, vox pia, ciede Deo.

Qui per desertum monasticæ religionis in  
cœlestem promissionem ire, sibi ante men-  
tis oculos proponunt, & farinam dispergunt  
Ægypti, & manna pro ipsa recipiunt abun-  
danter, quod est diuina consolatio: vnde pri-  
mus

Act. 4.

mus huius propositi in Actis Apostolorum  
scriptus Ioseph, cognominatus est Barnabas ab  
Apostolis, quod est interpretatum, ita consolatus,  
vt sit filius consolationis. Eodem certè modo  
Augustinus, vbi in monachale propositum  
se penitus immerfit, in omnem consolatio-  
nis rationem se diffusum vidit, ita Deo gra-  
tulatus: Quam suauem mihi subito factum est carere  
suauitatibus nugarum, & quas amittere metus fue-  
rat, iam dimittere gaudium erat. Eijciebas enim  
eas à me, vera tu, & summa suauitas; eijciebas,  
& intrabas pro eis omni voluptate dulcior, sed non  
carni, & sanguini: omni luce clarior, sed omni se-  
creto interior: omni honore sublimior, sed non subli-  
mibus in se.

9. Conf. 74

Letatur de  
monastico  
proposito.

Pergit; iam liber erat animus meus à curis am-  
biendi, & acquirendi, & volutandi, atq; scalpen-  
di scabiem libidinum; Hæc ille post suam con-  
uersionem dicit, obvota obedientiæ, pauper-  
tatis, & castissimæ vitæ.

Aug. 9. Cōf.  
fel. 1.

Nam, vt pullus coruorum, cum nigrescit, cibum  
à patre latissimus accipit: ita Augustinus ad mo-  
nachismum conuersus, & deposito mundi  
candore, Garriebam tibi (ait Deo) claritati meæ,  
deliciis meis, & saluti meæ.

9. Conf. 75

## CAPVT VIII.

## Firmitas conuersionis ad monachismum.

**Q**uoniam monachalem conuersationē perpetuare non posset intricatus publicis, & importunis cathedrę negotijs, eam sibi deserendam statuit: *Veruntamen quia propter nomē tuū, quod sanctificasti per terras (ô Deus!) etiam laudatores utiq; haberet votum, & propositum nostrum iactantia simile videbatur, non operiri tam proximum feriarum tempus, sed de publica professione, atq; ante oculos omnium sita ante discedere, ut conuersa in factum meum ora cunctorum intuentium, quam vicinum vindemialium diem praeuenire uoluerim, multa dicerent, quod quasi appetissem magnus uideri.*

Et iterum dolorem pectoris annotat, quo compulsus erat intermittere saltem studia, & tacito monachismi proposito, illum relinquendę cathedrę causam aliquibus respondebat; ait enim, *ubi plena uoluntas uacandi, & uidentis; quoniam tu es Dominus oborta mihi est, atq; firmata, nosti Deus meus etiam gaudere cepti, quod hæc quoq; suberat non mendax excusatio, qua offensionem hominum temperaret, qui propter liberos suos. me liberum esse nunquam uolebant.* Hæc de

de dolore pectoris, & occultatione conuersionis suę.

Nec enim de ea certi erant, nisi familiares ipsius, quorum Verecundus grāmaticus multum, eo tempore, macerebatur; quia, coniuge Christiana, nondum Christianus, arctiore præ cæteris compede, ab ipso monastices itinere, in quod intenderat Augustinus retardabatur; nec alio modo esse Christianum se uelle dicebat, nisi illo, quo non poterat, renunciatis seculi curis, & uinculis coniugij: *Sic ergo eramus (ait Deo) Verecundum consolantes tristem, salua amicitia, de tali conuersatione nostra, & exhortantes ad fidem gradus sui, uita scilicet coniuualis.*

Alipius, & Adeodatus Augustinum in hac conuersione, sicut alibi repetimus, sequuti sunt, consortes habere desiderantes, *Nebriidii autem operientes, quando sequeretur, quod de tam proximo poterat, & erat iam, iamq; facturum.* Ac breui fecit; ipsum namq; pater, & magister Augustinus commemorat *Fidelem, Catholicum, castitate perfectum, atq; continentia tibi (æterne Deus!) seruientem in Africa.*

Vt autem solidam intelligamus animi deliberationem, & magnum undique desiderium Augustino fuisse seruiendi Deo; licet.

9. Conf. 2.

Qua de causa spectauit ferias vindemiales in cathedra post conuersionem.

Dolore pectoris affligitur.

9. Conf. 1.

Verecundus Grammaticus sequi uult Augustinum in monastica conuersione.

9. Conf. 3.

Alipius. Adeodatus. 9. Conf. 3. Nebriidius.

Aug. ibid.

Qua de causa de pingitur cor habens inflammatum, & sagittatum.

Cassiod. in Psal. 119. Linguae dolosae.

Remedia contra linguas dolosas.

Cassiod. in Psal. 119.

Aug. in eundem Psal.

viginti dies in cathedra post conuersionem, vt laudes vitaret humanas, sedisset; attende, qua de causa cor praeferat in manu diuinitus inflammatum, & sagittis transfixum, vt videre est in eius vbique gentium notis, & frequentissimis imaginibus; *Primò cum caeperit homo ascendere, & proficere, in ipso exordio ascensionis, linguas dolosas patitur, blandas ad perniciem, blandas ad malam persuasionem, dicentes, quid facis? aliter enim viuere non potes? tu solus es, qui vis hoc esse, quod alij non sunt: etsi inuenis alios, qui tecum sunt, illa blanda, & dolosa lingua quid dicit? ecce illi potuerunt fortè, tu non poteris; si aggrediaris, deficies, & melius erat non incipere, quam incipere, & deficisse, & c.*

Si autem remedium velis, quod detur tibi, & apponatur tibi ad linguam istam dolosam, ecce apud Regem prophetam habes: *Sagittae potentis acutae, cum carbonibus desolatorijs. Per sagittas acutas cum carbonibus desolatorijs vicisti linguas dolosas; id est, per verba Dei, quibus transfixum erat cor tuum, & per exempla iustorum, qui de mortuis viuificati sunt iusti, quo modo carbones de mortuis reuiuiscunt.*

Igitur, cor sagittatum, & inflammatum praetendit Augustinus in picturis, & simulachris, praedicans, vt vnusquisque permaneat in

in uocatione, sicut & ipse; nam verba Apostoli, non in comessationibus, & ebrietatibus, & c. Verba, & exempla Satorum. sagittae fuerunt acutae; carbones verò desolatorij exempla beati Simpliciani, Victorini, Sancti Antonij, & Potitiani Contubernaliū, quibus affectus planè monasticum arripuit institutum firmiter, & tenaciter, de quo: *Sagittaueras (inquit Deo) tu cor nostrum charitate tua, & gestabamus verba tua transfixa visceribus, & exempla seruorum tuorum, quos denigris lucidos, & de mortuis viuos feceras, congesta in sinu cogitationis nostrae urebant, & absument grauem corporem, ne in ima vergeremus, & accendebant nos valde, vt omnis ex lingua subdola contradictionis flatus inflammare nos acrius posset, non extinguere.*

Postquam tandem recessit in villam nomine Cassiciacum, occasione feriarum vindemialium, nihil magis habebat in votis, quam monachalis vitae propositum, de quo. Ratio inibi; *diuitias nullas cupis? cui Augustinus; hoc quidem non nunc primum. Ratio; quid boneres? Augustinus; fateor eos modo, ac paene his diebus, cupere destiti. Ratio, quid vxor? Augustinus; nihil mihi tam fugiendum, quam concubitum esse decreui.*

Colloquatur de proposito religionis monasticæ.

1. Soliloq. 10.

r. folioq.  
10.

Non inchoantibus præmium, sed perseue-  
rantibus in hoc statu: *Quamobrem, ait, satis, ut  
credo, iustè, ac utiliter pro libertate animæ, mihi im-  
perari non cupere, non querere, non ducere ux-  
orem: addit.*

2. folioq.  
25. quid pe-  
nit.

*Deum & rogauimus, & rogamus, ut nobis non  
diuitias, non corporis voluptates, non populares sug-  
gestus, atq; honorem, sed animam nostram, seq; iter  
querentibus aperiat.*

3. Conf. 5.

Propter eandem mentem, *Renunciaui (cum  
Deo loquitur) peractis vindemiælibus, ut scho-  
lasticis suis Mediolanenses venditorem verborum  
alium prouiderent; quod & tibi ego seruire delegisè;  
& percepta baptisimi gratia (sic interpretor)  
monachus futurus, cui*

Scribit Me-  
diolanen-  
sibus, &  
quid.

*Hæc bona libertas, Christo seruire, & in ipso*

*Omnibus esse super . . . . .*

Paulinus e-  
pistol. 40.  
apud Aug.

Si plura desiderantur ad lucem huius mo-  
nasticæ cōuersionis, quartus liber istius ope-  
ris dabit, & eandem conuersionem Medio-  
lani solemniter promissam; in Africa verò re  
& opere completam, apud Tagastenses, &  
Hipponenses, qui *vehementer in me dilexerunt*  
(ait ipse) *quod audiuerant, paucis agellulis contem-  
ptis, ad liberam seruitutem me fuisse conuersum.*

Dilexerunt  
Hipponen-  
ses August.  
propter cō-  
uersionem  
istam.Aug. epist.  
225.

## CAPVT IX.

*Annus Domini, & ætatis Augustini in hæc  
conuersione, mensis, dies.*

**A**NNO Domini CCCLXXXVI, æta-  
tis verò suæ trigesimo primo inchoato,  
conuersus est Augustinus ad vitam mona-  
chalem; ad hanc enim conuersionem à pri-  
mo eius desiderio, *Multi mei anni mecum efflu-  
xerant (ait) fortè duodecim anni, ex quo, ab unde-  
uigesimo anno ætatis meæ, lecto Ciceronis Hortensio,  
excitatus eram studio sapientiæ.* Duodecim autè  
incepti, & qui fortè effluerant, vnde uige-  
simo superadditi triginta & vnum ætatis in-  
choatos reddunt, quos agebat Augustinus,  
sub ficu conuersus ad monachalem vitam,  
vt diximus, anno Domini CCCLXXXVI:  
nam antecedenti orationem habuit in laudè  
Bautonis consulis (quod iam dictum) & an-  
nos ætatis suæ triginta.

Annus æta-  
tis.  
8. Conf. 7.Annus Chri-  
sti, in quo  
conuersus.

Ad mensẽ, & diẽ venio; quo Pater Au-  
gustinus conuersus est, & vtrumque vige-  
simũ octauum Augusti sic assero; non post  
sequehtem annum suæ conuersionis (vt scri-  
bit Cardinalis Baronius) in villam nomine

Mensis, &  
dies.Baron. ann.  
385.

Cassi-

9. Conf. 2.

Calsiciacum se contulit, sed occurrentibus primùm ferijs vindemialibus eiusdem anni, ad quas vsque, à sua conuersione *opportune iam paucissimi dies supererant, &c. nescio utrum vel viginti dies erant*, ait ipse.

S. Ambros. vel S. Max. ser. de laud. Cypriani.

Dies verò primus feriarum vindemialium, quo vacabant studia, & ipse reliquit omninò Cathedram, Mediolani in decimum sextum Septembris incidebat: liquet ex sermone, & Sancti Ambrosij, & Sancti Maximi (nam in vtroque habetur) de laudibus doctissimi Martyris Cypriani, eodem die celebratis, & ex legibus Vuisigothorum, quæ sic: *Ferias precipimus obseruandas propter vindemias colligendas, à decimo sexto Kalendas Octobris, vsque ad decimum quintum Kalendas Nouembris.*

Lib. 1. leg. Vuisig. c. 7.

Comparatur Aug. cū templo.

Ioan. 12.

Iam dies à decimo sexto Septembris retro actò ordine numerata, viginti dubio procul inuenies, ipso vigesimo octauo mensis Augusti, quo dicas eodem die dissolutum augustissimum Dei templum Augustinum, quo dicatum per suam monasticæ vitæ conuersionem: quod si etiam, *quadraginta & sex annis edificatum est Hierosolymitanum*, totidem interuenerunt ætatis à trigésimo conuersionis (quem iam ostendimus) ad septuagesimum

gesimum vsque sextum, resolutionis eiusdem, de quo Sanctus Prosper.

Prosper. lib. de ingratis. ca. 2. agens de Augustino.

*Et vita, & requies Deus est, omnisq; voluptas Vnus amor Christi, vnus Christi est honor illi Omnia, & in sancto regnat sapientia templo:*

Hic finio, & serio conquiesco; velim, & tu mecum; vt illum in sequenti libro illustriùs, lustres, lustratum, & illustratum salutari Baptismi aqua.  
(.?.)



DE VITA;  
ET LAUDIBVS

S. P. N. AVR. AVGVSTINI  
Hipponensis Episcopi, & Ecclesiæ  
Doct̃oris eximij.

Liber Tertius.

BAPTISMVM DESCRIBIT.

CAPVT I.

De preparatione eius ad Baptismum.

Pœnitentia



IGILIÆ, preces, ieiunia, cæteraq;  
Christianorum exercitia necessaria  
non sunt ante baptismum, adduntur  
tamen ab adultis, figurata in baptis-  
mate Ioãnis, quod erat *Isagoge quedam* (ita magnus ap-  
pellat Athanasius) ad Christum. Ideò Pater  
Augustinus ad baptismum se præparat agēs  
pœnitentiam, & illorum habitum gestans in  
villa Casiciacana, *Qui typum gerunt Adæ à  
paradiso exclusi, & ex conscientia delictorum diui-  
num metuentes aspectum, propter quod, & per pu-  
blicum, capitibus tectis, incedunt, dicentes;*

Athan. epi-  
stol. ad An-  
tioch.

Habitus ea  
vechumeni.

Iuulius de  
parti. c. 6.

Ite

Aur. Aug. Liber tertius.

41

*Ite procul lati, fletum consortia malo;  
Ut breuibus lachrymis gaudia longa metam  
Si modo lugentem grauis hirto tegmine saccus,  
Caprigenus, setis tegit, & stimulet.*

Psalmos Daudicos ex corde recitabat, &  
quas tibi voces (ait Deo) dabam in psalmis illis,  
& quo modo in te inflammabar ex eis, & accende-  
bar eos recitare, si possem, toto orbe terrarum aduer-  
sus typhum generis humani? &c.

Quemadmodum Paulus, ne magnitudi-  
ne reuelationum extolleretur, vt iuuenis,  
frequenter dolore capitis collaphizabatur vt  
puer: ita Augustinus, vt se longè penetrauit  
in merum mel Psalmsi quarti, ne grauius per  
vanam gloriam corrueret, quàm prius per  
lapsum vitiorum iacebat, dolore dentium af-  
flictus est ad amissionem vsque loquelæ: *Sed  
quis dolor (inquit) aut quo modo fugit? expaui, fa-  
teor, Domine meus, & Deus meus; nihil enim tale ab  
ineunte etate, expertus fueram.*

Eum quadam nocte imaginata blanditia  
titillauit, longè quidem, longè minus, quàm  
solebat, sed longè aliter, quàm putauerat;  
quapropter tantum fleuit, vt ei Ratio; *Iam  
cohibe te à lachrymis, & stringe animum, multum  
omnino fleuisti; & hoc omnino morbus iste pectoris  
tui grauiter accipit; cui Augustinus, modum me*

F vis

Paulin. No-  
lan in pœne  
ge. de pue-  
ro celfo.

9. Conf. 4.  
Psalmorū  
deuotio.

Hieron. in  
2. epist. ad  
Corinth. c.  
12.

Dolor den-  
tium.

9. Conf. 4.

Tentatio-  
nis remedia

1. soliloq.  
14. in 1. to-  
mo.

*vis habere lachrymis meis, cum miseria mea modum non videam; aut valetudinem corporis considerare me iubes, cum ipse tabe confectus sim?*

Apostolorum tempore curiosa sectati  
..... magicis ponunt incendia libris;

*Ut mereantur aquas, & vitent ignibus ignes.*

Libros ante conuersionem factos obliuioni commisit.

Augustinus non libros prohibitos magiæ, quam semper abominatus est; sed curiosa tantum, & quæ fecit ante conuersionem suam, utpotè libros de pulchro, & apto, pænegericum Bautonis, & alia huius generis munimenta in aquas obliuionis submersit ante baptismum suum; dolens insuper post ipsam conuersionem, *Quod aliqua adhuc secularium literarum consuetudine scripsi.* Hæc ille.

In Prologo Reuoc.



C A P V T II.

*Dedit nomen inter Competentes.*

**N**OMEN dare proprium erat militibus, qui non mulcta, aut pœna, sed propria

pria voluntate, sub aliquo duce, stipendia facerent; Liuius, *Concursum indè ad consulem factus omnium ferme iuniorum, & pro se quisque nomina dabat, tanta cupido erat, sub eo duce, stipendia faciendi.*

Liui. lib. 10.

Nomen dare ad quos pertinebat.

Ex hoc in Christiana militia mos olim; *ut baptizandi nomen suum dent*: tradit & Mediolanensis Archipræsul Ambrosius illum præsignatum in miraculo cæci, super cuius oculos illuminandi, & lauandi aquis Siloe Saluator mundi lutum imposuit; ait enim Neophyto, *Quando dedisti nomen tuum, tulit lutum, & liniuit super oculos tuos.*

Concil. 4. Carthag. c. 8.

Lib. 2. de offic. c. 2.

Igitur; *ubi tempus aduenit, quo me nomen dare oporteret, relicto rure, Mediolanum remeauimus, & placuit Alipio renasci in te mecum.* Augustinus Deo dicit veniens quam humillimus ex villa Casiciacum appellata Mediolanum, non ut primùm inter Catechumenos scriberetur; sed quadraginta ferme dies ante tempus paschale, ut fieri solebat, cum quis inter competentes munerabatur, ad recipiendum baptismum.

9. Conf. 6.

Reddit Mediolanum ex villa, & ad quid.

Baron. ann. 385.

Nec ego certum, & præfinitum inuenio tempus, quo adueniente, oporteat nomen dare inter Catechumenos, sed inter cõpetentes baptismi, apud sanctum, & summum Ec-

Tempus dandi nominis.



Epist. ad e-  
piscop. Ter  
racon. clesix Pontificem Cyriacum hoc modo : Sa-  
cramentum baptismi dispensandum illis tantum ele-  
ctis, qui ante quadraginta, vel amplius dies, nomen  
dederunt.

Catechume-  
nus iam erat. Præterea; Augustinus, & antequam iret  
in villam, in villa, & reuersus ab ea daturus  
nomen, oportuno tempore, iam se catechu-  
menum asserit; primum docens in epistola

Epist. 86. ad Cassulanum : *Cum in eadem ciuitate mater  
mea mecum esset, & nobis adhuc catechumenis pa-  
rum ista curantibus.* Alterum in Confessione-

9. Conf. 4: bus ita; *Catechumenus in villa cum catechumeno  
Alipio.* Tertium in prologo Retractationum  
à villa reuersus Mediolanum, se repetens,  
Aug. in pro- *Non dum baptizatum (audi) sed adhuc catechume-  
log. R. c. r. num.*

Competēs  
fit. Vt igitur renasci pertinet ad baptizandos;  
ita, & nomen dare ad competentes baptif-  
mi: *Nam Catechumeni audiunt; nec dum petunt,*  
Isid. lib. 2.  
de off. c. 2. notat Isidorus, & Augustinus noster de Vi-  
ctorino, tanquam de Catechumeno; *Ubi au-  
8. Conf. 1. tem imbutus est primis instructionum sacramentis;  
non multo post (addit tanquam de competen-  
te) etiam nomen dedit, ut per baptismum regene-  
Aug. de cu-  
ra pro mor-  
tuis. c. 12. tur. & de quodam Corina; Pascha iam ap-  
propinquabat, dedit nomen inter alios competen-  
tes.*

Confe-

Consequens ergo fit Augustinum, vbi tē-  
pus aduenit, nomen dedisse inter competē-  
tes, cum vt ipse ait à villa Casiciaco reuer-  
sus; *Mediolani sui baptismum percepturus.* i. Retract.  
c. 6.

## C A P V T III.

*Tempus inter conuersionem, & baptismum  
expenditur.*

**A** Conuersione sub ficu, tantum temporis  
ad baptismum vsque; quantum à vigesi-  
ma octaua die Augusti mensis, in qua illa cō-  
tigit, ad vigesimam vsque quartam Aprilis  
(in hac enim, vt inferius apparebit, baptiza-  
tus fuit) intercurrit; hoc est, spatium octo fer-  
mè mensium, aduertente Possidio; *Heresis il-  
la, miseratione diuina, eius ex animo pulsa est, proti-  
nusq; ipse in fide Catholica confirmatus, proficiendiq;  
in religione eidem amoris ardor innatus est, quo pro-  
pinquantibus diebus sanctis Paschæ, salutis aquam  
perciperet.*

Vides; propinquātibus diebus sanctis pas-  
chæ, baptismum suscepit, & innato cum ar-  
dore proficiendi: non ergo planè necesse est af-  
firmare (cum Baronio) annos duos, & menses ali-  
quos à conuersione vsque ad baptismi tempus inter-  
currisse. Propinquo  
paschate ba-  
ptizatus.  
Baro. anno  
385.

Baron. ann. 383. Fundamentum Baronij. 3. de Acad. c. 20. 1. foliloq. c. 10. 7. Conf. 11. Baro. anno 385.

Fundamentum, super quod suam Baronius erigit computandi rationem, semel, & iterum asserens: *Demonstratum est anno trigesimo suæ ætatis ad Christum conuersum esse, scilicet Augustinum, trigesimo secundo, & tertio perseuerasse catechumenum.* sic habet, putat illustrissimus Cardinalis de Republica Christiana meritisissimus, libros de Academicis prius scriptos, quàm de soliloquijs, & quia in fine illorum Augustinus dicit; *Cum trigesimum, & tertium annum ætatis agam;* veriore arbitratu lectionem soliloquiorum, habentem ad marginem, tunc Augustino esse triginta quatuor ætatis annos, quam textualem ei assignantem *triginta tres.* Et cum post annum vnum à tempore soliloquiorum beatissima Monica in æternas sedes euolauerit, vulneratum esse locum Confessionum Augustini affirmat, & pro anno ætatis Augustini trigesimo tertio, cum pia mater eius obiit, reponendum iubet trigesimum quintum.

Verumtamen libros de Academicis cœpit agens ætatis annos triginta, & vnum, anno Domini CCCXLXXVI. quo conuersus est (vt iam dictum) & inchoauit annos ætatis triginta duos, & triginta vnum compleuit, Idibus Nouembris apud Casiciacum, qui-

quibus occasione natalis sui, *libros de beata vita non post libros de Academicis, sed inter illos, vt scriberem, contigit:* ait, & inferiùs; *per idem tempus inter illos, qui de Academicis scripti sunt, duos etiam libros de Ordine scripsi, inter quos etiam scripsi duo volumina, Soliloquiorum hæc sunt.*

Incœpit ergo priùs libros de Academicis, quàm de soliloquijs; absoluit posteriùs illos, quàm istos: in vtrisque ideò consequenter, & verè: *Cum triginta tres annos agam.*

Sic textualis soliloquiorum lectio vera remanet; marginalis verò, vel etiam margine indigna: nec aliquid aduersatur in libro Confessionum nono; vbi ipse reponit annum ætatis suæ trigesimum tertium, & matrem Monicam tunc ad æternum præmiũ ex mundi fœce solutam: etsi annum vnum hoc contigerit post libros illos de Academicis, & soliloquijs: recepta namque est, & fatis, commendata Regula Ticonij de tēporibus, quæ (vt ipse docet Augustinus) vel inter medios cum extremis, vel, extremis relictis, solum intermedios annos computat; primo modo vsus est in libris de Academicis, & soliloquijs; cū enim de rebus secularibus scriberet in libris illis; *Quatuordecim anni sunt, ex quo ista*

Augustinus  
1. Retract.  
c. 3.1. Retract.  
4.3. de Academicis  
c. 20.

1. foliloq. 20.

2. Conf. 11.

Lib. 9. Confessionum  
nō discrepat à  
soliloquijs  
circa annos3. de doct.  
Christ. cap.  
35.

1. soliloq.  
10: cupere destiti: ab anno scilicet vndeuigesimo  
3. Conf. 4: ætatis suæ, sicut habetur in confefsionibus:  
4. Conf. 1: quatuordecim autem simul iuncti cum vn-  
9. Conf. 12: deuiginti, triginta tres efficiunt in computa-  
tione, qui reuera sunt triginta & vnus com-  
pleti, vel triginta duo tātum incæpti, & istos  
agebat (vt sequens caput monstrat) scribens  
libros illos de Academicis, & soliloquijs, ipso  
tempore sui baptismatis. Alterum verò mo-  
dum Ticonianæ regulæ posuit in confefsio-  
nibus, & solum annos attendit intermedios,  
& decurrentes à carceribus ætatis suę ad vl-  
timam vsque metam matris Monicæ sanctif-  
simæ dicens. *Ergo die nono ægritudinis suæ, quin-  
quagesimo, & sexto anno ætatis suæ, trigesimo &  
tertio ætatis meæ, anima illa religiosa, & pia corpore  
soluta.*

## C A P V T IIII.

*Annus tam natalis Christi Domini, quàm  
Augustini, mensis, dies, hora baptismi.*

**D** Vos veluti limites, & terminos agens  
cum Deo posteritati conspicuos reli-  
quit, ad annum natalis Dominici conspiciē-  
dum,

dum, in suo baptismo; *Tunc* (inquit) *hymni, &*  
*psalmi, vt canerentur secundum morem Orientali-*  
*um partium, ne populus maroris tadio contabesceret,*  
*institutum est, & ex illo in hodiernum retentum,*  
*multis iam, ac pænè omnibus gregibus tuis, & per cæ-*  
*tera orbis imitantibus. Tunc memorato antistiti tuo*  
*per visum aperuisti, quo loco laterent corpora Pro-*  
*tasij, & Geruasij, quæ per tot annos incorrupta in*  
*thesauro secreti tui recondideras; unde oportunè pro-*  
*meres ad coercendam rabiem fæmineam, sed regiam*  
*Iustinæ scilicet iniustissimæ aduersus Am-*  
*broosium.*

Hæc autem, quæ dicimus, veluti signa bap-  
tismatis Augustiniani, contigerunt (vt re-  
ctè probat Baronius) anno DOMINI  
CCCLXXXVII. ergo in illo, & baptismus  
ipse. Corroboro; conuersum ostendimus  
Augustinum sub ficu, anno DOMINI  
CCCLXXXVI. vigesima super octauã mē-  
sis Augusti diem, baptizatum verò, *propin-*  
*quantibus diebus sanctis Paschæ.* Sequitur ergo  
annum baptismi fuisse prædictum Domini  
CCCLXXXVII. hucusque pro anno Do-  
minico. Iam de ætate eius scribamus.

*Ipsemet in libro Confessionum testatur, quod tem-*  
*pore sue baptismationis, fuit triginta duorum anno-*  
*rum; ait Dionysius Carthusianus, annos in-*

9. Conf. 7:

Duo signa  
ad tēpus ba-  
ptismi Au-  
gustiniani.Reliquiæ  
Protasij, &  
Geruasij.Baron. 3<sup>o</sup> 7

Possid. c. 13

Diony. fer.  
1. de S. Au-  
gust.

9. Conf. 6. intelligens incæptos; sicut etiam triginta tres, ad quos respicit ab Augustino scriptos, vbi mors beatissimæ matris Monicæ annum post vnum à Baptismo, describitur.

Liber de cognit. veræ vitæ. fol. 128. 31. Prætereà, liber extat vetustus, & manuscriptus in Bibliotheca Vaticana, qui sic in fine; *Explicit liber Sancti Augustini de cognitione veræ vitæ, quem fecit fratribus eremitis de Monte Pisano, ipso existente fratre, anno ætatis suæ trigésimo primo completo, & trigésimo secundo incæpto, quo baptizatus (vbi videndum opportuniori loco) ex vrbe Mediolano, per montes Pisanos repedauit in Ostia Tyberina.*

Possid. in vita S. Aug. c. 31. Possid. in vita Aug. cap. 3. 9. Conf. 6. Possid. in vita Aug. c. 1. Denique Possidium audi, qui sic in libello de vita, & moribus Sancti Augustini: *Vixit annis septuaginta sex; in clericatu autem, vel episcopatu fermè quadraginta: laicus monachus in agris Tagastensibus fermè triennio; ergo annos ætatis agens triginta tres ad ipsos agros venit: constat ex libris Confessionum, vbi scribit de pia matre Monica, propè tempus nauigationis suæ in Africam, defuncta apud Ostia; sed, cum antecedenti ætatis anno baptizatus fuerit; erat annis maior triginta, vt ait ipse Possidius, hoc est, trigésimo*

gesimo primo completo; vel trigésimo secundo inchoato.

Mensis erat Aprilis, & dies vigésima quarta, in quam illo anno D O M I N I C C C L X X V I I. sabbathum paschale incidit, vt patet ex Ciclo Dionysij cognomento Parui, illo autem sabbatho baptisma dispensari solitum erat, non verò *per totam hebdomadem sequentem*, sicut scribit, Pierius Valerianus.

Hora nona, qua Cornelius admonitus fuit ab Angelo de baptismo, dari illud institutū, ait Amalarius, & in ipsa credibile est, datum Augustino; præcipuus enim, cæteris competentibus prior ad lauacrum accessit, *morte illius baptizandus, qui spiritum tradidit hora nona.*

Celebrauit hoc tempus gentilitas, & Rogalia instituit pro frugibus terræ, de quibus Plinius, & alij multi: illis autem abolitæ, Litanias introduxit alma mater Ecclesia, quas valdè commendat Sanctus Gregorius Papa, vt gratias Deo agamus, *tam de antiquioribus, quam de presentibus beneficiis*; inter quæ Augustini baptisus nō parū eminent, velut enim Auster contra Aquilonē, ita pugnat aduersus hæreses: quas à parte præuidens Aqu-

Dionys. in eilic. apud Bedam tomo ..

Pierius lib. 40. Hora.

Amal. de offic. c. sabbath. Pasce.

Plinius lib. 18. c. 29.

Greg. lib. 2. Registr. in principio.

Aquilonari, illum verò nasciturū ex Africa-  
na, & Australi, ipsa veri Salomonis sponsa  
ita suspirabat: *Surge Aquilo, hoc est discede,*  
*& veni Auster, & perfla hortum meum, ut fluat*  
*aromata illius.*

C A P V T V.

Baptizatur.

Mediolani (inquit) ubi baptizati sumus Ec-  
clesia est nota uniuerso orbi terrarum, ait  
Augustinus.

Baptizantem me veneror, ut patrem, in Chri-  
sto enim Iesu per Euangelium ipse me genuit, & eo  
ministro, lauacrum regenerationis accepi, beatum  
loquor Ambrosium, cuius pro Catholica fide, gratiā,  
constantiam, labores, pericula; siue operibus, siue ser-  
monibus tunc & ipse sum expertus, & mecum non  
dubitat orbis predicare Romanus. Hæc ipse.

De quo Sanctus Dacius; In fontibus, qui bea-  
to Ioanni adscribuntur, Deo opitulante, cunctis ur-  
bis videntibus, baptizatus est.

De apparatu ait Ambrosius: *Vides aquam?*  
*vides lignum? columbam aspicias?* (argenteam sa-  
cri olei receptaculum) & *dubitas de mysterio?*  
quod est baptismum figurari per Columbam

Noe-

Noeticam ramum oliuæ gestatē in arcam  
ligneam aquis enatantem.

Primum occidentalem mundi partem ad-  
spiciebat, de quo more nonnullis baptizan-  
dis ait Cyrillus Alexandrinus; *Ad occasum spe-*  
*ctantes caliginoso illi tenebrarū principi renunciatis.*

Deindè se conuertit ad Orientem: vnde  
Ambrosius: *Ad Orientem conuerteris; qui enim*  
*renuntiat Diabolo, & ad Christum conuertitur, il-*  
*lum directo cernit obtutu,* qui (testor beatū Ioā-  
nem Damascenum) *Cum in Cruce penderet ad*  
*occasum prospiciebat.*

Tribus vicibus ab aqua surrexit, tanquàm  
à terra in qua sepultus, imitatus Christum  
Dominum, qui tribus diebus, & tribus no-  
ctibus in sepulchro, sicut Ionas in ventre ce-  
ti, de qua re sic beatus Ambrosius apud Al-  
cuinum:

*Ter mergendus aqua est, cui gratia plena lauacrum.*

Quoties mergebat se in aquas; toties dice-  
bat *credo*, prima vice in Deum Patrem; secun-  
da in Christum Dominum, & crucem eius;  
tertia in Spiritum Sanctum; *ut multiplicem*  
*lapsus superioris atatis absolueret trina confessio.*  
Hæc Ambrosius ipse.

Apud nostros Hispanos vteri rotundi spe-  
cies (quia renasci dicimur ex baptismo) fons  
baptif-

Cant. 41

Locus.  
Aug. in ps.  
36.

Augustini  
baptizator.

Aug. lib. 1.  
cont. Inliā.  
Pelag. 3.

Baptisteriū  
Dacius in  
chronico.

Apparatus.

Ambros. de  
init. c. 3.

Genes. 8.

Ad occiden-  
tem partē  
aspicit.

Catechesi.

1.  
Vertitur ad  
Orientem.  
Li. de init.  
c. 2.

Lib. 4. fid.  
orthod. ca.  
13.

Trinā mer-  
sio.

Alcuin. in  
epist. 19.

Trina con-  
fessio.

1. de Sacra-  
ment. c. 7.

Fons fon-  
tis.

baptismalis; apud Mediolanenses, & mori peccatis, & resurgere se considerantes in Christo per illum *velut, quaedam sepulchri forma est.*

S. Ambros. 3. de Sacrament. c. 1.

Nudus descendit ad baptismum; hinc sanctus nomine, doctrina, pietate Maximus: *Nudi in seculo nascimur, nudi etiam accedimus ad lauacrum, quam ergo incongruum est, ut, quem nudum mater genuit, nudum suscipit Ecclesia, diues velit intrare in caelum?*

Sine vestibus Maximus ser. de S. Michael.

De forma verborum ipse Augustinus ait Deo: *In nomine tuo baptizati sumus, Pater, & Fili, & Spiritus Sancte.*

3. Conf. 13.

Recepit vestimenta candida, eo quod exuerit inuolucrum peccatorum, & induerit innocentiae casta velamina; Lactantius;

Vestis alb.

*Fulgentes animas vestis quoque candida signat. Sacro unctus est oleo, & haec a Praefule audiuit: Pater omnipotens, qui te regenerauit ex aqua, & Spiritu Sancto, remisitque tibi peccata tua; ipse te unget in vitam aeternam.*

Lact. in carmi. paschali. Ambros. 2. de sacram. c. 7. Vinctio.

Loti ei pedes, ut a vertice usque ad imum, pulcherrimus deinde viuere reminesceretur; in multis Ecclesijs abrogatam dicit hanc caeremoniam Augustinus, visitatam vero Ambrosius in Mediolanensi dicens Neophyto: *Succinctus, inquam, summus sacerdos pedes tibi lauit.*

Aug. epist. 119.

Ambros. 3. de Sacram. c. 1.

Data

Data est ei tessera fidei, careus accensus in manu, cuius meminit Ambrosius, & Fortunatus hoc versu;

Careus.

*Undique, rapta manu lux carea prouocat astra, Credas, ut stellas ire trahendo comas.*

Ambros. de myst. pasch. c. 1. Fortunatus lib. 5. Carminum. Aug. in ps. 36.

Non solum Alipius, & Adeodatus, quorum meminit in Confessionibus, sed & multi fratres nostri sunt (inquit aliam) qui *et nouerunt, quia baptizati sumus, et nobiscum baptizati sunt.*

Secij.

*Inde parens sacro ducit de fonte sacerdos Infantes niueo corpore, corde, habitu.*

Processio. S. Paulinus epist. 12.

In qua laeta, & Deo grata processione, non minus odorandi vis, quam videndi recreatur, ob illam

*Vinces ambrosios suavi spiramine rores Vertice perfuso Chrysmatis afflat odor.*

Fortunatus Carminum

Ob istam Fortunatus idem canit, *Lacteus hinc vestis color est; hinc lampade fulgor Ducitur, et vario lumine picta dies.*

C A P V T VI.

De Cantico Te Deum laudamus.

O Ccasionem praedictae processione, ut & aures diuino pabulo pascerentur Canticum illud prolatum est, quod a sui principio, more Hebraeorum, *Te Deum laudamus*, vel ab aucto-

Nomen Canticum.

Nauifera  
Ambrosia  
norum edi-  
tio. tom. 5.  
in fine.

Donat<sup>9</sup> Bos-  
sus in S. Am-  
brosio.

S. Hildeph.  
ferm. de Af-  
fump. Vir-  
ginis.  
Drachmati-  
cum.  
Bernard. Pa-  
tricius epif.  
spalatenfis  
in 2. orat.  
Concil. La-  
teran.

Oratio duo-  
rum tãquã  
vnius.

Philo in  
Moyse.

Dacius in  
chronico.

auctoribus vocatur, vt est in æditione Am-  
brosianorum edita Parisijs; *Canticum Ambro-  
sij, & Augustini, qui veniendo à Baptisterio ver-  
sus templū Sancti Ambrosij, composuerunt verba se-  
quentia huius cantici; Te Deum laudamus, præsentem  
populo, cum processione dignissima.* Hæc Donatus  
Bossus chronista Mediolanensis.

*Drachmaton genus est carminis, quo Cantica  
Canticorum edita, & seraphim alternatim canen-  
tes visi sunt in Esaia, quo modo Canticū istud  
contextum celebratur in altera Concilij La-  
teranensis oratione coram Pio II. Sanctus  
enim Ambrosius in eo introducit, dicens;  
Te Deum laudamus, ipso quoque Augustino respon-  
dente, Te Dominum confitemur.*

Nulla constantior, & ad eandem verborū  
tabulam sibi similia ex vno pectoris canali  
fluit oratio, quam istius cantici, in quo donū  
resplendet Apostolorum nobis symbolum  
fidei decretantium, & filiorum Israel; *Cum  
distributa omni gente in duos choros, alterum viro-  
rum, alterum mulierum, ipse Moyses viris carmi-  
nibus præiuit: sororem autem dedit præcentricem fe-  
minis, vt illud in parentem omnium conditorem  
Deum alternis cantarent versibus.*

*Prout Spiritus Sanctus dabat eloqui illis, Te Deū  
laudamus decantantes,* notat Sanctus Dacius  
Ambro-

Ambrosium, & Augustinum; ostendēs, quod  
*Beatus Augustinus in principio sui baptismi, recepit  
non solum gratiam sanctificantem, sed etiam dona  
Spiritus Sãcti ad intelligēdas sacras scripturas, & c.*  
Hæc Episcopus Christopolitanus, apud quē  
verba sancti Dacij de baptismo Augustini.

*Ambrosius iam ordinauerat, quod istud canticum  
cantaretur in Ecclesia Mediolanensi, sed Gelasius  
postea præcepit per vniversum orbem.* Hæc ipse  
Iacobus de Valentia.

Sanctus Benedictus in Regula cōmendat  
istud Canticum; liber quoq; ordo Romanus  
appellatus, ad quem respicere videtur auctor  
speculi Ecclesiæ, & Amalarius in officia scri-  
bens ecclesiastica; *Sicut à magistris Romana cu-  
rie accepimus, tantum in natalijs Pontificum, Te  
Deum laudamus canimus.*

Rodolphus Tungrensis: *Quoniã hymnus Te  
Deum laudamus pariliter resonat laudē Trinitatis;  
sicut hymnus Gloria in excelsis: ideò Romana obser-  
uatione introducta est regula; vt hi hymni pariliter,  
vnus in laudibus; & alius in missa debeat decātari.*

Guilhermus Durādus Episcopus olim Mi-  
matensis: *Campana pulsantur, & Te Deum lau-  
damus alta voce cantatur, ad denotandū, quod ma-  
nifestè, & mirificè Ecclesia, tempore gratie laudat  
Deum: & ad significandum, quod si bonis operibus*

Iacob de Va-  
lent. in cãt.  
Te Deum.

Iacob. de Va-  
lent. in Te  
Deum. cele-  
brantes hoc  
canticum.

Amal. de or-  
dine Anti-  
phon.

Rodulp. de  
Can. obser-  
Prop. 3.

In Rationa-  
li diuin. of-  
ficio. rit. Te  
Deum.

doctrinae sanctae benè responderimus ad celebrè laudè cum Angelis perueniremus: Cantus quoq; tunc alta voce factus gaudium mulieris de drachma perdita significat. Quale suscepit alma mater Ecclesia de baptismo sui Doctoris Augustini.

Quare alta voce, & cū sono campana canitur.

Miracula Lib. exēpl. dist. 3. per auct. Anonimū.

Sanctus Bernardus, Angelos aliquando vidit monachorum excitatores ad hoc canticum Deo gratum, vtile hominibus, vt auctor est Anonimus exemplorum.

Lib. 4. diuinar. in sinu. § 47.

Beata Gertrudes asserit illud à beata Virgine Deigenitrice decantatum in quadam Assumptionis die eiusdem, & recitatum ante conspectū Sanctissimæ Trinitatis.

Elisab. Sco. lib. Reuel. suar. c. 10.

Beata Elisabeth Sconaugiensis Virgo celeberrima sanctū Ioāne Baptistā à se visū scribit omni pulchritudine circūdatū, In matutinis (sic habet) cum diceremus Te Deum laudamus.

Cæsarius li. 7. Reu. cap. 31.

Beata Christiana super chorū Cisterciensium monachorum (qui, sicut & Diuus Bernardus, de hoc Cantico meritissimi, vt & sanctimoniales eiusdem professionis hic allegatae (honoris gratia) ab ipsa Domina nostra, & Angelorum, coronam vidit ornatissimam emitti in cuius nodo gemma resplendebat his literis; O clemens! ô pia! ô dulcis Virgo Maria! cum diceretur Te Deum laudamus.

Narrat Auctor exēplorū Anonimus ab ore mona-

monachi etiā albi Te Deum laudamus incipientis, flāmam splendidam, & multis scintillatè acuminibus, raptò cursu in cœlū ascendisse.

Auct. exem. p. d. 3.

Cæsarius de monacho etiā Cisterciano cœlesti fragrātia dilibuto, & in ipso æternæ sapientiæ penetrāli collocato cecinisse in quodā die Paschatis hoc Canticū; Te Deū laudamus.

Cæs. lib. 5. c. 28.

Idē (quod Iacobus de Valētia doctus, & notus ordinis Eremitarū alūnus) sanctimonialē normæ Cisterciēsis, aperto cœlo, vidisse hoc Canticū recitari à sanctis Apostolis, & Prophetis, ceterisq; in ipso nominatis celitib; simul cū sanctimonialibus sui monasterij: quapropter in hora mortis, ipsum hac de causa comēdabat, quod in eo voces fidelium ascēdant in cœlū, & simul cum vocibus Angelorum laudent Deum.

Cæs. lib. 8. c. 2.

Deniq; in libro nostro hui; operis vltimo, ad longum inuenies historiam de corde sanctissimi Patris Augustini, quod christallino vase interclusum (sicut in vita Sācti Sigisberti continetur) vbi perlibata sunt huius cānici verba; Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Deus Sabaoth. Varias vocum distantias vitreo contactu diuinitus excitaret, ostendens, quod verbosum eiusdem Cantici stamen sit corda musica (hæc enim ita dicta Cassiodoro) quod facile corda moueat:

Vita Sancti Sigisberti.

Cassiod. 27. epist. ep. 40



C A P V T VII.

Confirmatur, communicat, & fit ultima gratiarum actio.

Confirma-  
tio Concil.  
Laod. c. 48.

Post baptismū dispensari solitū Chrisma-  
tis sacramentū reuocat Cōc. Laodicenū  
ita decernens; *Oporteat eos, qui baptizātur, post la-  
uacrum Chrisma Ecclesie accipere.* Sic Augustin⁹  
noster, teste Dacio, *baptizatus, & cōfirmatus est.*

Dacius in  
chronico.

*Circumdansq; rudes festis altaribus agnos  
Pura salutiferis imbuat ora cibis.*

Cōmunio.  
Paulinus e-  
pist. 12.

Ait Paulinus Nolanus de Episcopo baptizāte  
vnde sacramēta numerātur hoc ordine, *Bap-  
tismus, Cōfirmatio, Cōmunio, & c.* Quæ in die sui  
baptismatis Augustino dispēfata mihi vide-  
tur asserere beatus Possidius dicēs, quod ille  
de manu sanctissimi præfulis Ambrosij per-  
ceperit (in plurali) *sacramenta.*

Possid in vi-  
ta Aug. c. 1.

Gratiarum  
actio.

Ultima gratiarum actio fiebat à Clericis,  
respondētibus Neophytis alleluia; Paulinus,  
*Hinc senior sociæ congaudet turba cateruæ:  
Alleluia nouis balat ouile choris.*

Paulin. ep.  
12.

Materia li-  
bri quarti.

Hucusq; de baptismo paucis fateor, vt iam  
me in sequētibus excusē de monachismo  
illius prolixius scribentem, sit hominibus, sit  
Angelis, sit Omnipotenti Deo acceptum, &  
gratum.

DE

DE VITA,  
ET LAVDIBVS

S. P. N. AVR. AVGVSTINI  
Hipponensis Episcopi, & Ecclesie  
Doctōris eximij.

Liber Quartus.

Tractat de Monachismo.

C A P V T I.

Renunciat mox post baptismū secularibus.



Monastica religio in his consistit ver-  
bis; *Si vis perfectus esse, vade, vende om-  
nia, quæ habes, & c.* Omnes boni tradūt  
interpretes, inter quos Augustinus dicens  
eam, *In millibus seruorum Dei, qui per eremum in  
sancta societate viuunt perfectionem præcepti euan-  
gelici studentes tenere, quod dictum est, si vis perfe-  
ctus esse vade, vende omnia, & c.*

Monastica  
religio.  
Matth. 19.

Aug. lib. de  
vnt. Eccl.  
26.

Duobus modis in hanc viam incedunt stu-  
diosi perfectionis; affectu, & effectu; vt apud  
Augustinum nonnulli demonstrant, *Qui non  
dum de re sua aliquid egerunt; quia expectabatur*

Duo modi  
seruendi  
Deo.

Aug. serm.  
49. de diuer-  
fis.

G 3 etas

atas legitima, Quibus ipse Augustinus; faciunt inde, quod volunt; dum tamē sint pauperes mecum; simul spectantes misericordiam Dei.

Aug. epist. 89.

Aug. monachus fuit affectu, & effectu.

Matth. 19.

Aug ubi fu  
prā.

Vtrumque habuit Augustinus, & confessus est hoc modo: Ego qui hæc scribo perfectionē, de qua Dominus loquutus est; quando ait diuiti adolescenti; vade, vende omnia, quæ habes, & da pauperibus, & habebis thesaurum in cælis, & veni, sequere me: vehementer adamavi. Hæc ad affectū pertinent; ad effectum sequentia; Et non meis viribus; sed gratia ipsius adiuvante, sic feci; neque enim, quia dives non fui, ideò minus imputabitur: nam neq; ipsi Apostoli, qui priores hoc fecerunt; diuites fuerunt: sed totum mundum dimittit, qui illud, quod habet, & quod optat habere, dimittit.

Possid. c. 1. & 2.

Affectus in vitam monasticam.

Luci 1.

Secundum postea tractabimus; de primo Sanctus Possidius ait: Factum est divina prestante opitulatione, ut per illum, ac tantum antistitem Ambrosium, & doctrinam salutarem Ecclesie Catholice, & divina perciperet sacramenta: moxq; ex intimis cordis medullis, spem, quam habebat in seculo dereliquit: iam non uxorem, non filios carnis, non diuitias, non honores seculi quarens: sed soli Deo, cum suis seruire statuit, in illo ex illo pusillo grege esse studens, quem Dominus alloquitur dicens: nolite timere pusillus grex; quoniam complacuit patri vestro dare vobis regnum. Vendite quæ possidetis, date eleemo-

elemosynam, facite vobis sacculos non veterascetes, thesaurum non deficientem in cælis, & c. Et illud, quod iterum dicit Dominus, idem vir sanctus facere cupiens; si vis perfectus esse vade, vende omnia, quæ habes, & da pauperibus, & habebis thesaurum in cælis, & veni sequere me. Et super fundamentum edificare desiderans non ligna, fenum, stipulam, sed aurum, argētum, & lapides preciosos. Matth. 19.  
1. Cor. 3.

Exponitur supra dicta,

Hæc de monastica Augustini initiatione, scripturarū peritis clara, imperitis declaranda: nam Areopagita Dionysius initiandum monastica religione primū rogari ab episcopo asserit; Vtrū renunciet omnibus diuisibilibus? quod est, an vale dicat omnibus mundi curis: vnde Possidius de Augustino; spem quam habebat in seculo dereliquit. Dionys. de Eccl. Hierarch. c. 6.  
Possid. c. 22

Omne, quod est in mundo; Concupiscentia carnis, concupiscentia oculorum, superbia vitæ esse dignoscitur: tria verò vota castimonie, paupertatis, & obedientie aduersus illa opponuntur in monastica religione, quam arripuit Augustinus: Iam non uxorem, non filios carnis, non diuitias, non honores seculi quarens. 1. Ioan. 2.  
Possid. ubi supra.

Religiosi per excellentiā, & ex professione serui Dei vocantur: ideò sanctus Augustinus cū monachismū promisit excolere (rektor Possidium) soli Deo cum suis seruire statuit. Possid. ibidem.

Dux tandem afferuntur Euangelij, & ter-  
tia Apostoli auctoritates de monachismo in-  
telligendæ: euangelicæ facilè patent, Apo-  
stolica cum aliqua huiusmodi expositione;  
quod scilicet Augustinus super fundamentū  
fidei edificare voluerit *non ligna, fenum, stipulā;*  
quibus diuitiæ, voluptates, honores: *sed aurū,*  
*argentum; & lapides pretiosos;* quibus paupertas,  
castitas, obedientia prænotantur etiam ex  
sententia Diui Hieronymi.

Sequitur in verbis Possidij beatam Moni-  
cam exultasse *de suscepto eius proposito seruiendi*  
*Deo: amplius, quàm de carnis nepotibus,* id est po-  
tius eum voluisse videre monachum, quàm  
coniugem.

Benè poterat Deo inferuire coniux, & in  
cathedra Rhetoricæ: sed non ita monachus,  
nisi spretis omnibus publicæ literaturæ ne-  
gotijs; nam, vt ait Paulinus Nolanus;

*Negant Camenis, nec patent Apollini*  
*Dicata Christo peccora.*

Ideò, *renunciauerat* (ait Possidius) *etiam secula-*  
*ribus, quos Rhetoricam docebat; vt sibi magistrum*  
*aliū prouiderent, eo quod seruire Deo ipse decreuisset.*

Baptismum à se susceptum, & monacha-  
tum fatetur Deo dicens: *& baptizati sumus*  
(hęc verba de primo intelliguntur; nam de

monachali perfectione) addit, *& fugit à nobis*  
*sollicitudo vitæ præteritæ.*

*Super aquas baptismi, quo resciumtur, qui integri-*  
*tatem amiserant, educauit me* (de Baptismo lo-  
quitur; de monachismo; *Deduxit me in angustis*  
*itineribus, qua pauci ambulant.*

Ipsa mater Monica etiam in Italia sic ip-  
sum alloquitur: *Unum erat, propter quod in hac*  
*vita immorari cupiebam, vt te Catholicum Chri-*  
*stianum viderem, priusquàm morerer: cumlatius*  
*hoc mihi Deus meus prestetit; vt te, iam contempta*  
*felicitate terrena, seruum eius videam.*

## C A P V T II.

*Attorsus capite, & barba.*

**P**ostquam vitæ monasticæ candidatus re-  
nunciauit diuisibilibus, statim *eum con-*  
*signans signo crucis Sacerdos tondet.* Id beatus Dio-  
nysius, & institutum sanctus Gregorius Tu-  
ronensis ab Apostolorum Principe notat:  
vndè Beda Venerabilis; *Attondebantur omnes*  
*in coronam ministri altaris, ac monachi, & quasi*  
*novo discipulatu, beatissimi Apostolorum Principis*  
*Petri, subditam, eiusque tuendam patrociniò, se gens*  
*correcta gaudebat.*

Testimoni-  
um mona-  
chismi.  
Aug. in Ps.  
22.  
Alterum te-  
stimonium

9. Conf. 17.  
Testimoni-  
um S. Mo-  
nicæ.

Tonsura Ec-  
clési.  
Hier. c. 6.

Greg. Tur.  
li. 1. de mi.  
c. 23.

Beda lib. 5  
hist. c. 23.

Possid. in  
verbis alle-  
gatis.

1. Cor. 3.

Hieron. lib.  
1. aduers. Io-  
uini.

Possid. cap.  
2. in vit. Au-  
gust.

Renunciat  
Cathedræ.

Epist. ad Au-  
sonium.

Possid. in vi-  
ta Aug. c. 2.

9. Conf. 6.

Attonsus ergo fuit Augustinus, vbi monachus, hac de causa tonsuram commendabat illis Africanis, quos apud Carthaginem primum ipsam vitam monasticam docuerat, sic arguens: *Quo pertinet, queso, tam apertè contra Apostoli præcepta comari; an ita vacandum est, ut nec tonsores operentur?*

Abrasi erant capilli capitis, quod Saluianus non obscure probat, dum monachum ab ipso institutum Augustino commemorat *Inter Africæ ciuitates, & maximè inter Carthaginis muros palliatum, & pallidum, & recisis comarum fluentibus iubis, ad cutem tonsuram.*

Relictum capillorum circulum in modum coronæ post suam initiationem gestauit Augustinus, qui de ipso ad Episcopum quemdam: *Honorant nos vestri, honorant vos nostri; per coronam nostram vos adiurant nostri; per coronam vestram nos adiurant vestri.*

Significationes multas præferunt religiosi, dum tonsuram capillorum gestant cum circulari parte super caput relicta, quarum illam solum afferimus, quæ in Bibliotheca manuscripta Scoriarij scripta in homilia Sancti Patris Augustini de veneranda Sacerdotum corona in hæc verba; *Qui in terra nihil possidere volunt, sed cum Apostolo dicunt nostra conuer-*

Li. de oper.  
monach. 31

Saluian. lib.  
3. de iudic.  
in fine.

Circulus ca  
pillorum.

Aug. epist.  
147.

Significa  
tio tonsuræ

Hom. Aug.  
in Biblioth.  
Scoriar. ma  
nuscripta.  
tit. V. 6. 5.

*conuersatio in cælis est, capillorum minimam partem in capitibus retinent, ut per eorum abrasionem, se minimam terrenorum sollicitudinē habere designet.*

Barbam etiam gestauit decenter abrasam Pater Augustinus more latinorum, qui à græcis, & barbaris distinguebantur imberbes etiam seculares; nec enim vsus barbæ prolixæ susceperunt (nisi post Augustinum in Africa celebrem) à Gothis, & Longobardis: vnde Sanctus Ennodius Ticinensis summo- perè in ipsos Romanos inuehitur; quia, potius, paruo corpore, quàm abrasa barba, vulerunt à Gothis discriminari: sic enim habet:

*Barbaricam faciem Romanos sumere cultus*

*Miror, & in modico distinctas corpore gentes.*

Qui verò primus fortis Ecclesiasticæ, quem sciamus inter Latinos prolixè barbatus, Iouinianus hæreticus fuit, sed vt in alijs, ita in hac nouitate improbatus à sanctissimoviro, quem honoris gratia, suprâ nominauimus, Ennodio Ticinensi præfule non minus eloquentiæ, quam rerum loquentium amatore: tanquam enim monstrum arguitur, quia monachus cum Mediolani esset apud monasteria à disciplina Sancti Martini diriuata nutrire barbam ausus.

Barbâ abra  
sam gesta  
bant Roma  
ni.

En. aduers.  
Iouinianū.

Iouinianus  
arguitur.

Nobili-

C A P V T III.

Habitu induit eremiticum, qui picturis illustratur.

Eunod. Ti-  
cin. in Iou-  
nian.

Nobilibus colli genium male compta lacernis  
Discordes miscens inimico fœdere proles:  
Romuleam tegetem vox oris nubila fuscam  
Oppressit vestem tenebroso tegmine vultus.

Phot. epist.  
ad Nicol.

Cōtra morem Ecclesie Romanæ, cuius vnū  
sacerdotem Photius schismaticus ob iniu-  
riam vocat *Eunuchum*, & *glabrum*.

Africani tō  
debant bar-  
bam.

Africani verò Ecclesiastici Romanā sem-  
per Ecclesiam imitati barbam minimè pro-  
lixam gerebant; vndè in Concilio quarto  
Carthaginensi, cui ipse Pater Augustinus in-  
terfuit, nec alitè, quam viueret, decretandū  
existimauit ita; *Clericus nec comam nutriat, nec  
barbam*; aliàs, *Clericus barbam tondeat*: in libro  
Conciliorum Gemblacensi; *barbam radat*.

Concil. 4.  
Carth. cap.  
42.

Significa-  
tio barbæ  
abrahe.

Denotat barba abraha, quod serui Dei ab  
vxore, & liberis liberi diuinis laudibus va-  
cant, & eas in choris diu, noctuq; persoluūt:  
quod pulchrum, & gloriosum in Ecclesia  
notat Salomon ita proferens: *Quid videbis in  
Sulamitide, nisi choros Castrorum*? id est, castrato-  
rum, & imberbium propter regnum cœlo-  
rum.

Cant. 6.



CAP.

**C**oncilium Nycænū: *Monachi alia habeant  
vestimēta, & mores, quàm populus, & caput  
tondeāt in modum corona.* Nemo ergo monasti-  
cen profiteri cœpit sine monasticis vestibus,  
& tonsura: quod de Patre Augustino expres-  
se annotat Martyrologium Romanum, ex  
recognitione Petri Morfalini Ordinis Fran-  
ciscani, Parisijs impressum, anno DOMINI  
MCCCCLXXXIII. sic habens: *Tertio nonas  
Maij Mediolani conuersio sancti Augustini Episco-  
pi, & Confessoris, sub Ambrosio sancto Episcopo eius-  
dem ciuitatis, & ab eodem baptizati, nigrum mona-  
chalemq; habitum induci.*

Conc. Nic.  
in Cap. 76.

Vestes mo-  
nasticæ da-  
tæ Aug.

Marty. Ro-  
ma. 3. non.  
Maij.

Repetit eadem verba Franciscus Mauro-  
lycus in suis lucubrationibus ad ipsum Mar-  
tyrologium Romanum, quas M. Marulus  
plurimum laudat in præfatione: sequitur eos  
Hieronymus Torrensis Societatis I E S V  
præsbyter aduersus hæreticos nostri tempo-  
ris scribens: *Augustinus, cuculla nigra indutus,  
& cingulo coriaceo præcinctus.*

Mauroly. 3.  
non. Maij.

Marulus in  
præfatione  
ad Martyro-  
logiū Mau-  
rolyci.  
Hier. Tor-  
rensis. lib. 4. Con-  
fess. Aug. c. 6

Nec solum cucullam oblongam, quam  
habi-

habitum appellamus, & corrigiam: sed caput eum etiam, & reliqua monachorum insignia gestavit Augustinus, de quo Franciscus Petrarcha: *Inier cetera Pisani montis otia delectatus; illic eremitico habitu traxisse moras creditur.*

Vetustæ Augustini per vniuersum Catholicorum orbem imagines eum vixisse monachalibus nigri coloris vestimentis indutum, authentico testimonio prædicat, quod prælo dedit Romæ Ambrosius Coranus, & obtulit ita Summo Pontifici Romano Xisto Quarto: *In prima Ecclesia Christianorum Sancti Iohannis Laterani, in capella Domini Pape in suo palatio, in Ecclesia Sancti Petri de Roma, in Ecclesia Sanctæ Sophiæ Constantinopolis; in Ecclesia Diuæ MARIÆ Maioris de Roma, in Episcopatu Pisano, Lucano, Florentino, Senensi, atque Papiensi imagines Sancti Augustini cum cuculla nigra, atque scapulari; id est, cum tunica talaris, & caputeo super scapulas eiusdem coloris.*

In Bibliotheca Vaticana liber extat ex pergamineo longam redolens antiquitatem, vbi; sicut ex instrumento Dominici Rainoldi eiusdem Bibliothecæ Custodis mihi constat; B. Augustinus vestibibus monasticis, & episc-

episcopalibus indutus est, vt ex tali pictura videatur dictus Sanctus fuisse frater, & Episcopus.

Quod si magis recens habere vis argumentum in eadem Bibliotheca Vaticana: ad illam partem, in qua reposita sunt opera eiusdem præcipui Doctoris (notante Reuerendo admodum Episcopo Tagastensi ordinis Eremitarum, & sacri Palatii sacrista) *Malleus hereticorum, & Episcopus Hipponensis pontificalibus vestibus, & cuculla nigra indutus cernitur.* Et sic in sepulchro Eugenij Papæ IIII. apud Ecclesiam Sancti Saluatoris in Lauro eiusdem vrbis Romæ.

Venetijs, anno Domini MLXXXIII. ædificatum est præcellentissimum Diui Martii templum, supra quod, vt instrumento constat authentico ante centum annos facto, & typis commisso in Apologia Corani; *Quatuor Doctorum Ecclesia simulachra fuerunt erecta, inter quæ est simulachrum omnium parentis Augustini cum cuculla, seu cappa subtus, cum plauiali; & caputeo desuper; vt expresse indutum apparet.*

In vrbe Papia ab antiquissimo tempore depictus inuenitur Augustinus cum monasticis, & desuper pontificalibus indumentis,

&amp;

Petrar. lib. 2. de vita solitaria.

Coran. Apol. ar. 2.

Imagines Augustini in varijs locis.

Imago August. in lib. vetusto.

Instr. authenticum.

Imago August. in Bibliotheca Vaticana.

Angelus Roch. in Bibliotheca Vaticana. fol. 243.

Imago August. in sepulchro Eugenij 4.

Imago Venetij.

Cor. in Apol. arg. 2.

Monimen-  
ta Papæ.

& sic est in aula publica, quæ Consistorialis appellatur, vbi Decuriones populi genuflexi duodeviginti faces offerunt pro voto, de quo ibi sequentes literæ: *Anno M. D. III. Urbe nostra seuisissima peste affecta, desperato, irritoq; humano auxilio, cœlesti protectori duodeviginti faces albas quotannis oblaturi, nuncupato voto, salubrem statum impetrauerunt.*

In Hispania multę sunt imagines S. P. Augustini illi similes, quæ pro magna suppellectili apud Regium Scoriarij monasterium habetur, & in fronte huius operis, cum his literis: *Vera effigies S. P. N. Augustini.*

Mediolani vel reparata, vel de nouo facta est imago S. P. Augustini ab archipræsule eiusdem vrbs Galdino à Sola, præsbytero Cardinali sanctæ Sabine, & posita super portam Cumanam, tēpore Alexandri Papæ III. quæ quidem pontificalibus, & monasticis ornata vestibibus supra principaliorē sancti Marci monasterij portam nunc extat, Eremitis Augustinianis donata à D. Sasso vicecomite, & Commissario generali reparationis Castri eiusdem vrbs, propter quod porta Cumania destructa est. Hæc eisdem ferè verbis Ambrosius Coranus, & Paulus Bergomensis in Apologijs suis.

Altera

Altera ima-  
go Medio-  
lani cele-  
bris.

Altera imago erat Mediolani etiam super magnam Ecclesiam monasticis, & pontificalibus ornata vestibibus, quam cum Mediolanenses vellent in minorem formam reducere, quidam Canonici Regulares exuendā à monachalibus contenderunt: sed obstitit Alexander Papa VI. per bullam suam, quam libet ad longum hinc inferere, vt confundantur, qui de pictura monachali Sancti Patris Augustini contrarium sentiunt: est enim tenoris huiusmodi:

*Alexander Episcopus seruus seruorum Dei Venerabili fratri Guidoni Archiepiscopo Mediolanensi salutem, & Apostolicam benedictionem. Iustis petentium votis, per quæ scandalis obuiatur, ac personarū quarumlibet, præsertim sub regulari habitu Altissimo famulantium, quieti consulitur libenter annuimus, atq; favoribus prosequimur opportunis. Exhibita siquidem nobis nuper pro parte dilecti filij Mariani de Genezano Ordinis Fratrum Eremitarum Sancti Augustini Vicarij Generalis petitio continebat: quod, licet à decem & octo annis citra, quedam imago ipsius Sancti Augustini in summitate Ecclesie tue Mediolanensis, cum habitu fratrum Eremitarum eiusdem Sancti; habita super hec tunc matura deliberatione, sculpta posita fuerit; & una cum imaginibus aliorum Ecclesie Doctorum, inibi permanferit.*

Bulla Alexã  
dri Papæ  
VI.

H Quia

Imago Au-  
gust. in His-  
pania.Imago S.  
Aug. Me-  
diolani.Ambr. Cor.  
in Apo. ar. 2Berg. in A-  
pol. Ord. E-  
remit. cap.  
vlt.

Quia tamen ad præsens agitur; quod ille, & alia imagines ibidem existentes, propter earum nimiam ponderositatem, in minori statura reponantur; nonnulli tentant; quod prædicta imago Sancti Augustini reincidatur in lapide marmoreo cum camisia, sine scapulari, & corrigia: quod profectò in non modicum dicti ordinis scandalum cederet, & detrimentum.

Quare pro parte eiusdem Mariani asserentis aliàs felicis recordationis Xistum Papam I I I I. prædecessorem nostrum, superuacuam, & perniciosam contentionem, & controuersiam inter dilectos filios Canonicos Regulares dicti ordinis Congregationis Lateranensis, & fratres Eremitarum ordinis, super habitu, & pictura huiusmodi tunc exortas; eis, & cui libet eorum sub pœna excommunicationis latæ sententiæ inhibendo, & præcipiendo mandasse; ut ab eis penitus abstinerent; & ex tunc amplius de illis mentionem aliquam facere non auderent per suas literas amputasse, & penitus extinxisse. Nobis fuit humiliter supplicatum; ut eidem ordini in præmissis opportuna providere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur, qui de præmissis certam notitiam non habemus huiusmodi supplicationibus inclinati, fraternitati tue per Apostolica scripta committimus, & mandamus; quatenus si est ita, per te dictam imaginem Sancti Augustini, prout prius sub eiusdem habitu, modo, & formâ reincidi, & deinde

in

in eodem loco reponi facias; nec aliquid de super innoues, seu per alium, seu aliàs innouari permittas; & siquid circa dictam imaginem Sancti Augustini innouatum est, ad pristinam formam reducas; Contradiçtores per censuras Ecclesiasticas, omni appellatione postposita, compefcendo, non obstantibus permissis, ac constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis contrarijs quibuscumq;: aut si aliquibus communitè, vel diuissim ab Apostolica sit sede indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint, per literas Apostolicas non facientes plenâ, & expressam de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem. Dat. Roma apud S. Petrum. An. Incarnationis Dominica M. CCCCXCIII. decimo octauo Nouèb, Pontificatus nostri an. III.

## CAP V T III.

## De unaquaq; veste Augustini monachali.

Prima, & præcipua monachorum vestis Zona, apud Casianum; cuius auctor, & inuentor Helias fuit; ut scribit Ioannes Hierosolymitanus, illustrauit eam Ioannes Baptista, & summoperè Augustinus, quod picturis ostensum, & hymno sic habente:

Zona.  
Casian lib.  
1. Renunc.  
1.  
Ioan. Hier.  
de stat. mo-  
nach. c. 37.

H 2

Veste



Hym. Aug.

*Veste nigra hic indutus*

*Præinctus corrigia*

*Ut Ioannes redimitus*

*Est zona pellicea*

*Vestem cuius est sequutus*

*Tesbite cum Helia.*

Significatio zonæ.

Cassian. lib. 1. c. 2.

Notat votum castitatis; vnde Cassianus illos tantum legimus in scripturis sanctis cingulis fuisse præinctos, in quibus semina coitus inveniuntur extincta.

Vestis talaris, & nigra.

Vestem nigram, atque talarem gestabat Episcopus talem, qualem monachus veniens ex eremo Tagastæ ad Ecclesiam Hipponensem; vnde eam ostendens, & quibus cum divitijs electus fuerat præbyter; Non nisi cum

Aug. serm. 49. de diuersis.

his vestibus (inquit) quibus illo tempore induebar.

Secund. in 6. tom. August. ante librum suum.

Secundus hæreticus, & monasticis vestibus infestissimus Augustinum in tenebras dicebat infernales ex conuiuio nuptiarum cœlestium pellendum; nigrarum causa vestium.

Calph. apud Ioan. Ros. lib. 5. ca. 3. de Reb. Roma.

Quæ paupertatem sub indicant; hinc Calphurnius,

*O utinam nobis non rustica vestis inesset,*

*Pullaq; paupertas.*

Vestis nigrae significatio.

Et Sanctus Paulinus in eundem sensum,

*Hic cruciet me dura fames; hic turpis egestas*

*Contractum pannis tristibus obsideat.*

Parua

Parua capitis cuculla, vt gestant Eremitæ Augustinienfes, pater, & institutor eorum gestabat Augustinus, quæ in picturis eius apparent, atque ex textura Cilicina fuisse videntur; vnde suis monachis tonsuram commendat his verbis; *Tondeant, & cilicio caput velent.*

Paruum capitis cucullum.

Lib. de opere monach. c. 1.

De significatione iam audi; *Per hoc autem quod hæc vestis capite, & spatulis ea onustis, & opertis iugiter à monacho portatur, denotat debere iugum obedientiæ super se humiliter ferre, & superiori suo irrefragabiliter subiacere.* Hæc Ioannes Hierosolymitanus.

Significatio caputis Ioan. Hier. lib. de instit. mon. c. 34.

*Pallium fuit vestis rotunda à collo vsque ad medias tibias totum corpus operiens, antè vsq; aperta: sed alibi vndiq; clausa; superius angusta, inferius amplitudine expansa.* Hanc ab Augustino gestari, cum viderit Nectarius, Ciceronem vocat non togatum, sed palliatum; non enim ei contigit sequi

Pallium.

Ioan. Hier. Selymitan. de instit. monach. c. 34.

*Romanos rerum dominos, gentemq; togatam.* Sed græcos, & palliatos monachos; *vt togam ipsam rugarum paginis resolutis, palliorum imitatus speciem retorqueret.*

Suetonius in Augusto.

Nectarius apud Aug. epist. 253.

Hic habitus quadrangulus, & ab utroque latere reiectus, & cervicibus circumstrictus, *Sordidus ex humeris nodo dependet amictus.*

Tertullian. de Pallio. Virg. 6.

Significa-  
tio pallij.  
Collo. 3.  
Pfal. 118.  
Bero. serm.  
28. in can-  
tica.

Charitatem adsignificat, quæ vinculum perfe-  
ctionis est lata, & longanimis; Dauid Deo, *La-  
tum mandatum tuum nimis*; & sanctus Bernar-  
dus de eadem: *Non est pallium breue, quod secun-  
dum Prophetam non possit operire duos; iustitia tua,  
iustitia in aeternum; quid longius aeternitate?*

Pellicea.

*Binis pallijs, & singulis cucullis contenti erant serui  
Dei, quibus superadjicitur melotes pellicea.* Hæc  
ait de monachis Sanctus Isidorus, & beatus  
Jordanus de Saxonia de iisdem melotibus  
addens: *Verisimile est beatum Augustinum, &  
suos fratres, atq; clericos regulares tunc temporis hu-  
iusmodi pelliceis usos fuisse.* Cui fauet Seuerus  
Sulpitius à se visum asserens in Africa præf-  
byterum eremitanum (& consequenter Au-  
gustiniani monachismi, nec enim alium vi-  
derat tunc illa pars mundi) *senem in veste pel-  
licea molam manu vertentem.*

Isidor. r. de  
offic. c. 12.  
Iord. r. vit.  
fr. c. 18.

Seuer. r. Di-  
alog. 4.

Significa-  
tio.  
Cassian. r.  
Renun. c. 8.

Hæc monachorum pellis caprina notat,  
*Mortificata omni petulantia carnalium passionum,  
debere eos in summa gravitate consistere:* Sicut qui  
penès Apostolum, *angustiati, afflicti, ambulantes  
in melotis, & pellibus caprinis.*

Hebr. 11.

Calceamen-  
ta.

Sic pedibus ambulabat, vt suos informa-  
uit Africanos monachos, qui si officio fun-  
gerentur clericali, calceamenta corij; si laici  
essent, caligas gestabant, quæ sunt sandalia  
pedi-

pedibus immissa; aut caligulas, id est, paruas  
sandaliolas super pectus pedum alligatas; aut  
soleas; vel, si valetudo permetteret, nudos  
pedes. Hæc autem omnia satis patent ex vi-  
ta Sancti Fulgentij monachi planè Augusti-  
niensis, qui tantum monasterialia seruauit  
exercitia etiam Episcopus; *Vt nec ipsa calcea-  
menta suscipiens Clericorum, vilissimis caligis in  
tempore hyemis, aut caligulis in tempore aestatis vte-  
retur intra monasterium sanè interdum soleas ac-  
cipiebat, frequenter nudis pedibus ambulans.*

Auctor vi-  
tæ S. Fulg.  
cap. 18.

Augustinus verò beatum Alipium dice-  
bat aptissimum ad monasticam conuersa-  
tionem, & corporis sui domitorem, *vsque  
ad Italicum solum glaciale, nudo pede obterendum.*  
Se verò videns pedibus calceatis ambulan-  
tem, ob corporis imbecillitatem ita loque-  
batur: *De his calceamentis, quibus calceatiambu-  
lamus consolatur me idem Dominus meus; si enim  
ipse calceatus non esset, non de illo Ioannes dice-  
ret, non sum dignus soluere corrigia calceamentorum  
eius.*

9. Conf. 62

Serm. 452  
de Sanctis.

Ad significationem venio. *Nos pedes spiri-  
tualiter calceamus, quando à Patribus sanctis carne  
mortuis exempla sumimus; vt digni simus ire de  
virtute in virtutem, & à monastica tandem  
exercitatione ascendere ad clericalem, dig-*

Significa-  
tio calceo-  
rum.

S. Gregor.  
in Cant. c. 7.

nanter audiendo: *Quam pulchri gressus tui in calceamentis filia principis*, in græco est *filia Nadab*, qui fuit filius Aaron sacerdotis.

Sandalia pedibus immissa pertinet ad iter faciendum, quod filij Israel repræsentantes exitum de Ægypto denotabāt, & monachi, cum non habeant hîc ciuitatem permanentem, dicentes cum Paulo illis ornati: *futuram inquirimus*.

Caligulæ non cooperiunt, sed exornant potius pedes, & nos prouocant laudare religiosos ita: *Quam pulchri super montes pedes euangelizantium*.

Solea sub religioso omnia significat sub pedibus eius, *Oues, & boues uniuersas, insuper & pecora campi*.

Qui pedibus nudis ambulant festinanter, & expeditè per viam virtutis se currere propalant: *Calceatum enim esse* (Clementis Alexandrini testimonio) *non parum habet affinitatis cū eo, quod est esse ligatum*.

Baculum in vsu monachis testatur Helixæus puero, siue socio suo Geezi dicens: *Pones baculum super faciem pueri*; quem baculum non dedisset Propheta (rectè notat Calsianus) *puero suo gestandum, nisi eum manu sua solutus esset ingitèr circumferre*. Gestauit eum Augustinus,

nus, & ordo eius Eremiticus; sicut dicemus aliàs.

Denotat baculus vigilantiam monachis necessariam: indè fieri solebat ex amigdalo arbore: *Nam promulgatum est, & quibusdam fidè mereri videtur virgam ex amigdalina arbore, capiti suppositam vigilantiam immittere, naturali sua facultate id efficiens ex Dei voluntate*.

Significatio baculi.

Cyrillus Alexand. li. 20. de adoratione.

C A P V T V.

*Monastica Augustini initiatio celebratur à D. Ambrosio, apud cuius opera sermo de eadem verax.*

**C**V sanctus Augustinus meritis, & precibus suæ deuotissimæ matris, & prædicatione sancti Ambrosij, ab eodem fuisse Ambrosio baptizatus, mox mirabiliter valde, ac misericordissimè inflā-matus subito ex carnali totus spiritualis, atq; diuinus effectus est, in tantum; quod sibi facillimum fuerit pristinis voluptatibus, vanitatibusq; carere: mox ergo cuncta carnalia spreuit, & amore perferuido vehementer, dulciterq; exarsit: indè Pater Ambrosius tam admirandam, & subitanèam in Augustino mutationem, ac Deificationem admiratus est

Latitia S. Ambrosij.

Can. 7.

Sandalia.

Heb. 13.

Caligulæ.

Esa. 52.

Soleæ. Psal. 8.

Lib. 1. Ped. c. 1.

De baculo. 4. Reg. 4.

Lib. 1. Re-nun. c. 9.

valde, & hoc ipsum inter precipua Spiritus Sancti opera computavit dicens; Deus, qui Augustino carnis mortificationem dedisti, &c. Hæc Dionysius

Diony. Carthuf. serm. 1. de S. August. Sermo de baptismo. Aug.

Carthusianus.

Extat in operibus antiquis Sancti Ambrosij sermo de eadem re, quem dissimilem dicunt Ambrosianis, & multis mendacijs infectum.

*Sunt delicta tamen, quibus ignovisse velimus.*

Horat. in ar. te poetica.

Præcipuè in sermonibus, in quibus minus ponunt operæ auctores, quam in libris, & epistolis; iuxta vulgarem, aut maiorum loquentes opinionem, vario tempore, variata valetudine, ante varios auditores, & de rebus varijs: vndè varij sunt in multis, & dissimiles sibi, tam verbo, quam animi sui sententia.

Augu. Carthag. dici potest. Ibid. lib. 1. 4. Orig. c. 3.

Sed quæ mendacia dicuntur in hoc sermone facillè monstrantur, veritati congruere. Primò arguitur, quod Augustinū patria Tagastensem, Carthaginensem vocat: sed in manu responsum habemus, duplex est Africa Carthaginensis, Cyrennensis; non in illa, sed in hac natus est Augustinus; ideò Afer Carthaginensis in sermone dicitur. Prætereà diu versatus est Carthagine, vndè Carthaginensis dici potuit. Cæteræ ciuitates erant ignotæ Roma-

Romanis præter vnam Carthaginem: vnde maior ciuitas pro minori reponi consuetū; & Africani appellabantur Carthaginenses, vt Itali Romani: nam Carthago erat in Africano orbe, quasi Roma.

Saluanus lib. 7. de iudicio.

Secundò sic iste sermo improbatur; Augustinus nunquam idola coluit, & tamen in eo habemus; quod, contempto gentilium cultu, ad fidem tandè peruenerit. Verùm inter Manichæos vixit, qui phâstasma lucidū adorabant, gentilicum cultum; ad Academicos aliquandiū defecit gentiles, & dubitantes de omnibus: nec planè Manichæus, nec planè Catholicus erat, cum ad fidem peruenit; igitur tanquam paganus, & gentilici cultus. Præcontatus post suam conuersionem quem librum lecturus Esaiam Prophetam accepit; quod præ cæteris Euangelij, vocationisq; gentium sit pronunciator apertior. Quasi, spreto gentiliū cultu, venerit Augustinus, vndè auctor officij eius antiquus, & doctus: Magnus Dominus, & laudabilis valde, & qui de tenebris gentium, lumen Ecclesie suæ vocauit Augustinum. Vel tandè dicere voluit qui sermonem habuit, quod Augustinus ita Deo, Ego ad te veneram ex gentibus. Sed vt chorda non sonat aliquando ad mentē pulsātis; ita nec lingua ad cor dicētis.

Spreto gentilium cultu, ad fidem venisse Augustinū nō falso dicitur.

9. Conf. 5.

Aug. off.

7. Conf. 9.

Ter-

6. Conf. 3.

Tertiò, sermo dicit Augustinum sæpè disputasse cum Ambrosio : sed Augustinus negat in Cõfessionibus Ambrosium inuenisse vacuum negotijs, quocum posset de animi sui languoribus miscere sermonem, adeò vt nunquam disputandi ei daretur copia, aut etiam sciscitandi, quæ vellet. His respondeo paucos, aut nullos videri sermones Augustino, & ipsos Ambrosio plures, imò prolixas decertationes : homo enim ille vnus negotij, hic innumeris intricatus : nec ita dicit Augustinus Ambrosium negotijs occupatũ, vt miscere sermonem cum illo non posset, *Sed astus illi mei (inquit) otiosum eum valde, cui refunderentur, requirebant.*

6. Conf. 3.

Breuiarium Romanum in festo S. Monicæ.

Breuiarium Romanum confirmat, quod, vt est in sermone, etsi alijs verbis, Augustinus fuerit beati Ambrosij *publicis concionibus, & priuatis colloquijs fidei veritatem edoctus.* In confessionibus verò conqueritur, nõ quia denegata ei fuerit copia sciscitandi, & nullo modo disputauerit cum Ambrosio : sed illa dixit de raris disputationibus. *Non enim (addit) quærere poteram quæ volebam, sicut volebam, secludentibus me ab eius aure, & ore, cateruis negotiosorum hominum.*

6. Conf. 3.

Quartò, nouum Christianum (inquit sermo)

mo) nouis vestimentis, cuculla nigra induimus; cum moris inuiolabilis fuerit, baptismum quemlibet albis induere vestimentis. Enimverò sermo non negat, quod erat inuiolabile, Augustinum scilicet indutum albis vestibus statim post baptismum: sed illud tanquam certum supponit, aut subindicat, habens: *Triumphare tamen visus est Augustinus, ea præsertim hora, qua nouum Christianum sacro baptisate induimus*: ad triumphum namque pertinet vestimentum, quo

Augustinus alba vestimenta induit post baptismum.

Ser. de baptisimo Aug. apud Amb.

*Candidus egreditur nitidis exercitus undis.*

La Stantius in Car. Paschali.

Postquam baptizatus albis indutus est vestibus, quas Dominica in albis deposuit, vt mos erat; postea cucullam nigram solemniter induit, forsitan in ipsa Dominica in albis, quæ fuit die secunda Maij: vndè sermo: *quod his diebus contigit*; hoc est vigesima quarta Aprilis, & secunda Maij, vel circitè: nempe baptismus, & initiatio monastica Augustini; addit, *Nouum Christianum nouis vestimentis cuculla nigra induimus.* Id est, postquam baptizato, & planè neophyto vestimenta noua, & alba tribuimus, illis depositis in Dominica in albis, dedimus alia nigra, & monastica.

Induit cucullam nigram. Ser. de bapt. Aug. apud Ambr.

Serm. apud Amb. de baptis. Aug.

Deniq; multi recipiunt ipsum sermonem, tanquam Ambrosianum; inter quos eminent Cle-

Cle-

Clem. Pap. I. in homilia de festo Augustini, quæ sic incipit: *Nephthalmi seruus emissus dans eloquia pulebritudinis.*

Momb. in vita S. Simpliciani. Mombrius, & alij Chronistæ Mediolanenses eiusdem sententiæ, quos auctor appendicis ad Catalogum Episcopi Equilini Petri de Natalibus sequitur, scribens: *Augustinum post modum Ambrosius baptizauit, & nono vestiuit, nigroq; superinducto cucullo, & pellicea zona cinxit Simplicianus.*

3. p. hist. c. 24. in fine. His adiungimus auctoritatem sancti Antonini dicentis: *Dixit Ambrosius hunc scilicet Augustinum in Christo genui, & postquam baptizauit eum indui cuculla nigra.*

Matur. ad 3. p. histor. S. Ant. c. 24. Torren. 4. Confes. August. c. 6. Valent. de Rat. & vot. relig. ca. 2. ar. 2. Accedunt Petrus Maturus Societatis Iesu præbyter, socius eius Hieronymus Torrensis, & vtriusque confocius Gregorius de Valentia sic proferens: *Augustinus fuit monachus, & cuculla nigra indutus, ut de illo Diuus Ambrosius testatur.*

Celebratur autem die quinta Maij baptizatus, & conuersio Augustini, hoc est, initiatio eius ad monachismum, & si ille die vigesima quarta Aprilis cõtigerit, hæc post octo dies, secunda Maij, quia in ipsa die quinta Maij, vel primùm celebrata, vel assignata fuerunt in tabulis Ecclesiasticis, ut puto; nec solum

solum sermonem de ea re, sed etiam sacrum fecit in gratiarum actionem beatus Ambrosius; præfationem namque commemorant Dionysius Carthusianus, & alij hunc in modum: *Magnificentiam tuam Domine in mortificatione Augustini adoramus, &c.*

Diony. ser. 3. de S. August.

Præfatio Ambrosij.

## CAPUT VI.

*Erasmus, Holcoth, Maburnus, Morinus improbat.*

**Q**uoniam aliqui negarunt Augustinum fuisse monachum, eos nunc improbare liceat, & imprimis Erasmus in multis errantem; qui in meditationum Augustini capite trigesimo nono sustulit hæc verba, *Religionis ingressu, quorum loco temerè apposuit, post susceptum baptismum.* Miror in editione Louaniensi retetam Erasmi lectionem.

Angelus R. ch. in Bibliotheca vaticana. fol. 48 & 49.

Sed nullibi magis erasum vellem Erasum, quam in censura super regulam Augustini negantem eum fuisse monachum; & consequenter legendum Richardum Cænomanum doctrina, & industria præditum, sic eidem censuræ resistantem: *Offeratur mihi, ait Augustinus,*

Erasmus errat.

Cœnom. in  
auctore cō  
tra censurā  
Erasmi ad  
Reg. Aug.  
stinus, Verbi gratia birrum pretiosum, fortè decer  
Episcopum; quamuis non deceat Augustinum; id est,  
hominem pauperem, de pauperibus natum: dicturus  
erat hoc loco commentatur Erasmus; quamuis non  
deceat monachum; sed quia Augustinus non erat mo  
nachus, illud non dixit. Verum satis exprimit non  
decere monachum pauperem, de pauperibus natum.

Aug. ferm.  
50. de di  
uersis,  
Et iterum, fateor enim vobis de pretiosa veste eru  
besco: quia non decet hanc professionem, hanc admo  
nitionem, hæc membra, hos canos: hæc ille, ubi osten  
derat illud, quod dixerat; non decet Augustinum,  
multa includere, & inter alia monasticam vitam,  
quando dicit hanc professionem, hanc admonitiōē,  
hæc membra, hos canos: sed Erasmus hæc omnia faci  
lè excludit à nomine monachi, quasi animam à cor  
pore tollens. Hucusque Cœnomanus.

In lib. Sapi.  
lect. 46.  
Rupertus Holchothus de ordine Fratrum  
Eremitarum pro libito suo loquitur addens:  
De quo ordine nunquam fuit Augustinus; quia nun  
quam fuit Eremita, sicut patet per Verba eius deci  
mi Confessionum in fine, ubi loquēs ad Deum dicit  
sic: Contritus peccatis meis, & conterritus mole mi  
seria mee agitaueram in corde meo, meditatusq; sue  
ram fugam in solitudinem, & prohibuisti me.

Ho. Conf. c.  
ultimo.  
Holchothus  
improba  
tur.

Hoc argumētū diluit Henricus de Her  
debi doctus Ordinis Eremitarum auctor, de  
monstrans Augustinum in illo Confessionū  
libro

libro decimo se describere Episcopum, & in  
desertum regredi (sicut habebat in votis)  
prohibitum à Deo esse; quod & nos fatemur,  
dicentes eum ante episcopatum eremitam,  
& cum sancto Antonino; factus Episcopus etiā  
declinabat ad fratres in eremo, cum quibus prius con  
uersatus est.

Henricus  
de Herdebi  
lib. de vita  
cuāg. q. 22.

3. p. hist. c.  
24.

Ioannes Maburnus, aliàs Mabuenus de  
suo loquitur ordine Canonicorum Regula  
rium, Cuius ordinis (inquit) & habitus; non autē  
ut nonnulli asseuerant, Eremitici, fuit beatissimus  
Augustinus.

In Roseo  
alphab. 69.  
tit. 35. c. 3.

Huic opponimus, præter alios Sanctum ip  
sum Antoninum tam verum esse docentem  
Augustinum fuisse Eremitam, quàm verum  
fuisse Augustinum, & quantum ad habitum:  
Sedes (ait) Apostolica adspiciens ad primariam or  
dinis scilicet originem, habitum superiorem ei deter  
minavit, imò verius, dudum per sanctum Augusti  
num determinatum declaravit; statuendo videlicet,  
quod eorundem scilicet Eremitarum Sancti Au  
gustini habitus exterior esset cuculla nigri, & nul  
lius alterius coloris, quam ab Augustino gesta  
tam à tempore sui baptismatis assertum ha  
bes.

Maburnus  
reprobatur

Ant. in fine  
3. p. histo  
rialis.

Gerardus Moringus Licentiatus Louani  
ensis in vita Sancti Patris Augustini, quam

Ioannes Molanus immeritò inculcat: *Quid refert* (inquit) *ad pietatem siue monachus fuerit Augustinus; & monachos Clericos habuerit siue non, &c? an ulla monasteria instituerit in eremo, & horto quodam iuxta Hipponem; ut commemorant sermones qui sub titulo eius inscribuntur ad fratres in eremo, equidem non ausim asserere.*

Molan. in marty. visu ardi die 2. Aug.

Petr. Dam. in sermone incipiente cū cōis amātibz clericis.

Moringus non bene scribit de monachatu Aug.

Cœnom. Cōterariam censurā ad Regulā Sācti Aug. per Erasmm.

August. in Psal. 132.

Contrarium docet beatus Petrus Damianus, & magnos viros non parui refert, *Ut Athanasium, & beatum Augustinum, nec non Hieronymum sacre legis interpretes, Marianum quoq; Raennatem Episcopum, quos nulli dubium est monachos fuisse.*

Richardus Cœnomanus Ordinis Franciscani: *Diuus Augustinus (ait) se, & suos non solum clericos; sed monachos & dixit, & scripsit, diuersa tamen ratione, addens paulò inferiùs, quando respicit causam, & functionem clerici separat à monacho: quando verò communem vitam, & concordiam considerat, confundit; ut cernitur in sine expositionis illius super Psalmum centesimum trigesimum secundum: quid ergo, ait, dicunt illi, qui nobis resultant de nomine monachorum.*

Denique monasterium iuxta Hipponem in horto Valerij exædificatum in sermone quadragesimo nono Augustini de diuersis commemoratur, quem esse Augustinianum nullus

nullus sanæ mentis denegabit, ibi enim ait de Valerio Hipponensi præfule, *Dedit mihi hortum, in quo nunc est monasterium.*

Aug. serm. 49. de diuersis.

## CAPUT VII.

*Sermones ad fratres in Eremito apud Augustinum non spernendi.*

**E**T SI non allegamus sermones ad Fratres in Eremito; attamen illos non esse spernendos astruimus: nec enim tantum à veritate aberrant, quæ falsa in eis dicuntur, ut non possint aliter intelligi, & ad veritatis tramitem adduci: nam vigesimus quartus non malè docet beatum Hieronymum fuisse Cardinalem; Paulam, & Eustochium sorores spirituales, & eundem patrem scilicet spirituale habuisse, similiter vigesimus quintus, dum ait à Sancto Ambrosio vigilias fuisse sublatas; nempè quoad choreas, & ludos, introducti namq; fuerunt eo tempore hymni, & antiphonæ iuxta morem Orientalium, ut docet Augustinus.

Sermones ad Eremitas non allegantur in hoc opere.

9. Conf. 72.

Et quantum ad Cardinalatum Diui Hierony-



Volat in An  
trop. lib. 22

ronymi Volaterranus libro vigesimo secundo An-  
tropologia, inuenio (ait) in antiquis tabulis, apud  
Ecclesiam Aretinam, donationem cuiusdam Zeno-  
bij Senatoris Romani eidem Ecclesie, usque a tem-  
pore Damasi Pontificis factam; ubi est huiusmodi  
scriptio; & ego Ioan. S. R. E. diaconus Cardina-  
lis ex parte Damasi laudo, & confirmo. Itaque non  
video, cur Diuus Hieronymus Damaso charus non  
fuerit Romana Ecclesie Cardinalis presbyter. Hæc  
reperit, & sequitur Genebrardus.

Genebrard.  
ann. 3. 3.Louanien-  
ses in cen-  
sa ad sermo-  
nes habitos  
ad fratres in  
eremo.

Theologi Louanientes aduersus istos ser-  
mones ita pugnant; Hos sermones Bartholomæus  
Urbinas in suo Milleloquio non agnoscit. Sed non  
tanti faciendus ipse Bartholomæus, qui for-  
tè non habuit istos sermones, & aliqua in  
eodem Milleloquio recitat, quæ non sunt  
Augustiniana.

Louanientes  
ubi supra.

Et satis constat (aiunt) sub Diui Augustini no-  
mine à quodam semilatio exercitij causa conscrip-  
tos esse. Nihil minus constat; non enim semi-  
latini tales viros effingunt, aut talia exerci-  
tia: sed demus illos esse barbarismis infectos,  
non ob id negarem eos esse Augustini; Melius  
enim (dicebat ad populum) in barbarismo no-  
stro, vos intelligitis, quam in nostra disertitudine  
diserti eritis, & alibi: Melius est, ut reprehendant  
nos grammatici, quam non intelligant populi.

August. in  
Psal. 36.August. in  
Psal. 138.

Aliquan-

Aliquando intermiscet verba Augustini, Casa-  
rij, Gregorij ista Louanientes aiunt de his ser-  
monibus; sed Gregorius potius intermiscet  
verba horum sermonum, & Augustinus (res-  
pondent defensores) quia præcesserunt ali-  
quibus eius operibus: Sanctus Cæsarius vnū  
sub Augustini nomine totum inter suos in-  
terferit, qui est apud ipsum homilia vigesi-  
ma prima: quem sermonem repetit maiori  
ex parte Thomas Vualdensis Ordinis Car-  
melitani flos, & Sanctus Antoninus ex ipso  
selegit verba aliqua in laudem propositi mo-  
nastici scribens: Augustinus etiam Episcopus fa-  
ctus monachum se profiteri nō erubuit: unde in quo-  
dam sermone (hic est sexagesimus ad Eremitas)  
sicut ego hodiè, qui videor monachus; si rupero  
propositum meum, Christum negaui, & infra; ego  
quidem sum monachus (ait ipse) qui desij esse secula-  
ris, & factus monachus, si voluero dimittere vitā  
monachi, & sequi vitam secularem, non habebit me  
Deus, ut secularem, sed preuaricatorem.

Louanien-  
ses ibidem.Cæsar. ho-  
mil. 21.  
Tho. Vual-  
dens. 1. p. de  
sacramē. ca.  
87.Anton. 3. p.  
tit. 24.

Martinus Lipsius (addunt Louanientes) ex  
phrasibus, & dictionibus quibusdam suspicatur au-  
ctorem fuisse exclamatorum Flādrum. Non Mars  
iste Martinus in hoc bello; non linceus iste  
Lipsius, aut lapis lidius, ut probet, aut repro-  
bet istud aurum, vel sola suspitione.

Louanien-  
ses ibidem.

Ipsi Louanienſes in cenſura eadem.

Contra hos ſermones ſub nomine Auguſtini conſcriptos, & à Conſeruatore Apoſtolico Rhegii, anno Domini MCCCCXIV. damnatos, & reprobatos doctè, & prolixè ſcripſit Ioannes Maburnus Bruſſellenſis in libro, cui titulum fecit *Venatorium Canoniorum Regularium*.

Deſeſio ſermonum ad fratres in Eremo. Anton. 3. p. li. 8. tit. 24.

Hucusque Louanienſes contra ſermones, qui circumferuntur inſcripti ad fratres in Eremo, quibus in ſimili verborum methodo, ſic pro ipsis ſermonibus reſpondemus: Sanctus Antoninus Florentiæ Archipræſul in tertia parte hiftoricali, quam Petrus Maturus Ordinis Societatis IESV notis illuſtrat, & ſequitur, hos ſermones agnoſcit Auguſtinianos, quod ſatis conſtat ex Dionyſio Carthuſiano: vnum illorum ſub Auguſtini titulo habemus in homilijs ſancti Cæſarij, & eundem allegat Thomas Vualdenſis in opere de Sacramentis, reuiſo & approbato Romæ per doctiſſimos Theologos; doctè, & prolixè ſcribit pro ipsis Alphonſus Ciaccinus Ordinis Dominicani, concludens auctorem illorum (dato, quod non ſit Auguſtinus) eſſe veterem, & conſequenter maioris auctoritatis in ſuis aſſertis, quam, qui eos negant recentiores: *Quisquis eorum auctor ſermonum dicatur momentum aliquod, & pendus huiusmodi*

Dionyſius in ſerm. de S. Aug.

modi teſtimonium habere poteſt, & debet; niſi uelimus multa Theologorum dogmata, multa præſtantiſſima medicina remedia, multa Philoſophiæ, & Aſtronomiæ documenta, multas deniq; egregias hiftorias reſellere, quod earum auctores ignoranter, &c. Hæc ille.

Ciaccinus in epitulo de Cardinalatu S. Hieronymi.

C A P V T VIII.

*Socios habet Auguſtinus; per mōtes Piſanos, remeat oſtia; inde in Africam monachus laicus.*

**M**Onachi ſunt oues, qui, relicta ſecularium rerum ſarcina, aſcenderunt de baptiſmali lauacro in montem Euangelicæ perfectionis, omnes gemellis fatibus, & nō eſt ſterilis in eis (vt notat Bernardus) *quia verbo pariunt, & exemplo ſocios comparant, qui & alios; vnde Auguſtinus; quantum autem in hac perfectionis via profecerim, magis quidem noui ego, quam quiſquam alius homo; ſed magis Deus, quam ego; & ad hoc propoſitum, quantis poſſum viribus, alios exhortor, & in nomine Domini habeo conſortes, quibus hoc per meum miniſterium perſuaſum eſt.*

Bern. 63. in Cant.

Epist. 89.

Habit conſortes.

Primi fuerunt Alipius, & Adeodatus, de

Primi Socii Augustini. 9. Conf. 6.

illius conuersione diximus, de isto sic ipse met Augustinus Deo: *Socium meum in gratia tua (baptismali) educandum in disciplina tua, nēpè monastica.*

7. Conf. 2.

Tertium commemorans ait Deo: *Consociasti nobis & Euodium iuuenem ex nostro municipio, qui cum agens in rebus militaret: prior nobis ad te conuersus est, & baptizatus; & relicta militia seculari accinctus est in tua.* Per militiam Christi, in qua post baptismum vixit Euodius monasticam intelligit.

7. Conf. 8.

Psal. 67.

Gratias deindè agit Deo ipsi, habitare facienti vnanimis in domo; ad illud respiciens Dauidicum secundum Symmachi versionē; *qui habitare facis monachos in domo.* Addit de monasticis exercitijs, *Flebam inter cantica hymnorum tuorum olim suspirans tibi; quantum patitur aura in domo fœnea,* concludit de vita communi, & vnanimi: *simul eramus, simul habitabamus.*

9. Conf. 7.

Venit in montes Pisanos.

Ad montes Pisanos deindè venit, & Eremitas illic viuentes visitauit, sicut Licentius eiusdem comes itineris in memoriam ei reuocat, hoc versu:

Licet. epist. 39. apud August.

*O mihi transactos reuocet si pristina soles  
Latificis aurora rotis, queis libera tecum  
Otia tentantes, & candida iura bonorum  
Duximus Italiae medio, montesq; per altos.*

Eremitas

Eremitas huius loci ad communem viuendi modum reduxit, vt dicimus aliàs, & eis librum de cognitione veræ vitæ scripsisse testatur Bartholomæus Vrbinas ita; *Fratres Eremita de Monte Pisano ei dicebant (vt habetur circa principium libri de cognitione veræ vitæ) gratias Deo persoluimus, cuius dono apertè in dubijs rebus cercificari possumus; quoniam videmus sapientiam Dei in te confluxisse; ergo ne vel patriam tendentes Lassabundi deficiamus, pastu, potuq; vitæ, vt soles, refice.*

Vrb. in fronte de Milleloquijs.

..... memoratur eremum

*Incoluisse maris Tusci prope littora Centum Cellarum, qua vicus erat Tyberina petiuit Ostia, & hic matris corpus mortale reliquit.*

Baptist. Mantuan. lib. 8. de sacris diebus.

Hæc Baptista Mantuanus ipsum sequutus Augustinum de re monastica scribentem; *Apud Ostia Tyberina, vbi remoti à turbis, quia scilicet in eremo habitaret, & in cellula, de qua Gersonius mentionem facit dicēs, quod Augustinus funus piæ matris Monicę sequutus fuerit publicè siccis oculis; occultè lachrymosis, ipse solus in cella sua.*

9. Conf. 10.

Gerf. ser. de Circūcisione.

*Quarebamus quisnam locus nos vtiliùs haberet seruientes tibi, pariter remeabamus in Africam;* ait Deo, & alibi receptos Carthagine à quodam Innocentio: *Venientes de Transmarinis me, &*

9. Conf. 8. Venit in Africam.

Lib. 22. de Ciuit. c. 28.

I 5 fratrem

fratrem meum Alipium nondum quidem clericos, sed iam Deo seruientes; hoc est monachos laicos.

Monachus laicus. serm. 49. de diuersis.

Repetit se monachum dicens, *Ab eis, qui diligunt seculum segregauit me.* Laicum hisce verbis: *Sed eis, qui praesunt populis non me coequaui; nepe laicus fui, non clericis coequatus, quos Noe significat rectores Ecclesiae; quia ipse in diluuiio arcam gubernauit.*

Aug. in psal. 132.

Serm. 49. de diuersis.

Iterat *Nec in conuiuio Domini Dei mei superiorum locum elegeri, sed inferiorem;* haec Augustinus sortem vocans Ecclesiasticam optimo vocabulo conuiuium Dei, in quo monachi etiam loci locum habent vltimum, & abiectum: vnde lex antiqua: *Pontifici presbyter, presbytero Diaconus, Diacono, subdiaconus, subdiacono Acolytus, Acolyto Exorcista, Exorcista lector, lectori Ostiarius, Ostiario: Abbas, Abbati monachus in omnibus praestet obsequium siue in publicis, siue in gremio Ecclesiae.*

Dist. 40. c. a subdiacono.

Possid. in vita Aug. c. 4.

Possidius; Solebat autem laicus, ut nobis dicebat, *ab eis tantum Ecclesijs, quae non habebant episcopos, suam abstinere praesentiam.* Per laicum intelligit monachum nullo fungentem officio clericali: sicut Augustinus ipse, cum ait; *Non enim hoc virgines debent audire, & maritatae non debent, & nuptae non debent; aut monachi debent,*

Serm. 49. de diuersis.

¶

¶ coniuges non debent; aut clerici debent, & laici non debent. Quibus verbis laici clericis opponuntur, & monachi coniugibus.

Laicus opponitur clerico.

Præterea ipse Augustinus se monachum fatetur, & antequam ordinaretur diuinorum sacramentorum dispensator dicens Deo: *Abstinere iussisti a concubitu, & de ipso coniugio melius aliquid, quam concessisti, monuisti; & quoniam dedisti, factum est: & antequam dispensator sacramenti tuificerem.*

Monachus opponitur coniugi. 1o. Confes. 13.

Nec Augustinus laicus, hoc est secularis fugiturus esset Ecclesias Episcopis orbas; positum enim in vsu erat, ne seculares ad episcopales dignitates eueherentur, a tempore Apostolorum: vnde Papa Cyriacus ad omnes Episcopos: *Certè non fuit praetermittendum, quod semel ac secundo necessitas haereticorum intulit contra Apostolica praepcepta, velut lege licitum praesumi Neophytum, vel laicum, qui nullo Ecclesiastico fuit fuerit officio inconsideratè, vel presbyterum, vel diaconum ordinare; quasi meliores Apostolis sint, quorum audent mutare praepceptum; & qui non didicit, iam docere compellitur: ita nullus reperitur idoneus clericorum inter diaconos, nec inter alios clericos inuenitur, qui sacerdotio dignus habeatur: sed ad condemnationem Ecclesiae laicus praesulatur; quod ne fiat ultra admoneo.* Haec Summus

Cyriacus episc. ad omnes episc.

Prohibitum erat seculares fieri presbiteros.

Ponti-

Pontifex subindicans faustam, felicemque fuisse, propter hæreticos destruendos, tam electionem Sancti Ambrosij Mediolanensis, quam Hilarij Pictaviensis; & si ille Neophytus, hic secularis etiam esset, & laicus nullo functus officio clericali.

Denique monachos fieri clericos, & episcopos commendauerat ipse Pontifex Cyriacus ita: *Monachos quoque, quos vita, ac fidei institutio sancta commendat, clericorum officijs aggregari, & optamus, & volumus.* Hinc ipse Augustinus reddens causam, propter quam fugeret Ecclesias episcopis orbas, ait: *Quoniam ceperat esse alicuius iam momenti, inter Dei seruos, fama mea, in quo loco sciebam non esse Episcopum, ne illo accederem, cauebam.*

## CAPV T I X.

*Institutio Ordinis Fratrum Eremitarum.*

**A**uctores religionum fuerunt imprimis Apostoli; deinde Antonius, Basilus, Augustinus, doctissimi, & sanctissimi homines; ait Bellarminus de monachis, quos Augustinus instituit rediens ex partibus Italiae una cum socijs Adeodato, Alipio, & Euodio in patriam; Cū ego, inquit,

*tenuem*

*tenuem paupertatulam meam vendidi, & pauperibus erogavi; re scilicet, & opere adimplens, quod Mediolani verbo solemni, & affectu promiserat, ut enim verbis Baronij utar: Quæ dixerant vita statum; cum adhuc in Italia essent, exercere ceperunt: secedentes in rus, ibidem triennio permansere, & quibus exercitijs! ait Possidius, à se iam alienatis curis secularibus; cum ijs, qui eidem adhaerebant, Deo vivebat ieiunijs, & orationibus, bonisque operibus, in lege Domini meditans die, ac nocte, & de his, quæ sibi Deus cogitanti, ac oranti intellecta reuelabat, praesentes, & absentes sermonibus, ac libris docebat.*

Annus, quo Augustinus redijt in Africam, & ordinem Fratrum Eremitarum instituit, fuit iuxta superiorem nostram computationem natalis Domini CCCLXXXVIII. & patet ex ipsomet Augustino, qui volens aliquid notabile suo reditui in Africam assignare, necem Maximi Tyranni posuit, dicēs; *ex illa peregrinatione, iam post Maximi mortem, Africam repetiuerim.* Hæc autem Maximi tyranni mors contigit, ut ait Hermannus Contractus, & omnes boni confirmant auctores, anno Domini CCCLXXXVIII. Denique anno Domini CCCLXXXVII. baptizatus est, ut probauimus, & cum ipso Adeodatus,

Cum

Cyriacus  
epist. ad omnes  
episc.

Monachus  
a summe  
tur ad seru-  
endum Ec-  
clesijs.  
Ser. 49. de  
diuersis.

An. 389.

Possid. c. 3.  
in vita Aug.Annus insti-  
tutionis or-  
dinis fratrum  
Eremitarum.Lib. 3. adu.  
Petilianum  
c. 11.Herman. in  
chronico  
an 388.

9. Conf. 5. *Cum annorum erat ferme quindecim. Ergo redijt in Africā anno Domini CCCLXXXVIII. nam ibidem fecit librum, cui titulus de Magistro, in quo adhuc viuis loquitur Adeo datus, in ipsa etiam Africa mortuus; cum esset in annis sexdecim.*

Baron. ann. 388. *Hic autem annus fuit; Cum in Oriente cepit vita monastica perire, & imitatores Sancti Pauli apud Alexandriam in eremo Ægypti ad Origenis doctrinam multis implicatam erroribus se se contulerunt, persuadente eos Euagriō monacho pessimo Professore Originista, de quo Diuus Hieronymus ad Ctesiphontem.*

Cepit perire monachismus in Ægypto.

Bern. ferm. 66. in cauti ca. *Quemadmodum igitur illos indigno nomine appellatos Apostolorum successores, & Apostolicos, nullum tamen Apostolatus sui signum valentes ostendere, aduersus quos multa Diuus Bernardus; tunc extinctos aduertit Abbas Urspergensis, cū Prædicatores Ordinis Dominicani, viros verè Apostolicos institutos; & similiter Minores sancti Francisci hoc mihi titulo maiores paupertatem Euāgelij prodiuitijs habentes, eo tempore, aut circiter approbatos, quo reprobatos omninò pauperes de Lugduno: sic Eremitas dicamus Augustinenses in Africa primū incœpisse; cum deficere visi sunt in Ægypto Pauli, Antonij,*

Hila-

*Hilarionis, & huiusmodi Archimandritarū discipuli, quos expressè nominans Lanspergius Carthusianus: Successit his (inquit) insignis Doctor Augustinus, qui eandem formā vitæ Apostolorum, primorumque credentium in Hierusalem introducere, & inchoare in Africa studuit.*

Lansp. in opuscul. de vera relig. & inst. monachorum. c. 10.

Baron. ann. 391. *Quod igitur (ait Baronius) Sanctus Augustinus primus fuit, qui monastica vitæ instituta inuexit in Africam, eademque seruare cepit, alijsque seruanda tradidit: inde accidit, ut Donatista putarent huiusmodi vitæ genus ab ipso fuisse excogitatum.*

Primus Africam monachismi institutor.

Ad Augustinum ipsum respicit scribentē de Petiliano: deinde perrexit ore maledico in vituperationem monasteriorum, & monachorum arguens etiam me, quod hoc genus vitæ à me fuerit institutum; quod genus vitæ quale sit, vel potius toti orbi notissimum, nescire se fingit. Quibus verbis non se negat Augustinus monachorum auctorem, nec dicta negat hæretici Petiliani, ut hoc falsum esse persuadeat, sed eum condemnat, quia fingit, & ignorare simulatur, illud vitæ genus esse nouum, & adhuc in orbe terrarum incognitum. Hæc Bellarminus.

3. aduersus Petilian. c. 40.

Bellarmin. 2. de monach. cap. 2.

Augustinus verò gaudens à se monachos (ita vocamus, quos nunc Eremitas à Canonicis Regularibus distinctos) institutos fuisse, scribebat eis: *Si fratres, si filii nostri estis; vel potius*

Aug. de o-  
per. monac.  
c. 28. *potius in Christo serui vestri sumus: audite quæ mo-  
nemus, agnoscite quæ præcipimus, sumite quæ dispen-  
samus.*

Aug. de o-  
per. monac.  
c. 28. *Et ad Aurelium Carthaginensem Archi-  
præfulem de eisdem: Sine me paululum sancte  
pater: dat enim mihi Dominus, per te, magnam fidu-  
ciam eos ipsos alloqui filios, & fratres nostros, quos  
noui, quanta nobiscum deuotione parturias; donec  
in eis Apostolica disciplina formetur.*

Epist. 109. *Nec solùm religiosos viros, sed etiam fœ-  
minas sanctimoniales instituit, quibus ait de  
præposita mutanda cogitantibus; perseuerate  
in bono proposito, & non desiderabitis mutare præ-  
positam; quæ in monasterio illo per tam multos annos  
perseuerante, & numero, & etate creuistis; quæ vos  
mater non utero, sed animo suscepit: omnes enim  
quæ illuc venistis, ibi eam aut sanctæ præpositæ soro-  
ri meæ seruientem, placentem, aut etiam ipsam præ-  
positam, quæ vos suscepit, inuenistis: sub illa estis eru-  
dite, sub illa velata; sub illa multiplicata.*

Aug. epist.  
109. *Tria in suprâ dictis inculcat, à se plantatū  
fuisse monachismum illarum sanctimonia-  
lium, quas ita ibidem reprehendit: Non enim  
sic plantauimus, & rigauimus hortum dominicum  
in vobis; ut spinas metamus istas.*

*Deindè inter has sanctimoniales præcipuū  
locum habuisse sororem suam testatur, de  
qua*

qua Possidius: Germana soror, quæ vidua Deo  
seruiens, multo tempore usq; in diem obitus sui præ-  
posita ancillarum Dei vixit. Multæ possent aliæ  
sanctimoniales commemorari, & Patru-  
i sui filia, & fratris sui filia, quæ pariter Deo serui-  
bant. Soror Au-  
gustini.  
Possid. ibi-  
dem.

Tandem eisdem sanctimonialibus velum  
fuisse rubri coloris annotamus cum sancto Velum.  
Optato Mileuitano de virginibus scribente:  
Nec vlla sunt præcepta coniuncta, vel de qua la-  
na mitrella fieret, aut de qua purpura pingeretur,  
&c. Ad quæ Baronius: Erant mitrella in Afri-  
cana Ecclesia ornamenti capitis genus; quod sacran-  
dis virginibus ab Episcopis soleret imponi, sicut Ro-  
ma, & alijs in locis, simplex sacrum velum: quod  
enim virgines sic Deo dicatæ sponsæ Christi ex mo-  
re dicerentur; eo insigni illarum capita tegere, quo à  
nubendis discriminarentur virginibus consueuerunt  
Antistites: erat enim capitis tegumentum ex lana,  
purpura tamen pictum potius, quam tinctum, for-  
tasse Christi nomen, vel Crucis signum in eo purpu-  
reo colore erat expressum; per quod omnibus  
indicaretur virginem illud gestantem  
iam professam perpetuam virgini-  
tatem, & Christi desponsa-  
tione Deo dicatam.

(.?)

## CAPVT X.

## De Regula.

**R**EGVLAM incipientem; *Ante omnia fratres Charissimi, diligatur Deus, &c.* ab Augustino scriptam ipsemet reuelauit Præmonstratentium institutori beatissimo Norbertho dicens: *Ecce habes regulam, quam ego scripsi, &c.*

Auctor vit.  
S. Norb. die  
26. Iunij.

Hugo Vict.  
scr. 29.

Louanienses  
in Regula  
Aug.

Principium eius agnouit Hugo Victorinus, non in Commentario super ipsam regulam, quia hoc ipsum, *Ante omnia*, satis explicatum erat, sed in sermone quodam hisce verbis: *Augustinus in Regula nostra, in quo Spiritus Sanctus eius lingua gratia repleta: Ante omnia* (inquit) *diligatur Deus; deinde proximus.*

Louanienses eandem regulam datam religiosi monachis confirmant, in lucem edentes cum huiusmodi titulo, prout habetur in vetustis, & verioribus codicibus: *Regula data ad seruos Dei.*

Quam obseruauit ipse Augustinus ad amulum, & ante episcopatum, & post illum, ut beatæ Brigittæ reuelauit ipsa Deigenitrix: *Nam beatus Augustinus* (inquit) *regulariter vixit ante episcopatum; sed in episcopatu non reliquit regula-*

*regularem vitam, quamuis ascendit ad maiorem honorem.*

Reuersus enim in Africam, iam seruus Dei, familiam Religiosorum (ut diximus) apud agros proprios instituit, & deinde factus presbyter, cum eisdem etiam ordinatis clericis, apud hortum Valerij (ut dicemus) eandem viuendi normam continuauit; prout ex partibus Italiæ remeans, in Africa, & in ipsis agris proprijs, vixerat, quod Sanctus Possidius ita refert: *Factus ergo presbyter monasterium intra Ecclesiam mox instituit, & cum Dei seruis viuere cepit secundum modum, & regulam sub Sanctis Apostolis constitutam, maxime ut nemo quidquam proprij in illa societate haberet; sed eis essent omnia communia, & distribueretur unicuique; prout cuique opus erat; quod iam ipse prior fecerat, dum de transmarinis ad sua remeasset.*

Possidius  
vita S. Aug.  
gust. c. 5.

Et beatus Thomas probans, quod Religiosi mendicantes, quales Eremitæ, Carmelitani, Fraciscani, & Prædicatores censerentur, possint publicas cathedras regere; exemplis pugnat aduersus Guilhermum de Sacto amore, & Sergium, Parisienses Doctores ita: *De Augustino enim legitur, posteaquam Monasterium instituit, in quo cepit viuere sub Regula à Sanctis Apo-*

Thom. 2.  
pub. 19. cap.  
22.



stolis cōstituta, scribebat libros, & docebat indoctos.

Sub eandem regulam factus Episcopus reduxit Canonicos suæ Ecclesiæ Cathedralis, vt suo loco scribemus, eamque ad quaedam sanctimoniales propria manu scriptam misit, truncato exordio, *Ante omnia fratres charissimi diligatur Deus, deinde proximus*: nam, vt benè ponderat Humbertus Ordinis Prædicatorum magister; *In muliere amor spiritua- lis facile degenerat ad carnalem; ideò timens dare huic generationi occasionem, noluit ei aliquid imponere de dilectione proximi.*

Hübertus  
in Reg. Au-  
gust. c. 2.

Vt igitur omnes Africæ clerici Regulares sub Augustiniana regula vixerunt, quam eis dedit Augustinus, vbi factus est Episcopus, sicut, postea monstrabimus; ita omnes monachos, seu, vt clariùs loquar, Eremitas eiusdem Africæ, sub eadem Augustini Regula prænotamus; *Vt plane intelligas cum Baronio, quam Sanctus Fulgentius est professus monasticam Regulam ab ipso Sancto Augustino dirivasse, &c.*

Baron. ann.  
505.

Auct. vitæ  
S. Fulgen-  
tij. c. 18.

Sanctum Fulgentium, honoris causa, nominamus, vt ex eius actis pulchritudo regulæ Augustinianæ patefiat, *Quando enim temperies aeris inuitabat, solo pallio intra monasterium est coopertus, scapulis vero nudis, nunquam à nobis visus*

*visus est, nec deposito saltem cingulo, somnum petiuit, suæ autem conscientie Deo teste, fiduciam gerēs, in qua tunica dormiebat, in ipsa sacrificabat: & tēpore sacrificij, mutanda esse corda potius, quam vestimenta dicebat, ostendens se regulæ professorem, in qua Pater Augustinus iubet vel à religiosis, vel à fullonibus vestes lauari, quibus induti, & præcincti dormirent: nam, vt Hübertus explanat, illas sordes, quæ etiam inter dormiendum, sanctis Dei hominibus aliquando contingunt, ante fæminarum oculos apparere noluit Sanctus Doctor. Cavit etiam; ne nimis mundæ essent, & curiosæ, vtpotè à mulieribus tractatæ.*

Humb. in  
regul. S. Au-  
gust.

Ipse Fulgentius de regula mentionem facit docente abstinentiam escæ, & potus, quantum valetudo permittit, dicens; *Quantò magis fortioribus cibis corpus completur; tantò frequentior culpa in hac mortalitate contrahitur: propterea humiles serui Christi, qui cupiunt Domino suo sine impedimento, & absq; animi noxia occupatione seruire, coniugia omninò non appetunt, & à carnibus, & à vino abstinent, in quantum corporis valetudo permittit.*

Lib. de fide  
ad Petrum.  
c. 31.

Vincentius etiam in Africa non ignobilis Eremita ad Patrem scribit Augustinum, & circa regulam: *Siquid famulus tuæ sanctitatis*

Vincentius  
epist. 256.  
apud Aug.

frater suggesterit Florus, pro regula monasterij, pater, petimus libenter accipere, ac per omnia, nos infirmos instituere.

Licentius ad ipsum scripsit Augustinum antequam fieret Episcopus, ut ex epistolis Augustini, & Paulini Nolani non obscure constat, & ita, de viuendi regula, ad monachos eius.

*Bibulam qui ponitis aurem*

*Legibus inuictis contundite pectora palmis*

*Sternite membra solo, meritisq; ciete dolores;*

*Et prohibete nefas, Deus imperat: omnibus vnū*

*Admonet antistes.*

Regula Augusti.

Bern. in tra-  
ctat. de præ-  
cepto, & dif-  
ferentia, c. 3.

Ad regulam attendit præcipientem, Sit vobis anima vna, & cor vnum in Deo, & c. & fortasse leges inuictas eandem regulam vocat; quia firma erat, & stabilis: sic enim Sanctus Bernardus: *Et quidem stabile dixerim, quod ita est necessarium, ut non cuilibet homini illud mutare fas sit, nisi solis dispensatoribus mysteriorum Dei, id est prepositis; ut verbi gratia, regule Sanctorum Basilij, Augustini, Benedicti, necnon authentici canones, & siquæ sunt alia Ecclesiastica instituta digna auctoritatis; quæ, quoniam à Sæctis tradita sunt, sancita stabiliter perseverant.*

## CAPVT XI.

De viuendi modo fratrum Eremitarum  
sub hac Regula.

Augustinus; in illa communi vita Fratrum, qua est in monasterio, magni viri sancti, quotidie in hymnis, & orationibus, in laudibus Dei in-  
de viuunt, cum lectionibus illis res est, laborant manibus suis, inde se transigunt; non auarè aliquid petunt; quidquid eis infertur à pijs fratribus cum patientia, & charitate vtuntur; nemo sibi usurpat aliquid, quod alter non habet, omnes se diligunt, omnes inuicem se sustinent.

Epist. 99.

Forma vite  
fratrum S.  
Augustini.

Mendicantes, ut passeris in Cedris Libani, similiter victitabant ex liberalitate diuitum: Non enim cessauit Apostolus, imò verò spiritus Dei possidens, & implens, & agens cor eius, exhortari fideles, qui haberent huius mundi substantiã; ut nihil deesset necessitatibus seruorum Dei, qui celsiorem sanctitatis gradum in Ecclesia tenere voluerunt, & spei secularis vincula cuncta præciderunt, & animum liberum dedicarunt.

Aug. apud  
Abbatè Tri-  
politan ep.  
2. ad Cor.  
c. 9.

Hæc Augustinus, & ad Prophetæ David verba respiciens, Cedri Libani nobiles, & diuites, & excelsi huius seculi: quoniam cum timore audiunt;

K 4 beatus

August. in  
Psal. 103.  
Diuites dāt  
agros, & vi-  
neas seruis  
Dei.

beatuſ vir, qui intelligit ſuper egenum, & pauperē attendunt reſ ſuas, villas ſuas, & omnes ſuperfluas copias, quibus videntur excelſi, & præbent illas ſeruis Dei; dant agros, dant hortos; ædificant Eccleſias, monaſteria, colligunt paſſeres, ut in Cedris Libani, nidificent. Paſſeres ergo ſatiantur cedris Libani, quas plantauit Dominus, & illic paſſeres nidificabunt: attendite totam terram, ſi non ita eſt, ut loquerer iſta non ſolum credidi, ſed & vidi; dedit mihi intellectum ipſum experimentum.

Augustinus  
in Pſal. 79.

Diſcute, audi, cognoſce, quam multi id faciunt; vade, vende omnia, quæ poſſides, & da pauperibus, & habebis theſaurum in caelis; & veni, ſequere me: non attendis, quam multi id faciunt?

Aug. in ſer.  
11. de Tē  
por.

Pro deſiderio ſalutis ſuæ parentes, & patriam ſuam fugiunt, nullo compellente, de terra, & de cognatione ſua, & mortui huic mundo, alios ſpiritua-liter animarum requirunt parentes, & liberi ſub iugum veniunt.

Augustinia  
nivouebāt

Reg. Acad.  
Pariſienſis  
an. 1539.

Aliquandò, nonnulli Scioli, & Nouatores dubitarunt, vtrum Eremitani Sancti Patris Auguſtini monachi, & Canonici eius Regulares vota facerent, cui rei alma Theologorum Academia Pariſienſis ſalubriter occurrat, & tandem, matura præcedente delibera-tione, concluſum, quod religioſi Sancti Auguſtini, & monachi illius temporis, vouebant.

Nec ſemel Auguſtinus de ſuis, & ſuorum votis ſcribit; ſua enim ante oculos mentis frequenter proponebat, & ita Deo ait: Domine miſerere mei, & audi deſideriū meum; puto enim, quod non ſit de terra; non de auro, & argento, aut de lapidibus, & decoris veſtibus. Hæc dicit ob paupertatem, propter obedientiam; aut honoribus, & poteſtatibus, concludens propter caſtita-tem coniugali perfectiorem, aut voluptatibus carnis.

August. in  
Pſal. 75.  
Vota Augu-  
ſtini.

De ſuis verò monachis ſermonem inſtituit, & de votis eorum ita: Nemo ergo poſitus in monaſterio frater inquit, recedo de monaſterio, neque enim ſoli, qui ſunt in monaſterio, peruenturi ad regnū cælorum, & illi, qui ibi non ſunt, ad Deum non pertinent, reſpondetur ei: ſed illi non vouerunt tu vouiſti. Hæc pertinent ad ſubiectiōnis, & obediē-tiæ votum.

August. ibi  
dem.

Alius vouet relinquere omnia, & ire in communem vitam, & ſocietatem Sanctorum, magnum vouet votum paupertatis ſcilicet.

August. in  
eundē Pſal.

Nescio, quæ Caſtimonialis nubere voluit, quod & mater ipſius: aliquid mali voluit? (hæc ait de caſtitate) mali planè: quare? quia iam vouerat Domino Deo ſuo.

Epist. 116.

Amabant Eremitæ ſummoperè qui etem animæ, & exercitia contemplationis: de qui-

bus Augustinus: *Si hoc falsum est, ego sum omnium, ne dicam stultissimus, certe ignavissimus, cui nisi proveniat quaedam secunda cessatio, syncerum illud bonum gustare, atque amare non possum. Magna cessatio à tumultu rerum labentium, mihi crede, opus est, ut non duritia, non audacia, non cupiditate inanis gloria, non superstitiosa credulitate, fiat in homine nihil timere.*

Alibi eremiticum viuendi modum illorum laudat, qui non possunt homines non diligere, & possunt illos non videre, antepones ob animi quietem, & commodum vniuscuiusque Eremitarum, vitam à populis separatam, libertati clericorum inter populos agendum: *Hi agunt, inquit, ubi viuere discitur, illi, ubi viuuntur.*

## CAPVT XII.

## De Confirmatione eiusdem Ordinis.

**A**B ipsis Euangelicæ doctrinæ incunabulis ad Concilium vsque Carthaginense, quod sub Bonifacio I. circiter annum Domini M. CCCCXIX. liberum cuique fuit religionem instituere absque expressa, formaliter

liuè (vt aiunt) Episcopi facultate, quæ in prædicto Concilio, ac deindè in Chalcedonensi, iuxta Onuphrium, celebrato circa annum CCCCLI. & Agathensi circiter D. VI. tanquam necessaria definita est.

Veruntamen Ordo Fratrum Eremitarum institutus in Africa ante prædicta Concilia, nulla indigebat expressa facultate, quam tacitam habuit Episcopi Valerij dantis hortum, in quo primum huius Ordinis Hipponense monasterium exædificatum est, vt ipse scribit Augustinus.

Verum; *Antonius, Basilius, Augustinus auctores Religionum fuerunt: nec ullam leguntur à Pontifice approbationem quasiuisse: propterea quod nondum extaret ius Ecclesiasticum, id præcipiens.* Hæc Bellarminus, vndè Ordo fratrum Augustinienfium confirmatus relucet absque solemniori Romani Pontificis approbatione.

Quod & Gersonius ita confirmat: *De Religionibus antiquis non legimus aliquam approbationem expressam Sedis Apostolica: sed earum vitam sanctam, Ecclesia sciente, & multis viris sanctis, & approbatis communicante, & multa, & varia priuilegia cõcedente, erat earum plena confirmatio.*

Ita confirmata est Religio Fratrum Eremitarum Sãcti Augustini chari, & accepti Romanis

Onuph. in Leone primo apud Platiram.

Episcopus Hipponensis dedit hortum huic ordini.

Aug. serm. 49. de diuersis.

Lib. 2. mod. nach. c. 4.

Gerf. opus. contra impugn. Carthus.

Cõtemplationem docet P. Augustinus exemplo suo.

de mor. Eccles. Cathol. c. 32.

Liberum fuit Religiones instituere.

manis Pontificibus, & speciatim Innocentio primo, qui constitutionem fecit de omni Ecclesia, & regulis monachorum: ait enim Augustinus ipse; *Scripsimus ad beatam memoriam Papam Innocentium, prater Conciliorum relationes, literas familiares.*

Denique confirmationem haberet ordo Eremitarum Sancti Augustini, qui homo erat, cui, nihil suis, suorumque votis defuturum; si ius canonicum extaret eandem solennem requirens approbationem, cuius causa postea inuenta est in Concilio Lateranensi sub Innocentio Tertio, & relata hac verborum methodo à Bellarmino: *Ad annum MCLXX. Pauperes de Lugduno Ordinem quendam religiosum instituerunt, sed multis admixtis superstitionibus, & haeresibus; quocirca à Lucio III. successores haereseos damnati fuerunt, & secta eorū damnata, ut scribit Vrspergensis anno M. CCXII. illi veropost modum; id est, tempore Innocentij III. Sedem Apostolicam adeuntes diū institerunt (ut idē auctor ait) ut reconciliarentur, & religio ipsorum confirmaretur; nec tamen impetrarunt. Paulò autē post in Concilio Lateranensi generali considerans Innocentius tertius periculum, quod eminebat Ecclesiae; si unicuique liceret nouam religionem excogitare; prohibuit: ne deinceps ullus nouus ordo institueretur;*

*nimi-*

nimirum sine approbatione Apostolica Sedis, ut habemus capite finali de Religiosis domibus in sexto; ac hinc cepit esse necessarium, quod antea erat liberum.

Hinc Gregorius Papa X. videns Ordines fratrum Eremitarum Sancti Augustini, & Carmelitarum antea institutos, & absque aliqua suspitione confusionis diū florentes in Ecclesia constituit, quod, & Bonifacius VIII. in corpore iuris, hisce verbis; *Eremitarum Sancti Augustini, & Carmelitarum ordines, quorum institutio dictum Concilium generale praecessit in solido statu volumus permanere.*

Solidus autem, siue solitus (ut alij legunt) Ordinum Eremitarum Sancti Augustini, & Carmelitarum status erat absque dubio per Ecclesiam Romanam ita confirmatus, ut nouam post Concilium Lateranense confirmationem eis opus non iudicaret ipsi Pontifices Romani: aliter vota in ipso facta non essent solemnia, nec dirimerent matrimonium: habemus enim in iure Canonico, *Votum illud solum debere solemne esse, quantum ad post contractum matrimonium dirimendum, quod solemnizatum fuerit per Ordinis sacri receptionem; vel per professionem expressam, vel tacitam, factā alicui de religionibus per Sedem Apostolicam approbatis.* Vnde Innocentius Papa III. ante ipsum Conci-

Platina in Innocentio primo.

Epist. 106.

Religioni institutae ab Augustino nihil confirmationis defuit.

Bellarmino. 2. de monach. c. 4.

Vrspergensis in chron. no. an. 1212

Causa propter quam ius canonicum confirmandae religionis conditum in Concilio Lateranensi sub Inno. 3.

Cap. cum de religiosis domibus.

Bonif. 8. in eodem lib. 6. cap. de religiosis domibus.

Solidus, siue solitus Eremitarum status ante Conc. Lateranense.

Bonifacius 8. in 6. cap. quod votum.

In lib. 2. ep.  
ad Episcop.  
Olisipo. &  
Coninbr.

Conciliū Lateranense, Olisiponensi, & Conimbricensi Episcopis scripsit præcipiens, ut cogerent sæminam quandam habitum Ordinis sancti Augustini resumere, quippe quæ in manibus unius, ex illius ordine, Eremitæ votū castitatis emiserat. Hæc Azorius, & repetit ante eū Paulus Bergomensis Dominicum de Sancto Geminiano recitās afferentē, quod Eremitæ Augustiniani fuerant approbati ante Concilium Lateranense, quod & sanctus Antoninus refert ita concludens: Hoc unum certum est, quod illa sancta propago sancti Augustini non omninò extincta fuit, sed in aliquibus sanctis fratribus in quadam sancta simplicitate viventibus perduravit usque ad annum Domini M. CC. XV. quando celebratum fuit Concilium Lateranense, sub præfato Innocentio III.

## CAPV T XIII.

In montem altū secedit, indè venit Hippo nē, fit Presbyter, concionator, & eadem munera procurat suis Eremitis.

Visitatū à  
multis Au-  
gustinus.

**V**BI facer eremita, & præcipuus Apostolorum, Apostolicorūq; hominū imitator, Augustinus ordinē Fratrum Eremitarū instituit apud agros Tagastenses multis aduētantiū negotijs occupabatur, vndè Nebridius

dus ad ipsum illic cōmorantem: *Vellem ego* (inquit) *te in rus meū vocare, ibiq; quiescere: non enim timebo me subditorem tui dici à ciuibus tuis, quos nimium amas, & à quibus nimium amaris.*

Nebr. epist.  
114. apud  
Aug.

Augustinus tamen Nebridio rescribit: *Restare unum videas, ut tu quoq; in commune consulas.* afferens se non posse ab illis agris procul abscedere.

Aug. epist.  
116.

*Sed cum inquietudinem ad se venientium ferre nō posset, duobus miliaribus, à prædicto loco secessit, & ad montem quendam altissimum abiit ad quem non nisi per viam valdè aridam, atq; pænosam adiri potest, ibiq; Augustinus habitationem ex lapidibus coctis construi fecit, &c.*

Sigiber. ep.  
ad Macqdonium.

*Et multi quidem ex fratribus ibi prope Patrem Augustinum per iactum balistæ in omni sanctitate habitabant: erant autem ferme centum viginti, qui sub obedientia Augustini, concorditer vivebant omnia reputantes esse communia.* Hæc Sigibertus Augustino notissimus in epistola ad Macædonium, quam magni faciunt Volaterranus in Antropologia; Morigia de origine Religionum; Ascarius in apparatu sacro Possëuini, illi agentes de Eremitis; hic de Canonicis Regularibus; & centum annos antea Ioannes Marianus eam Parisijs euehens ad hæroicam maiestatem hoc versu;

Habitatio  
eremitica.

Socios ha-  
bet Eremitas in monte.

Marian. in  
Regul. S. P.  
Aug.

Rupe

*Rupe subexcisa, patulis cingentibus antrum  
Fronibus aptavit, sub aprici vertice collis;  
In tegetem saxi viridanti cespite, & herbis;  
Paulò inferiùs eandem prosequens epistolā  
ita canit :*

*Iam centena virum comitatur concio fraudans  
Exiguus epulis genium ; ne causa maligna  
Corporibus scelerum Gnidia sint tela salacis,  
Sparsa colit montem iungit tamen una volūtas  
Vnus amor stringit, seruant præcepta parentis  
Vnanimes.*

Magnæ famæ monachus. Talem hoc ex monasterio Tagastensis eremi respirabat odorem Augustinus, vt quidā Hippone Agens in rebus se fore monachum promiserit: *Si vidisset eum, & ex eius ore audire verbum meruisset.*

Possid. in vita S. Aug. c. 3.

Hic Agens in rebus Bonifacius ille postea Comes Augustino familiaris colligitur ex epistola septuagesima eiusdem Augustini ad ipsum, sic habente, inter alia : *Scis autem, qualem me apud Hipponem videris, quando ad me venire dignatus es, quando vix loquebar imbecillitate corporis fatigatus.*

Aug. epist. 70.

Causam igitur, propter quam Hipponem primò venerat, ita reddebat ipse Augustin⁹; *Veni ad istam ciuitatem propter videndum amicū, quem putabam me lucrari posse Deo ; vt nobiscum esset in monasterio.* Quod

Aug. serm. 49. de diuersis. Venit Hipponem.

Quod autem Agens ille in rebus promiserat, viso, & audito frequentius Augustino; non tamen in presentia eius impleuit, vt notat beatus Possidius; addens, quod, voto Augustini inexpleto, suum impleuerint Hipponenses; nam in Ecclesia Hipponensi cum beatus Valerius Episcopus, de providendo, & ordinando presbytero ciuitatis, plebem Dei alloqueretur, & exhortaretur, iam scientes Catholici Sancti Augustini propositum, & doctrinam; manu iniecta, quoniam & idem in populo securus, & ignarus, quid futurum esset, astabat.

Possid. in vita Aug. c. 3.

Possid. in vita. cap. 45

Audiebatur sermonē de ordinando presbytero cum factus est presbyter. Plorauit nimis cum ordinatus est presbyter.

*Eum ergo tenuerunt, & vt in talibus consuetum est, Episcopo ordinandum intulerunt, omnibus id vno consensu, & desiderio fieri, percipi q̄ petentibus, magnoq; studio, & clamore flagitantibus, vbertim eo flente : nonnullis quidem lachrymas eius, vt nobis ipse retulit tunc superbè interpretantibus, & tanquam eum consolantibus, ac dicentibus ; quia locus presbyterij, licet ipse maiore dignus esset, appropinquaret tamen episcopatu.*

Cum ille homo Dei, vt nobis retulit, maiori consideratione intelligeret, & gerneret quàm multa, & quàm magna suæ vite pericula de regimine, & gubernatione Ecclesie impendere iam, ac prouenire spectaret, atq; ideò fleret. Ista Possidius.

Possid. in vita cap. 4.

Repetit ipsemet Augustinus lachrymas à

L se

Aug. epist.  
348.

se fusas in ipsa presbyteratus sui ordinatione, dicens; *Vis mihi facta est, merito peccatorum meorum: nam quid aliud existime m, nescio; ut secundus locus gubernaculorum, mihi traderetur, qui remum tenere non noueram, &c.* Hinc erant lachrymae illae, quas me fundere in ciuitate, ordinationis meae tempore, nonnulli fratres animaduertunt.

Concionator.

Presbytero Augustino data est potestas concionandi, quod muneri, nullis permittebatur, exceptis Episcopis apud Africanos. Valerius autem Hipponensis Praesul Deo gratias agebat suas exauditas à Domino fuisse preces, quas se frequentissimè fudisse narrabat, scilicet, ut sibi diuinitus homo concederetur talis, qui posset uerbo Dei & doctrina salubri Ecclesiam Domini edificare, cui rei se (homo natura graecus minusq; latina lingua instructus) minus utilem praeuidebat.

Possidius ubi superius.

Igitur ei potestatem dedit Valerius coram se in Ecclesia Euangelium predicandi, ac frequentissimè tractandi contra usum quidem, & consuetudinem Africanarum Ecclesiarum.

Eremitas fuos fieri clericos, &amp; praedicatores procurauit.

Cum Augustinus se uidit monachum clericum, & tractatorem uerbi Dei, monasterium exaedificauit apud Hipponem, de quo dicemus inferius; ubi procurauit aliquos ex suis eremitanis monachis, etiam fieri clericos, & praedicatores: nec solum Hipponem, sed in

in alijs multis Africae ciuitatibus, ad quas diuina breuiter fuit haec Eremitarum Augustini institutio monachi ipsi facti presbyteri publicas ad populum habere conciones deinceps consueuere; sicut notat Possidius cum ait: *Bono precedente exemplo, accepta ab Episcopis potestate, presbyteri nonnulli coram Episcopis tractare coeperunt uerbum Dei.*

Possid. in uita Aug. cap. 5.

Etenim Aurelius Archipraesul Carthagenensis magnus Eremitarum fautor aliquos illorum illico post Augustinum presbyteros ordinauit, & Concionatores instituit, in magnam Africanæ Ecclesiae utilitatem; unde ipse Pater Augustinus, & coadiutor eius in monasticis institutionibus Alipius, sic ad ipsum scripserunt Aurelium: *Impletum est gaudio os nostrum, & lingua nostra exultatione, nunciantibus literis tuis sanctam cogitationem tuam, adiuuante Domino, qui eam inspirauit ad effectum esse perductam de omnibus ordinatis fratribus, & praecipuè de sermone presbyterorum, qui, te praesente, populo effunditur, per quorum linguas clamat charitas tua maiori uoce cordibus hominum, quam illi in auribus*

Aurelius monachos facit presbyteros, &amp; concionatores.

Epist. 77.

Eremitae solebant in Africa dicere Deo gratias.

Deo gratias.

(.?.)



## CAPVT XIV.

*De monasterio, quod apud Hipponem ex-  
dificauit, & monachis repleuit,  
eisq; clericis.*

Serm. 49.  
de diuersis.

Fecit mona-  
sterium in  
horto.

Possid. in vi-  
ta Aug. c. 5.

Instituit  
quod mona-  
chi esse cle-  
rici.

Amb. epist.  
28.

Eusebius  
Verfelleſis  
primum fe-  
cit canoni-  
cos Regu-  
lares.

Auct. offic.  
S. P. Aug.

**A**pprehensus à populo presbyter factus sum, & quia hic disponebam esse in monasterio cum fratribus, beata memoria senex Valerius dedit mihi hortum, in quo nunc est monasterium. Hæc Aug.

Possidius addit in supra dicto monasterio, quod ædificatum erat in horto Valerij constitutos fuisse monachos, qui simul essent clerici scribens: Factus ergo presbyter monasterium intra Ecclesiam mox instituit. Eodem modo easdem voces monasterium, & Ecclesiam accepit, & exposuit Sanctus Ambrosius posteritati tradens de beatissimo Eusebio Verfellenſi: Primus in occidentalibus partibus monasterii continentiam, & Ecclesie disciplinam, diuersa inter se coniunxit, ut in ciuitate positus instituta monachorū, & Ecclesiam regeret ieiunii sobrietate.

Ita etiam eundem Possidij locum dilucidauit Auctor officij, quod recitatur in festo S. P. Augustini, pro Ecclesia vertens Clericos hoc modo: Factus ergo Presbyter monasterium Clericorum mox instituit.

Ergo

Ergo Pater Augustinus instituit primū apud Hipponem, ut monachi clericali fungerentur officio; quod & Papa Innocentius nomine primus illo tempore commēdauit, scribens de monachis, qui diū morantes in monasterijs, si postea ad clericatus ordinem peruenerint, non debere eos à priore proposito declinare.

De hac ipsa constitutione, quod Eremitæ desumerentur ad clericatum, & nec desinerent esse monachi, piè, & prolixè loquitur ipsemet Augustinus, ita agens cum Aurelio Archiepiscopo Carthaginensi: Cogitanti quid sit utile salutis eorum, quibus in Christo nutriendis seruiamus, nihil mihi aliud occurrere potuit, nisi non esse istam viam dandam seruis Dei, ut se facilius putent eligi ad aliquid melius, si facti fuerint deteriores. Et ipsis enim facilis lapsus, & ordini clericorum sit indignissima iniuria; si desertores monasteriorum ad militiam clericatus eligantur, cum ex his, qui in monasterio permanent, non tamen nisi probatiores, atq; meliores in clerum assumere soleamus: nisi fortè, sicut vulgares dicunt, malus choraula bonus Symphonicus est. Nimis dolendum, si ad tam ruinosam superbiam monachos surrigamus, & tam graui contumelia clericos dignos putemus, in quorū numero sumus, cum aliquando etiam bonus monachus vix bonum clericum faciat; si adsit ei sufficiens

Papa Inno-  
cent. l. vult  
monachos  
feri cleri-  
cos.

Epist. 2. ad  
Victricium

Epist. 79.

Meliores  
monachi e-  
ligebantur  
ad officia  
clericorū.

Proverbiū  
antiquum.

Instructio,  
& continē-  
tia comitā-  
tur bonum  
clericum.

continentia, & tamen desit instructio necessaria, aut personæ regularis integritas.

Ubi Augustinus in Africam inuexit monachorum institutum, statim per vniuersas Africę partes propagatum est; hinc Paulinus ad Alipium scribens, eisdem monachis ita salutem precatur: *Benedictos sanctitatis tuæ comites, & imitatores in Domino fratres (si dignantur) nostros, tum in monasterijs Carthagine, Tagastæ, Hippone regio, & totis parochijs tuis; atq; omnibus cognitis tibi locis, Domino catholicè seruientes multo affectu, & obsequio salutari rogamus.*

Paulin. ep. 35. ad Aug.

Valde propagatus est & citò monachismus Augustini.

Ex primo Augustini monasterio prope Hipponem ædificato, decem assũpti sunt Episcopi.

Quando cęperunt in Africa monachi fieri clerici, & episcopi.

Possidius etiam ex hac Augustini plantatione ad Episcopalem dignitatem fermè decem acceptos palmites asserit, qui & monasteria exædificarunt; vnde monachi, vel ad feruendum Ecclesijs parochialibus, & cathedralibus, desumebantur, vel etiam ad officia clericalia in ipsis monasterijs peragenda, sic enim profert, *Ac deindè de die in diem, Ecclesię Catholicę prædicationis veritate, sanctorumq; seruatorum Dei proposito, continentia, & paupertate profunda, ex monasterio, quod per illum memorabilem virum, & esse, & crescere cęperat, magno desiderio poscere, atq; accipere Episcopos, & clericos pax Ecclesię, atque vnitatis, & cępit primò, & postea consecuta est.*

*Nam fermè decem, quos ipse noui sanctos, ac venerabiles viros continentes, & doctissimos, beatus Augustinus diuersis Ecclesijs, nonnullis quoq; eminentioribus rogatus dedit; similiterq; & ipsi ex illorum Sanctorum proposito venientes, Domini Ecclesijs propagatis, & monasteria instituerunt, & studio crescente adificationis verbi Dei, ceteris Ecclesijs promotos fratres ad suscipiendum sacerdotium præstiterunt. Hucusque Possidius.*

Possid. in vita Aug. ca. 11.

Sic igitur erant instituti Augustiani monachi, vt vel laici viuerent, vel ordinati clerici; illos primum apud agros proprios, istos verò cępit habere factus presbyter in horto Valerij, & ita commemorauit; *Cępi boni propositi fratres colligere, compares meos, nihil habentes; sicut nihil habebam, & imitantes me, vt quo modo, ego tenuem paupertatulam meam vendidi, & pauperibus erogavi, sic facerent, & illi, qui mecum esse voluissent; vt de communi viueremus; commune autem erat nobis magnum, & uberrimū prædium, ipse Deus.*

Serm. 49. de diuersis.

Non habent prædia eremitæ S. August. etiã ordinati clerici.

Nec solum monachi Sancti Augustini viuebant in monasterijs vel laici, vel clerici; sed etiam aliqui illorum in Ecclesijs Cathedralibus; exemplo sint verbi gratia Leporius, & beatus Possidius, de illo enim ait Augustinus ipse mentionem faciens de contubernan-

Leporius monachus nobilis inter Augustinianos.

Nam

L 4 libus

Serm. 49  
de diuersis

libus suis in episcopatu: *Presbyterum Leporium, quanuis seculi natalibus clarum, tamen eum Deo seruientem, cunctis, quae habebat relictis, in opem suscipi; id est iam monachum pauperem mihi sociavi.*

Possid. in fi  
ne vitæ S.  
Aug.

Possidius ait de se, quod cum ipso vixerit Augustino, *annis ferme quadraginta*, qui Augustinus non quadraginta annis Hippone, sed triginta quinque fuit Episcopus: sequens fit vixisse cū ipso, in monasterio horti, quod vocamus Clericorum; aut fortassis in monasterio primo Tagaste, vbi viuebant monachi laici; quapropter ad scribendū de Patre Augustino his verbis accingitur; *mei memor propositi, & antea in vita laicorum, scilicet monachorum.*

Possidius  
fuit mona-  
chus.Possid. in  
prefat. libri  
de vita, &  
morib. Au-  
gust.Monachi  
gestabant  
in Ecclesijs  
vestes cleri-  
corum.

Luc. 12.

Qui denique monachi veniebant ex eremo, vel monasterijs suburbanis ad seruiendū Ecclesijs Cathedralibus, zonam pelliceam, & baculum, & caputea, & pallium non gestabant in multis locis; duplicem ob causam à Papa Cælestino scriptam Episcopis Vienneſi, & Narbonensi; alteram, quia sanctitatem indè aliqui sibi arrogarent dictantes se ad literam implere illud Euangelij: *Sint lumbi vestri pacincti*: alteram assignat etiā ipse Sanctissimus Papa; *Ne vestium clericalium tot annorum,*

*norum, tantorumq; Pontificum, in alterum habitū consuetudo vertatur.* Multos ergo Sanctos ostēdemus Eremitas Augustinienſes, & si viuerent assumpti ex monasterijs, in Cathedralibus Ecclesijs, & vestes induerint clericales, de quibus sequens caput.

Cælest. 1.  
epist. ad E-  
pisco. Vien-  
& Narbon.

## C A P V T X V.

*Vestes Augustini Presbyteri, & Eremitarū eius fungentium ordine Clericali.*

Sicut in eremo monachales vestes, de quibus scriptum; ita clerici facti, Augustin⁹ & monachi eius induebant istas, birrum, casulam, orarium, superpelliceam, siue lineam tunicam. Birrum, vestem sibi testatur incognitam Ioannes Molanus; Erasmus in censura pessima super Augustini regulam, nobilem, & purpuream; Ambrosius Coranus amphibologicam, allegat Papiam in lexico, & Birriam apud Comicum ab eadici seruum tergiuersantem, varium, & amphibologicū; Turnebus se putasse vestem crassam asserit, & mutasse sententiam, quam non promulgat: eam deniq; commemorat Augustinus dicens: *Offeratur mihi, verbi gratia, birrum.*

De birro.

Ioan. Mola:  
lib. de vesti-  
bus Canoni-  
corum.  
Cor. in Apo-  
logia.Turneb. li.  
18. aduers.  
c. 26.Serm. 507  
de diuersis.

Sed liceat nobis altiùs repetere, quæ legimus apud varios auctores de hac veste. Birri erant in duplici differentia, vel lacernati, & amiculares, vel separati à lacerna, & amictu; de illo Sanctus Cæsarius in suo testamento: *dimitto sanctimonialium monasterio vestimenta mea, excepto birro amiculari.*

Birri autem separati à lacerna, tegmina erant parua capitis, quæ nunc birreta vocantur: Codex Theodosianus, *seruos birris uti permittimus, aut cucullis.*

Pretiosi, scribente Vopisco; *Ab Attrabaticis birri petiti, donati birri Canusini.*

Purpurei;

*Canosino medicata flagrant  
Vellera fuco.*

Inde vocabulû Birrus, siue pileus, quasi pyrohon, id est purpureû, & flâmeum pileû à quo flamé appellari solit° sacerdos gentiliû,

*Et posicis aris iam vota in littore solus*

*Purpureo velare comas adoportus amictu.*

Fateor, quod ex alijs etiâ coloribus tegmina hæc: sed, vt Salomon (bellè notat vtriusque flosculus Hesperix, Ordinis Minorû iubar, Antonius Olisiponensis, aliàs Patauinus) murenulas aureas emblemate licet albo, & de argentato, vermiculatas appellat, quia hu-

iusmodi capitis ornamenta solebant vermiculari, & purpureo colore distingui: sic in isto, de quo loquimur, capitis tegmine,

*Nominis umbra manet veteris: nã dicere birrû;* Claudianus epigram. 22.

*Si Castor niteat, Castoreum nequeo.*

Forma birri dimidiû repræsentabat magni oui: vnde noster Isidorus; *Pileus est ex bysso rotundus, quasi sphaera media, caput tegens sacerdotale.* Isidor. lib. 12. Orig. 22.

Fuit in vsu clericis secularibus, & vagis, & matricularibus alicuius Ecclesiæ cathedralis; vnde Concilium Gangrense, cum aliqui venientes ex eremo ad ipsas Ecclesias, maiore sanctitatem sibi arrogarent; quia pallijs potius vterentur monasticis, quam birris secularium clericorum, ita sanxit: *Siquis virorum putauerit sancto proposito, id est continentia conuenire, ut pallio utatur tanquam ex eo iustitiam habiturus, & reprehendat, vel iudicet alios, qui cum reuerentia birris utuntur, & alia veste communi, qua in vsu est; anathema sit.*

Aliqui religiosi monachi, clericali fungentes officio, hac veste non vtebantur eb humilitatem; de quibus ait Cassianus: *Post hæc angusto pallio tarsi amictus humilitatem, quam vilitatem pretij, compendiumque sectantes, colla, pariter, atque humeros tegunt, &c. ita planetarum, atq; birrorum pretia simul, ambitionemq; declinant.* Cassian. lib. 1. c. 7.

Inter

Cæs. apud  
Baronium  
an. 598.

Cod. Theo-  
dos. lib. 14.  
tit. 16.

Vopisc. in  
Carino.

Paulinus in  
red. Nicæ.

Aenid. 3.

Cant. 1.

S. Antonius  
Patauin. in  
Dominica  
2. post Pen-  
tecost.

In actis S.  
Fulgentij  
non fit mē-  
tio de bir-  
ro.

Inter istos Sanctus Fulgentius rigoris monastici obseruator refulget, in cuius actis de cæteris vestibus multa legimus; de birro nihil.

Palladius in  
hiit. Lausia  
ca. c. 51.  
1. dialog. c.  
14. in fine.

Poterat autem monachus, si laicus non esset, uti birro: vndè Sanctum legimus Athanasium magni Antonij discipulum, *Tunica, birroq; vestitum discessisse.* & apud Seuerum Sulpitium monachus reprehenditur; non quia gereret birrum, sed quia familiaribus mandaret virginibus tributa; *illa, ut birrum rigentem, hac, ut fluentem texat lacernam.*

Birrus Sæci  
Barthini.  
Ser. 50. de  
diuersis.

In vita Sancti Barthini, qui fuit eremita Augustiniensis, leges Dæmonem aufugisse, cum quidam illius *birrum circa obsessum posuit*, & consequenter intelliges non desinere esse monachos, qui clericalibus initiati muneribus huiusmodi veste vterentur, Augustinum sequuti; cum ait: *Offeratur mihi, verbi gratia birrum pretiosum, forte decet Episcopum, quamuis non deceat Augustinum*, qui ob professionem monachalem, non pretiosum, sed communem birrum gestabat, & dicebat; *Nemo det birrum, vel lineam tunicam, nisi de communi; de communi accepi, & mihi ipsi.* Denique in tabulis reliquiarum Ecclesiæ Salmanticensis habetur, frustrum birri, siue birreti S. P. Augustini.

Ibidem.

Monimen-  
ta Ecclesiæ  
Salm.

Signi-

Significa-  
tio birri.

Significat birrus honorem in fabulis videndum prætextatis, vbi magnates huiusce generis pileis ornati, acta repræsentabant alicuius, sicut mala punica, intus putrida, foris purpurea, & ipsum Regem, vel Dynastam

*Introrsum turpem, speciosum pelle decora.*

*Planeta, siue casula non est fas vti monachis.* ait Isidorus de laicis; nam monachi clerici illam gestabant, vndè, sic est in vita Sancti Fulgentij, *Casulam pretiosam, vel superbi coloris, nec ipse habuit, nec monachum suum habere permisit.* & antea; *subtus Casulam nigello, vel lactineo pallio circumdatus incessit.*

Horatius li  
br. 1. epist.  
16.  
Planeta, siue  
casula.  
Isid. 1. offi.  
c. 16.  
Auctor vi-  
tæ S. Fulg.  
c. 18.

In imaginibus S. P. N. Augustini pro Casula, siue planeta, videmus pluuiiale significans, ut illæ, iustitiam induendam presbyteris, id est senioribus Ecclesiæ, iuxta illud Deo dictum: *Sacerdotes tui induantur iustitiã.* Ad quã etiam significandam senatoribus Romanis in vsu,

Significa-  
tio Casule,  
planetæ, &  
pluuialis.

Psal. 131.

*Sacrificam lato vestem distinguere clauo.*

Orarium erat magna stola, siue zona, circumductum super humeros, & crucem formans ante pectus, quo pacto effigies beati Gregorij magni repræsentat apud Baronium. Vocat illud Venerabilis Beda *Zonam lineam*, in vita Sancti Cuthberti, quam soluta scripsit

Silius lib. 7  
Orarium.

Baron. ann.  
604.  
Bed. in vita  
Cuthb.  
c. 23.

oratio-

Beda in vita S. Cuthberti carmine scripta. oratione, & repetens eandem historiam vocat oraria, hoc versu,

*Lumina nam cuiusdam dolor, & caligo pererrans  
Dum premerent: sancti accipiens oraria vatis  
His orbis tangens geminos, reducemq; saluti  
Mox aperit callem veneranda gratia vestis.*

Oraria quibus propria Propria erat presbyteris, & Episcopis: hinc Concilium Mogunciacum prope finē: Presbyteri sine intermissione utantur orarijs, propter differentiam Sacerdotij dignitatis. & auctor vitæ S. Fulgentij; orario quippe, sicut omnes Episcopi, nunquam utebatur.

Auct. vitæ S. Fulg. c. 18.

Guilh. Duran. libr. 2. de ritibus Ecclesiæ. §. 1.

Prohibet eam monachis laicis Concilium Aurelianense malè tamen intellectū à Guithermo Duranto: *Synodus ergo (inquit) non prohibet monachum habere zonam, qua cingi solet, sed zonas; id est crumenas, sed zonas dic, id est, oraria.*

Significatio orarij. Conc. 4. Tolet. c. 40.

Significat orarium officiū prædicandi; hinc illud gestari iubet à leuita Conciliū Toletanum quartum; propter quod orat; id est prædicat.

Lib. 1. vitæ Fratrum. c. 18. Superpellicea.

*Superpellicea dicta est, eo quod super pelliceā olim induebatur;* hæc ait scribens vitas Fratrum Augustinienſium beatæ memorię Eremita Iordanus de Saxonia.

De eadem Augustinus: *Nemo det birrum, vel lineam tunicam, nisi de communi.* Monachis enim

enim ad peragēda officia clericalia, sicut hodie videmus, in vsu fuit hæc vestis; quapropter in vita Sancti Colmani, qui fuit Eremita Augustiniensis habes, eius discipulis ob eam vel amissam, vel furatam mæstis, ira dictum; *Ego vobis eius lineam, quam queritis, dabo.*

Vita Sancti Colmani.

Denotat superpellicea synceritatem (vt beatus Isidorus in epistola scribit ad Redemptum) operum, & cogitationum intus, & foris albicans, in veteri lege commendata per Ephor lineum; in noua verò per vestimenta Christi Domini; cum facta sunt alba, sicut nix, & nos inuitarunt ad gloriam Transfigurationis, quasi dicentia,

Significatio.

4. Reg. 22.

Matth. 17.

Tibullus lib. 2. eleg. 1.

*Casti placent superis, pura cum veste venite.*

C A P V T XVI.

Fit Episcopus.

**A**nno Domini CCCXCV. de quo Claudianus;

Annus. Claudia. in. peneg. Olybrii.

*Omni nobilior lustro tibi gloria soli  
Contigit exactum. nūquam memorata per auum,  
Germanos habuisse duces;*

Id est, consules, fratres Olybrium, & Probinum, Augustinus beati Ambrosij discipulus, multa facundia, doctrinaq; excellens Hipponē regio in Africa Episcopus ordinatur, vt notat Prosper.

S. Prosper. in chronico. Olyb. & Probrino.

Ciui-

Ciuitas. Ciuitas, cui præfedit, Hippono vocabatur, aliàs Hipponia, nunc, corrupto vocabulo, & vulgari, Bona, sed Hipporegius ei nomen illustre, quasi dicas equile regiū; Silius de illa;

Silius lib. 3. *Tum vaga, & antiquis dilecta Regibus Hippono.*

Modus ordinationis.

Quoniam à multis Ecclesijs petebatur ad officium episcopale, beatus Valerius facultatē obtinuit, vt eum sibi coadiutorem haberet Episcopum, & postea successorem; de qua re doluit Augustinus prohibita (vt postea sciuit) in Concilio Nicæno iubente; ne ordinaretur Episcopus, viuentē eiudem Ecclesiæ Episcopo alio, quæ omnia refert Possidius; addens, *Nec quod sibi ipse doluit, aliis fieri voluit:* quia successorem designauit, ex populi consensu, Heraclium, siue Heradium, non tamē eum ordinari Episcopum permisit, vt est in decima super centesimam eius epistola.

Possid. c. 8.

Epist. 110.

E. ist. 36. apud Aug.

Hunc ordinationis modum non parū attendit Diuus Paulinus Nolanus præsul ita scribens Romaniano: *Non enim tantum hoc scribimus gratulandum, quod episcopatum Augustinus acceperit: sed quod hanc Dei curam meruerint Africana Ecclesiæ; vt verba cælestia Augustini ore perciperent, qui ad maiorem Dominici muneris gratiā, nouo more prouectus ita consecratus est; vt non succederet in cathedra Episcopus, sed accederet; nam*

Notat modum, quo fuit ordinatus Augustinus.

*incolumi Valerio Hipponensis Ecclesiæ Episcopo, coepiscopus Augustinus.*

Qui sic enarrat causam suæ ordinationis; Epist. 3. 5. beatus Valerius; *Nec presbyterum me esse suum passus est, nisi maiorem mihi coepiscopatus sarcinam imponeret: quod quidem, quia tanta eius charitate, tantoq; populi studio, Dominum id velle credidi, nonnullis iam exemplis præcedentibus, quibus mihi omnis excusatio clauderetur, uehementer timui excusare.* Hæc ipse.

Ex qua re voluntatem Dei colligit, vt ordinaretur Episcopus.

Ordinatus fuit Episcopus Hippone, multa cum lætitia, tum Episcoporum, *qui forte tunc aderant;* tum populi Hipponensis, de quibus omnibus meminit Possidius lætis ob voluntatem Valerij, & *gratulantibus de ordinatione Augustini, atq; id fieri, & perfici ingenti desiderio clamantibus.*

Possid. in vita Aug. c. 8.

Lætitia in ordinatione Aug.

Donatistis aliquandò interrogantibus de eius ordinatore intrepidè respondit à Magalio se ordinatum, qui tunc fuerit Primas Episcoporum in Numidia.

Ordinator. Breuilis in collat. 3. di. c. 7.

Dies fuit Dominica tertia Aduentus Domini, quam ipse, sicut olim mos erat cunctis Episcopis, sub nomine natalis cathedræ suæ, festo celebravit, & deuotissimis hominibus, quarum dux in eius operibus extant, vigesima quarta, & quinquagesima de tempore:

Dies consecrationis.

M Vide

Serm. 24.  
de tempore  
in 3. Domi  
nica Aduer.  
qua fuit or  
dinat9 Epif  
copus.

Vide, precor illas, aut saltem hæc in prima:  
Die quidem omni, & omni hora, & cura omnino  
continua, dilectissimi cogitare debet Episcopus quan  
tam dispensationis sarcinam gerat, qualem de illa  
rationem Domino suo reddat: Verumtamen, cum  
dies anniuersarius nostræ Ordinationis exoritur,  
tunc maximus honor huius officij tanquam primum  
imponatur, attenditur: interest tamen, quod eo die,  
quo id primum suscepimus, tantum quemadmodum  
gerendum esset, cogitauimus; & vero consequen  
tibus diebus, præcipueque illo, quo eius solemnitas  
non solum futura eius, quemadmodum deinceps ge  
ri debeant, cauta præuisione consulimus; Verum  
etiam præterita, quemadmodum gesta sunt, solici  
ta recordatione recolimus; ut nosmetipsos in bene  
factis imitemur, & si quæ culpanda transierunt,  
ne repetantur, curemus, ut ignoscantur oremus,  
& accusationem Diaboli, ubi possumus, rectè a  
gendi sedulitate fugiamus, & ubi non possumus,  
confitendi pietate vincamus; sicut enim futura pec  
cata ne fiant, prospicit charitas, ita facta delet  
humilitas; ut quæ iam non possunt rectè agendo  
non amitti, possint saltem non superbiendo dimitti.

Annus tam  
natalis Do  
mini, quam  
eiusdem Au  
gust. in sua  
ordinatione.

Annos ætatis agebat quadraginta, & vnū:  
nam, anno Domini C C C L X X V I I I.  
redijt in Africam, ut probauimus, agens  
ætatis

ætatis annos triginta tres, permansit mo  
nachus laicus, annos fermè tres, vt ait bea  
tus Possidius; ergo ordinatus est presbyter  
annos ætatis gerens triginta sex anno Do  
mini C C C X C: cum autem vixerit in E  
piscopatu, & Clericatu, circitèr annis qua  
draginta (sicut ipse Possidius refert) & agens  
septuaginta sex ex hoc exilio in cœlestem  
patriam discesserit; Consequentèr fit ipsum  
ordinatum fuisse Episcopum, anno ætatis  
suæ quadragesimo primo, D O M I N I  
C C C X C V. sicut notatum est à beatissimo  
Prospero.

Possid. in vi  
ta. c. j. r.

Possid. in fi  
ne vitæ S.  
Aug.

Prosper. in  
chro. Coll.  
Olybrio, &  
Probrino.

Sic annis nouem fuit Eremita; nempe vno  
ante mortem piæ matris Monicæ laicus in  
Italia, & remeans in Africam, triennio apud  
agros Tagastæ; fermè quinque presbyter in  
horto Valerij apud Hipponem; postea trigin  
ta quinque in episcopatu.

Quot años  
fuit eremi  
ta, & Epif  
copus.

Et, vt presbyter cum suis vixit Eremitis  
magna ex parte clericali fungentibus offi  
cio; nec remisit rigorem eremiticæ, & reli  
giosissimæ vitæ, quam prius instituerat lai  
cus apud agros Tagastenses: Maxime, vt ne  
mo quidquam proprium in illa societate haberet, sed  
eis essent omnia communia, & distribueretur vni  
cuique, sicut opus erat; quod iam ipse prior fecerat,

Possid. in  
vita Aug. c.  
5.



*dum de Transmarinis ad sua remeasset.*

Lib. de opere monach. cap. 9.

Mallebat vivere in monasterio, quam in tribunali.

Similiter factus Episcopus, multis ecclesiasticis curis, & secularium litibus occupatus, nihil magis habebat in votis, quam suorum Eremitarum vitam, ad quos ita scripsit: *Dominum Iesum, in cuius nomine securus hac dico testem inuoco super animam meam; quoniam quantum attinet ad meum commodum, multo mallem per singulos dies certis horis, quantum in bene moderatis monasterijs constitutum est, aliquid manibus operari, & certas horas habere ad legendum, & orandum, aut aliquid de diuinis literis agere liberam: quam tumultuosissimas perplexitates, & sollicitudinum alienarum pati, de negotijs secularibus, & de iudicando dirimendis, vel interueniendo praecidendis.*

Qua de causa non reliquit episcopatum, ve habebat in votis.

Nec parum abfuit, quin relinqueret episcopatum, & vel ad anachoreticam, vel ad cœnobiticam suorum Eremitarum vitam alis columbæ volaret, & requiesceret ab omni æstulitium secularium, quas odit, vt portas Orci; cuius rei meritum tandem recepit, & à Deo præmiū, volente potius illum Ecclesiæ, & Christi filijs Episcopum viuere præpeditum negotijs alienis, quam sibi solitarium prodesse, & vacantem studijs vitæ monasterialis, & eremiticæ, quod, vt alibi contra illos

illos, qui ante episcopatum negarunt Augustinum fuisse monachum, seu Eremitam: ita repetendum aduersus hostes monachismi duximus, & in laudem Augustini maximam, qui confirmatus est à Deo in episcopatu, quapropter non illo se abdicauit, & recessit in eremum: ait enim Deo iam Episcopus; *Conterritus peccatis meis, & mole miserie mee, agitaueram in corde, meditatusq; fueram fugam in solitudinem, sed prohibuisti me, & confirmaisti me, dicens, ideò pro omnibus Christus mortuus est, vt qui viuunt, iam non sibi viuant, sed ei, qui pro ipsis mortuus est.* Hęc ille.

10. Confess. 43.

1. Cor. 5.

## CAPVT XVII.

## Reformat Canonicos Ecclesie Hipponensis.

**P**Erveni ad episcopatum (inquit) & vidi necessesse habere Episcopum exhibere humanitatem assiduam quibuscumq; venientibus, siue transeuntibus; quod si non fecissem Episcopus inhumanus dicerer: si autem consuetudo ista in monasterio permissa esset, indecens esset, & ideò volui habere in ista domo Episcopi, mecum monasterium Clericorum.

Serm. 49. de diuersis.

Negotia sunt indecens in monasterijs.

In supradictis per monasterium, in quo indecens

decens erat consuetudo, negotiosorum intelligit, quod ex ædificatum habebat in horto Valerij viuens pauper cum pauperrimis eremitis: per monasterium verò Clericorum, quod voluit Episcopus habere in domo episcopali Canonicos intelligit Regulares, vt scias cum Cardinali Baronio diuersi ordinis duas ab Augustino institutas fuisse classes;

Baronius  
an. 505.

Duas clas-  
ses religio-  
forum Au-  
gustinus in-  
stituit.

*Aliorum nempe, qui in ciuitatibus degentes, clerici cum essent vna simul degentes canobitica monachorum instituta seruarent, quibuscum idem factus Episcopus habitauit: aliorum verò qui procul à ciuitatibus degentes, eius essent vita, atque instituti, cuius hic vides Fulgentium esse cultorem, nempe vna induti tunica, eademque pellicea zona constrieta, quam nec soluerent dormituri.*

Quo modo  
reformauit  
Canonicos  
regulares.

AG. 4.

De institutione primorum diximus, nunc de Canonicis opus est altiùs agere; qui sic apud Africam Regulares Augustini cœperunt esse. Constituit ille neminem ordinari, qui simul non profiteretur regulam suam eremitis datam, secundum viuendi formam à Sanctis Apostolis constitutam maximè, vt omnibus omnia essent communia, sed quia hoc non fuit ab ipsis nostris ducibus, Apostolis scilicet, ordinatum, vt scilicet omnes clerici consilia profiterentur euangelica,

&

& vitam communem; mutauit sententiam, ita, vt quicumque vellet clericus esse sine regula, viueret extra suam Ecclesiam, qui verò illam profiteretur cum ipso remaneret. Non habens aliquid proprium, sed omnia in communi, alioquin de numero suorum clericorum delendus: hæc ipse protulit in sermonibus ad populum Hipponensem quadragesimo nono, & quinquagesimo de diuersis, vbi ait: *Quomodo ergo quicumque Clericorum voluisset extra manere, & de suo viuere non tollerem ei clericatum: ita modò, quia placuit illis, Deo propitio, socialis vita, quisquis cum hypocrysi vixerit: quisquis inuentus fuerit habens proprium, non illi permitto, vt inde faciat testamentum; sed delebo eum de tabula clericorum, & cat.*

Augustinus  
ordinauit e-  
tiam cleri-  
cos non vo-  
lentes profi-  
teri Regulã  
vitæ com-  
munis,

Serm. 49.  
de diuersis.

Difficile tamen venerunt Ecclesiæ Hipponensis Canonici ad regularem viuendi modum: iam enim valde senex erat Augustinus, & nonnullos illorum excusabat, qui adhuc proprium habere videbantur apud populum, ita proferens: *Sane hoc nouerit charitas vestra dixisse me fratribus meis, qui mecum manent, vt quicumque habet aliquid, aut vendat, aut erogat, aut donet, aut commune illud faciat, addit, Ecclesiam habent; per quam nos Deus passit: ego*

Serm. 45.  
de diuersis.

M 4 dedi

dedi dilationem usq; ad Epiphaniam propter eos, qui vel cum fratribus suis non diuiserunt, quod habent apud fratres suos: vel nondum de re sua aliquid egerunt, quia spectatur aetas legitima; faciāt id quod volunt, dum tamen sint pauperes mecum simul stantes misericordiam Dei.

Aliqui ex  
Canonicis  
Augustini  
nō habebāt  
diuisa bona  
cum fratri-  
bus seculari-  
bus.

Eremitę ve-  
niebant ad  
seruiendum  
Ecclesię ca-  
thedrali ex  
monasterio  
canonici Re-  
gulares ex  
seculo.

Ser. 49. de  
diuersis.

Eradius fuit  
Augustini  
successor in  
episcopatu.

Serm. 50.  
de diuersis.

Nos monachos, siue eremitas vocamus, qui etiam in Ecclesia cathedrali uiuebant cū Augustino uenientes ex monasterijs eremi, quia sæpè necessitas id postulauit, & postea consuetudo laudata introduxit, vt de Alipio diximus, & Leporio in capite decimo quarto huius libri: qui verò ex seculo uenerunt ad professionem clericorum Ecclesię Cathedralis appellantur, & sunt Canonici Regulares Sancti Augustini, quales ab ipso nominantur, Valens diaconus, Patricius subdiaconus, Faustinus diaconus, Eradius diaconus, quorum vltimus ei successit in episcopatu Hipponensi, & pœnè vltimus; vt puto, prius in aliquo monasterio vixerat, & indè assumptus fuerat ad seruiendum Ecclesię Hipponensi, atque diaconus ordinatus; ait enim de eo ipse Augustinus; *Hic de militia seculi ad monasterium conuersus est, hic baptizatus, indè diaconus ordinatus.*

Quia in eadem domo Episcopi erant Clerici, quos dicimus Canonicos regulares, & quos

quos appellamus seruos Dei, siue fratres, siue monachos, aut Eremitas, indè inoleuit vtrosque salutari hoc modo præscripto à Valentino monacho, & sæpè ab alijs; *Omnes filios, ac Apostolatus tui dominos nostros clericos, ita vocat Canonicos regulares, monachos verò; ac sanctos in congregatione propositi seruientes deprecamur, vt digneris nostro officio salutare.*

Nec solum in Ecclesia Hipponensi, sed in multis alijs Africę, & cæterarum mundi partium, ad quas illo seculo peruenit, & suscepta fuit Augustiniana Regula consuetum legimus monachos uiuere cum Canonicis Regularibus: exemplo sit nunc maximus Augustini sectator Fulgentius in exilium sardinie protrusus; *comitantibus ergo monachis simul, & clericis, magister vtriusq; professionis.*

Legimus enim in eius actis, quod *similitudinem magni cuiusdam monasterij, monachis, & clericis coadunatis sapienter effecit: erat quippe eis communis mensa, commune cellarium, communis oratio, simul & lectio: nullus se super alterum violenter efferebat; neq; proprijs fratribus amplius, aut peculiaribus consulebat; nisi quod magis illi monachi, qui beatum Fulgentium sequebantur, districtioris abstinentiæ regulam custodientes nihil omnino proprium possidebant, nec inter illos clericos clericorum more*

Canonici  
dicuntur tē  
iē Clerici:  
Eremitę ve-  
rò serui Dei  
siue seruiē-  
tes in con-  
gregatione  
propositi.  
Valent. ep.  
apud Aug.  
216.

Augt. vitæ  
S. Fulg. ca.  
20.

Augt. vitæ  
S. Fulg. vbi  
supra.

vinebant. Cum autem hi clerici collecti esset ex Africanis Ecclesijs, quæ ferè omnes sub Regula Augustiniana; idè regulares illos fuisse coniectamus.

Possid. in fine libelli S. P. Aug.

Creuit vtraque professio Canonorum Regularium in Ecclesijs, & monachorum in monasterijs mirandum in modum, studio, & industria Patris Augustini, quo de mortuo, sic Possidius Calamensis Archipræsul in eius laudem scripsit: *Clerum sufficientissimum* (ita vocat Canonicos) *& monasteria virorum, ac seminarum continentium cum suis præpositis Ecclesiæ dimisit.* Hæc de monachis.

## C A P V T XVIII.

## De propagatione Canonorum, &amp; Eremitarum Augustinensium.

**I**nualescite, post obitum beatissimi Patris nostri Augustini, sub Genserico Vandalorum rege, Arianae sectæ perfidia; cum is uniuersam iam Africam subiugasset imperio, post cruentam nimis clericorum, atq; Catholicorum stragem, plurimi Diui Patris Augustini alumni per varias propagati Ecclesias, inter

Breuiarium Lateranense in Gelasio. Canonici uenerunt Neapolim.

ter quos Gelasius, Patre Valerio natus, diuina reuelatione, primùm Neapolim peruenerunt.

Ad eandem urbem monachi etiam Augustiniani appulerunt, & monasterium Nigidanum propè illam exædificarunt, ex quo Sanctus Adrianus natione Afer, cuius festum celebratur quinto idus Ianuarij apud Galasinum, missus est in Angliam, vt scribit Venerabilis Beda presbyter historiæ Ecclesiasticæ Anglorum libro quinto: & Euyppius monachus etiam Africanus Sancti Seuerini discipulus, & familiaris beato Fulgentio, doctor illustris Eremitarum Augustinensium, vixit Abbas *Lucanensis oppidi Neapolis in Campania.* Nec alterius professionis, & erat *Diuus Agnellus in monasterio, quod beatus Gaudiosus cognomento septimus Cælius sanctus Bitiniensis Ecclesiæ Pontifex in Africa, condere studuit in hac Partonopea ciuitate, eo tempore, quo ex Africa partibus cum Sancto Quod uult Deo, & cæteris præsulibus fugiens persecutiones Vandalorum,*

Eremitæ prope Neapolim.

Galasius in martyrologio, Beda lib. 5. hist. Ang. c. 1. & seq.

Isidor. de uiris illustribus in Euyppio.

Beron. hæc in notis ad Martyrolog. 28. die Octobris.

Canonici Regulares *Benignè omnes à Leone Papa primo excepti, ac in Ecclesia Lateranensi collocati Canonici ubi Ordinem, iuxta Diui Patris Augustini Regulam, & saluberrima instituta, restaurare cæperunt.*

Breuiarium Lateranense in S. Gelasio.

Canonici in Ecclesia Lateranensi.

Mona-

Chron. Co-  
raai. fol. 3.

Monachi etiam Augustiniani serui Dei, communi vocabulo appellati; vnde Regula Augustini data ad seruos Dei præscribitur apud Louaniensium æditionem; multis beneficijs aucti sunt ab eodem Pontifice, quod Chronica testantur antiqua, & ædita per Ambrosium Coranum, hoc modo, Leo primus vir profectò, & eloquentia, & sanctimonia clarus, qui non solum his, qui in Tuscia; verum etiam ubicunq; locorum essent, omnes, & singulas gratias, & indulgentias à suis prædecessoribus concessas, & titulum confirmavit, ut scilicet hæc sancta religio ab omnibus ordo Fratrum Eremitarum Sancti Augustini diceretur.

Titulus Or-  
dinis Fratru  
Eremitaru  
S. Aug. da-  
tus à Papa  
Leone I.

Canonici Regulares diutissimè per vniuersam Italiam diuinis laudibus mancipati Deo seruierunt; & Romæ ad annos scilicet DCCXXX. circiter quos Gregorius Papa III. posuit monachos, nempe Benedictinos in Ecclesia Lateranensi, ut in ea preces quotidie cantarent; deinde monachis deficientibus; iterum sunt in eadem Ecclesia Canonici constituti, qui more monachorum Religiosorum vita statutum seruabant, & priori, loco abbatis, parebant, & in communi domo per octingentos usq; ad Bonifacium VIII. habitabāt, qui anno Domini M. CCC. exclusis à monasterio Canonice Regularibus, posuit in eo Canonicos seculares.

Onuphrius  
de septē Ec-  
clesijs.Canonici  
Regulares  
diu florue-  
rūt Romæ.

In

In ipsa Ecclesia Lateranensi, pro memoria Canonice, relicta sunt, opere musico laborata, sequentia Carmina:

Canonicam formam sumentes discite normam,  
Quam promisistis hoc claustrum quando petistis:  
Dicite sic esse, tria nobis adesse necesse;  
Nil proprium, morem, castum seruando pudorē.  
Et stabiliantur animo, qui canonicantur,  
Ut coniunguntur lapides, qui sic poliuntur.

Monimēta  
Eccles. La-  
teranensis.Tria vota  
commendā-  
tur, & vna  
nimitas.

Alij versus aderant, sed pænè deleti, ob temporis iniuriam.

Eodē modo Eremitæ Augustinienfes florentissimi fuerunt in Italia: nam post destructionem Vuandalicam, aliqui deuenērunt in Tusciam, quia forte sanctus Augustinus in transitu suo de Mediolano in Africam, aliquos inde assumpserat.

S. Antonin.  
3. p. tit. 24.Eremitæ in  
Tuscia.

Nam Augustinum ferunt sanctorum hominum consilia quæsiuisse, quorum precipue in Tuscia multos fuisse conuentus dicuntur; hodieq; apparent apud posteros, eorum collegiorum vestigia. Sicut est monasterium ab ipso Patre Augustino dicatum Trinitati, apud Centumcellas; Eremitorium Sanctæ Mariæ de Lupocauo Lucensis diocesis, cuius hæreditas ad monasterium Lucensense Fratrum Ordinis Eremitici pertinet; ut ex quadam constat epistola data Pisis die

Martius  
Papa V. ho-  
mil. de Trā-  
slatione S.  
Monicæ.  
Aliqua Fr.  
Eremitaru  
loca in Tus-  
cia.Archiu Lu-  
censis mo-  
nasterij fra-  
trum Ere-  
mitarum.

deci-

decima sexta Maij, decima quinta indictio-  
ne, anno Domini M. CCCLXXI. Bartho-  
lomeo de Nobilibus ita præscribente; *Fratri  
Bartholomeo de Venetijs, Ordinis Sancti Augustini  
Generali dignissimo in Prouincia Tuscia, &c. Reue-  
rende pater, & domine, sicut V. paternitas bene no-  
uit, Eremitorium Ecclesie Sanctæ Mariæ de Lupoca-  
uo Lucensis diæcesis Ordinis Fratrum S. Augustini.*

Eremitori-  
um Sanctæ  
Mariæ de  
Lupocauo.

Eremitæ  
prop Senas

Paulus Mo-  
rigia de ori-  
gine Reli-  
gionum. c.  
53.

Eremitæ  
Mediolani.

Monimēta  
monasterij  
Santi Marci  
Mediolanē  
sia.

Iam alias percurramus Italiae partes, ad  
quas olim propalatum fuit institutum Ere-  
mitarum Augustinienſium Anno Domini  
DC. teste Hieronymo Boncisorii, in loco Sancti Sal-  
uatoris Illiceti dabantur Religiosi; & ut ait Fran-  
ciscus Thomæ Chronista Senensis, anno Domini ML.  
ibidem fuerunt Eremitæ Augustiniani.

Qui ab antiquissimis temporibus transla-  
ti sunt ab Oppido Vola propè Mediolanum  
sito ad ipsam urbem, & in monasterio Sancti  
Marci, circiter annum Domini MXL. sustē-  
tati à quodam Mirano viro nobili, & pio,  
cuius sepulchrum adest in dextro clauſtri pa-  
riete propè portam Ecclesie, vbi Pater Au-  
gustinus monasticis, & pontificalibus indu-  
tus vestibus apparet intercifus, ac huiusmo-  
di versus:

Anno milleno deno, Dominiq, treceno,  
Nona die, membris dat gaudia, mēse Decembris,

Cum

*Cum iusto Noe Miranus de Bacolce,  
Qui pius, & lenis, fuit, ac benignus egenis,  
Nos sustentando, nec non alimonia dando.*

Sic apud Venetos vetustissimum monaste-  
rium siue eremitorium habebant ipsi Au-  
gustiniani, Sanctæ Mariæ de Nazareth dica-  
tum, nunc vulgo Nazarethus vetus dictum,  
& inhabitatum à monialibus Sancti Benedi-  
cti, vnde translati sunt ad ipsam Venetiarum  
urbem, & viros tres vbiq; præcelebres ad pa-  
triarchatum eiusdem vr̄bis extulerūt, quo-  
rū in sua meminit Italia Leander Albertus,  
& Aula publicæ Venetorum audientie de-  
pictos cū habitu Augustiniano, & subscrip-  
tos memorat hoc modo: Anno DCCCCXVII.  
Dominicus David Venetus ordinis Eremitarū Pa-  
triarcha Venetiarum numero XIII. Anno  
MCXXXII. Bonifacius Falerius Venetus Ordinis  
Eremitarū numero XXV. Anno M. CCCXXIII.  
Michael Carthego ordinis Eremitarū num. XLI.

Eremitæ  
Venetijs an-  
tiquissimi.

Albertus in  
sua Italia.

Monimēta  
publicæ Pa-  
triarcharū  
Venetorū  
audientie.

In multis Ecclesijs Gallie floruit Ordo Ca-  
nonicorum Regularium, vt satis constat ex  
libro, Prouinciale Ecclesiarū appellato, qui  
inter alias ponit Arelatēsem, honoris causa,  
nobis commemorandam: quia prope illam  
exædificatum est monasterium Lirinense à  
sancto Honorato veniente illuc è Tuscia,  
vbi

Canonici  
in Gallia, &  
Eren i g au-  
gustinien-  
ses.

Hil. homil.  
de S. Hono-  
rato.

Honoratus  
fuit Eremi-  
ta in Tusc.

Hilar. epist.  
ad Aug. an-  
te libr. de  
prædestin.  
Sanct.  
Hilarius dis-  
cipulus Au-  
gust.

Baron. ann.  
664.

Surins, no-  
nas Semptē-  
bris.

Eremitæ  
Lirinenses  
olim Augu-  
stinianæ re-  
gulæ pro-  
fessores.

vbi summoperè florebat Augustinianū Ere-  
mitarum institutum: sic enim de ipso loqui-  
tur Honorato successor eius in episcopatu,  
& alumnus in monasterio, beatus Hilarius  
Arelatensis: *Huius Italia benedici gaudet introitu,  
Tuscia veneratur, & blandissimas per sacerdotes  
suos moras necit.*

Hilarius iste discipulus fuit beati Patris Au-  
gustini, & doctrinam ab eius ore audiuit, vn-  
de sic ad ipsum postea scripsit ex ipsa Gallia:  
*Sufficit pœna mea, quod à præsentia tua delicijs exu-  
latus, vbi salubribus tuis vberibus nutriebar.*

Ab ipso autem Hilario ad annum vsque  
DCLXIV. quo, secundum Baronium, Tru-  
charius, & ceteri huius monasterij passi sunt  
martyrium, Regula Sancti Patris Augustini  
in hoc eremo Lirinensi, ita ad vnguem obser-  
uabatur, vt testetur Surius ordinis Carthu-  
siani illius obseruantiam his verbis: *Archadius  
Pseudomonachus ad horã tertiã sanctis viris cibos,  
& pocula offert, & tanquam illorum dolores mise-  
rans, hortatur, vt se reficerent; at illi licet extrinse-  
cus angerentur, non tamen propositi, & regularis cõ-  
suetudinis obliuiscuntur: respondent sibi fas non esse  
venire contra Regularia instituta, quæ, hoc tempo-  
re iuberent in horam vsq; nonam, ieiunia perduc-  
itaq; amoris escis, ad Canonicam horã dilata refectio  
est,*

*est, quæ cum aduenisset, pariter orant pro Archadio,  
& sic ab eo oblatum capiunt cibum, & implent  
Augustini Regulam, in qua aliquid alimen-  
torum extra horam prandij sumi prohibitū;  
& ne dicatis aliquid proprium; sed sint vobis omnia  
communia. Quapropter ipse Trucharius, &  
ceteri Lirinenses Eremitæ Mummolo tyrã-  
no pecunias à se extorquere volenti: respõ-  
dēt nunquam sibi sub Aigulpho licuisse habere ali-  
quid proprii, sed esse ipsis omnia communia, vt est in  
ipsa Regula.*

Reg. Augu-  
stini,

Surius, 3.  
non. Sept.

## CAPV T XIX.

*Prosequitur eadem Fratrum Augusti-  
nienfium propagatio.*

**T**Am Canonicos, quàm Eremitas Ordini  
Sancti Patris Augustini Sanctus Pa-  
tricius fundauit in Hybernia monachus ve-  
niens Eremitanus ex Gallia sub Augustinia-  
na regula educatus: de regula fatentur Vo-  
laterranus, & alij, qui dicunt eum fuisse Ca-  
nonicum Regularem Sancti Augustini, &  
confirmat Gocellinus auctor antiquus, &  
grauis in vita eius rem dulcissimam scribēs:

Augustinia  
ni in Hyber-  
nia.

Volaterra-  
nus in An-  
tropologia  
lib. 22.

N Erat

*Erat enim (inquit) in quodam canobiorum, quidam nolens ante statutam horam secundum regulam S. Patricij quidquam cibi, aut potus sumere, qui siti extinctus fuit, cuius animam ad calos ascendere, & inter martyres collocari Sanctus Patricius vidit.*

Hoc Gocellini certissimo testimonio probatur regulam Patricij esse Augustinianam ita iubentem: *Carnem vestram domate ieiunij, & abstinentia esca, & potus, quantum valetudo permittit: quando autem aliquis non potest ieiunare, non tamen extra horam prandij, aliquid alimenterum sumat, nisi cum egrotat.*

Denique traditio per totam Hyberniam extat antiqua, & inuariabilis Regulam Sancti Patricij prædicans Augustinianam esse, cuius tres obseruatores,

*In Burgo Duno tumulto tumulantur in uno Brigida, Patricius, atque Columba pius.*

Quod autem Patricius fuerit monachus, & eremitanus ex sua prima dedicatione, probans ipse superius allegatus Gocellinus ait: *Quia idem sanctissimus Sacerdotum Carbunculus (hic est beatus Martinus Turonensium Archipræsul) monachus fuit, cognatum suum Patricium erudiuit, & monasticum habitum, & eius instituta ei tradidit.*

Addit

Addit ipse Gocellinus; *Patricius ad beatum Germanum regressus remansit cum ipso, qui quidem Germanus fuit Anthesiodoræsis Episcopus, & antea Eremita Lirinensis insulæ, à qua ceteri Galliarum suam duxerunt illo tempore originem, & inter ipsos numerat, ut puto, Patricium libellus apud Bedam Venerabilem, cuius auctor est non ipse Beda, sed Probus, ut ex fine constat: Apparuit ei (inquit) Angelus Domini, & dixit illi, Vade ad plebem Dei, id est Eremitas, & mansit cum Eremitis per octo annos:*

Habitu denique album sed monasticum, non Canonicum, ut inferius dicemus, gestavit Patricius & baculum curuum, de quo S. Bernardus meminit, nec non cucullam monachis propriam, & ei miraculosam: *Maris namque profluvium implendo totum locum consuetum, & spatium occupavit: sed solum locum illum, in quo cuculla Sancti Patricij continebatur, in tactum dimisit.*

Igitur, ut discipuli Sancti Ludgeri, quod recte aduertit Molanus, magistrum non fuisse monachum verbis probarunt, legendis etiam apud Surium, & attestantibus eum cucullam non gestasse, sed habitum Canonicum, hoc modo; *Cucullam autem ideò non portabat; quia regularem nunquam promissionem fecit;*

Patricius S. Germani discipulus.

Probus in vita S. Patricij apud Bedam Venerabilem.

Bern. in vita S. Malactie.

Gocel. in vita S. Patricij. c. 4.

Mol. lib. de vestibus Canonicorum.

Surium. 26. Martij in vita S. Ludgeri.

Gocel. in vita S. Patricij. c. 116.

Obseruator quidam regulæ Augustinianæ.

Regula S. Patricij est Augustinia.

Regula S. August. P. Aug.

Traditio Hybernæ.

Girald. Cambriæ in topographia Hybernæ.

Monachus fuit Patric.

Gocel. c. 22. in vita S. Patricij.



sub canonico habitu, monachorum vitam perfectè adimplens: sic & nos Patricium Hybernorum Apostolum monachum fuisse dicimus, quia cucullam gestavit, baculum eremiticum, & cætera monachorum indumenta, quousque fuit Episcopus, & more clericorum ornatus cum Canonicis Regularibus Ecclesiæ suæ, & velut alter Augustinus in Africa, ita vitam sub Sanctis Apostolis constitutam docuit in Hybernia, tam in Ecclesijs Cathedralibus, quàm in monasterijs eremi; nam adhuc hodie extat in Ultonia celebre monasterium Canonicorum Regularium, vbi est purgatorium Diui Patricij; & vt magnam Eremitarum multitudinem intelligas ab eo institutam in Hybernia, & circumiacentibus insulis, audi Gocellinum: *Omne decimum caput tam in hominibus, quàm in pecoribus in partem Domini iussit sequestrari: omnes ergo mares monachos, fæminas moniales efficiens, numerosa monasteria edificauit, & terrarum, ac pecudum decimam partem, eorum spatium. Nulla eremus, nullus, pæne terra Angulus in insula tam remotus, qui perfectis monachis, ac monialibus non repletur.*

Patricius velut P. August. in eremo plantauit monachos, & inde ad Ecclesijs euexit.

Goc. in vit. S. Patricij. c. 17.

Decima pars Hybernorum erant monachi.


Hybernia monachos non vidit Benedictin. vsque ad S. Bernard.

aliquos educari fecit Cisterciensi sub instituto, à Sancto Bernardo; dicens de quatuor clericis ei relictis; quando sibi non licuit per Summum Pontificem Romanum viuere in Claualle; *Istos interim pro me oro, vt retineatis, qui à vobis discant, quod nos post modum doceant, & infert: erunt nobis in semen, & in semine isto benedicentur gentes, quæ ab antiquis diebus, nomen quidè monachi audierunt, monachum non viderunt, intellige Benedictinæ regulæ: nam innumeri illi Benchoriæses, & Columbanistæ, qui vniuersas pænè terras Europæ, & insulas maris Oceani repleuerunt, vt prolixè scribit S. Bernardus, Augustinianæ erant, albis tamen induti vestibus, ab ipso Sancto Patricio diriuatis, ob causam inferiùs scribendam; quod etiã hic aduertimus, & auctores Ordinis Benedictini, & fœcundissimi Sanctorum; ne monachos suæ professioni omnes Hybernos passim affirmant, de quibus vnus illorum Sanctus Adamannus multa scribit, & ita eos albos: *Sanctus Columba candidos monachorum greges salutiferis doctrinæ alimentis pavit, Pictos quoq; ad fidem Christi conuertit.**

Picti sunt Britannia, siue Angliæ populi, ad quam insulã peruenit Ordo Canonicorũ Regularium à Sancto Gregorio Papa valdè

N 3 com-

S. Bern. in vita S. Malachia.



S. Bern. ibidem.

Non erant monachi nigri Benedictinæ regulæ, sed albi professores Augustinianæ, antiqui Hyberni. S. Adamannus in vita S. Columbæ.

Augustini in Anglia.

Beda in vi-  
ta S. Cui-  
berti.

B. Gregor.  
Papa com-  
mendat vi-  
tam sub Sā  
ctis Apōsto-  
lis constitu-  
tam, & re-  
stitutam ab  
Augustino.

Franciscus  
Tur. in No-  
tis ad S. Cle-  
men. Papā  
lib. 15. cap.  
58.

Augustinus  
Tici. in pro  
pugnaculo,  
c. 22.

commendatus, & imprimis constitutus in  
Ecclesia Cantuarenſi, vt omnes ſcribunt au-  
ctores, Venerabilem Bedam ſequuti in vita  
beati Cuitberti, quem monſtrat fuiſſe Cano-  
nicum Regularem, & non Benedictinum;  
nempè illius Ordinis quem beatus Gregori⁹  
Papa vnicè dilexit, & interrogatus à beato  
Augustino Angliæ Apōſtolo, an deberet vi-  
uere canonicè, & regulariter in Eccleſia An-  
glorum Cantuarenſi? reſponſum accepit hu-  
iuſmodi; vt per illud Canonicos Regulares  
Ordinis Sancti Augustini ſummoperè lau-  
det ius canonicum, & repetat hiſce verbis  
doctus Ordinis ſocietatis preſbyter Franciſ-  
cus Turrianus; *Tales clericos habuit in Eccleſia  
ſua beatus Augustinus, de quibus eſt 12. q. 1. cap. nolo,  
& capite non dicatis; de hiſ ſcribit ibidem beatus Gre-  
gorius ad Augustinum Anglorum Episcopum; quia  
tua fraternitas monaſterij regulis erudita ſeorſum  
non debet fieri à clericis ſuis, in Eccleſia Anglorum;  
hanc debet conſeruare inſtitutionem, quæ in initio  
fuit Patribus noſtris, in quibus nullus eorum ex ijs,  
quæ poſsidebat proprium habebat, ſed erāt illis omnia  
communia.* Hucusque Turriannus.

Confirmat Augustinus Ticinensis ita po-  
ſteritati tradens: *In Anglia quoq; per Augustinum  
Anglorum Episcopum, iuſſu, & mandato beatiſſimi  
Grego-*

Gregorij inſtitutus eſt ſcilicet Ordo Canonicus ſub  
regula Sancti Augustini. Addit ipſe Ticinensis Decem mil-  
lia martyr.  
auctoritate Anaſtaſij Bibliothecarij nixus,  
qui fecit Catalogum Sanctorum Ordinis Ca-  
nonici, & Carolo ſecundo Gallorum Regi  
obtulit ( vt fructus videas Auguſtinianæ re- Aug. Tici-  
gulæ) *quod in Anglia, in Metropoli Cantuarenſi, neuf. in pro  
irruentibus barbaris illuc, decem millia eiſdem pro pugnaculo  
feſſionis viri, qui ad generale capitulum eo conue- ordinis Ca-  
nerant, in Eccleſia archiepiſcopali Sancti Saluatoris, nonici.  
pro fide Chriſti martyrio coronati ſunt, eorum feſti-  
uitas Kalendis Maij agitur.*

Ad Eremitas venio in Angliam, & cum Eremitæ  
Sancto Beda ſcribente: Anno Incarnationis per S. Co-  
Dominica quinquageſimo ſexageſimo quinto, quo lombam cō-  
tempore gubernaculum Romani imperij poſt luſti- ſtituti in An-  
niam luſtinus Minor accepit, venit de Hyber- glia.  
nia Preſbyter, & Abbas habitu, & vita inſignis,  
nomine Columba Britanniam, prædicaturus ver-  
bum Dei, & c. Venit autem in Britanniam Colum- Beda lib. 3.  
ba, regnante Pictis Bridio filio Meilocho Rege po- hiſt. Anglo-  
tentiffimo, nono anno regni eiſ, gentemq; illam ver- ad an. 565.  
bo & exemplo ad fidem Chriſti conuertit: inde, &  
præfatam inſulam ab eiſ in poſſeſſionem monaſterij  
faciendi accepit.

Repleuit etiam Columba circumiacentes  
inſulas monachis, quos educatos in omni re-  
ligio-

Robert. Ri  
ch. in Regu  
lam S. Au-  
gustini.

ligionis disciplina etiam assumi faciebat ad ordinem Clericorum, vt de Patre Augustino scripsimus, & ideo Robertus Richardini cum inter Canonicos Regulares computat, ita dicēs ad illud Regulæ Augustinianæ; *No- lite cantare, nisi quod legitis esse cantandum; & c. Cantus alius commendabilis etiam est, & ubi litera vna intelligitur cum nota; quo in genere sunt missæ illius deuotissimi, & religiosissimi viri Abbatis sancti Columbe, qui ordinis nostri totius in Scotia specimen singulare.*

Augustini  
es in Ger-  
mania.

Notherus in  
marty. die  
5. Iunij.

Hæc habe, vt videas Columbā fuisse regulæ Augustinianæ, & monachum imprimis eremitarum, sicut & Patricium patrem eius in monasticis, atque eiusdem Columbæ discipulos, qui, sicut per alios plantatus est Ordo Canonicus in Germania, ita illuc accesserūt, & instituerunt eremiticum sub Regula S. P. Augustini; quales fuerunt Columbanus, & Gallus inter Augustinienfes Eremitas famosissimi: sic enim Sanctus Notherus cognomento Balbus, qui fuit Benedictinus, & monasterij Sancti Galli alumnus, postquam ab Eremitis Augustinianis ablatum est, & datū professoribus regulæ Benedictinæ: *Sanctus Columba* (inquit) *cum plurimos discipulos sanctitatis suæ pares habuisset, & unum tamen Congellum,*  
latine

latine *Fausti nomine illustrem, præceptorem beatissimi Columbani magistri Domini, & Patris nostri Galli virtutum, ac meritorum suorum quasi unicū, exemplo Isaac reliquit heredem.*

## CAPVT XX.

*Augustiniana propagatio per Hispaniam, & alias mundi partes.*

**C**Anonici Regulares Sancti P. Augustini in Hispania florentissimi, & laudatissimi fuerunt: vnde eorum institutum in omnibus fermè eiusdem prouinciæ cathedralibus Ecclesijs constitutum cernitur, atque renouatum in Concilio quarto Toletano, cū decretum est, *vt Episcopus viuat cum aliquibus clericis ad tollendas suspiciones.*

Augustinia  
ni Canonici  
in Hispania

Conc. Tolet.  
tan. 4. c. 22.

Reuideatur liber, Prouinciale Ecclesiarum appellatus, in quo plurimæ notantur Ecclesiæ sub Augustiniana regula cathedrales, & aliquæ metropolitanæ, scilicet in Hispania Cæsaraugustana, Pampilonensis, & vt alias taceam, Oxomensis, cuius beatus Dominicus fuit *Canonicus regularis, deinde fratrum Predicatorum auctor.*

Aliquæ Ec-  
clesiæ Can-  
Regul.

Breuiarium  
Rom. in S.  
Dominico.

S. Paulinus  
venit mo-  
nachus in  
Hispaniam

Helias Vi-  
net. in epi-  
stol. 6. San-  
cti Paulini.

Aug. epist.  
39.

Paulinus e-  
pist. 36. a-  
pud Aug.

S. Paulinus  
adhortatur  
Licentiū, ut  
sit mona-  
chus Augu-  
stinianę pro-  
fessionis.

Qui primus in Hispaniam monachisimum inuexit eremiticum, & Augustinianum beatus Paulinus fuit à Sancto P. Augustino missus, ut ait Helias Vinetus, & repetit Vascus in chronico Hispaniensi, celebravit eundem Paulinum Nolanum sui monachismi sectatorem Pater Augustinus scribens discipulo suo Licentio, quem maximopere desideravit fieri monachum: *Vade in Campaniam, discite Paulinum egregium, & sanctum Dei servum, quam grandem fastum seculi huius, tanto generosiore, quanto humilioris ceruice incunctanter excusserit; ut eam subderet Christi iugo, sicut subdidit.*

Et Paulinus ipse, dum suum monachisimum Licentio arripiendum optimo carmine precatur, illum ostendit eundem esse quem Pater Augustinus commendat, & professus est, atque beatus eius discipulus Alipius; ait enim:

*Sed tibi nate precor; semper Pater Augustinus  
Occurset, cunctas Urbis ad illecebras.*

Et inferius;

*Crede Augustinum tibi nunc in me geminatum;  
Sume duos una cum pietate Patres.*

*Spernimur, abstraheris maiore dolore duobus,  
Audimur, pignus dulce duobus eris.*

In

*In te leta patrum sudavit cura duorum;  
Et tibi magnus honos latificasse duos;  
Sed me Augustino cum copulo, non meritorum  
lactō parem, solo comparo amore tui;  
Nam quid ego effundam rorās tibi paupere riuo?  
Me prater, gemino flumine prolueris:  
Frater Alipius est, Augustinusq; magister,  
Sanguinis hic consors, hic sator ingenij  
Tanto fratre vales, & preceptore Licenti;  
Et dubitas pennis talibus astra sequi.*

Ipse beatus Paulinus in epistola missa ad Patrem Augustinum se recentem esse dicit in monasticis, & addit: *Fove igitur & corrobora me in sacris literis, & spiritualibus studiis, tempore ut dixi recentem, & ob hoc post longa discrimina, post multa naufragia, & usu rudem, vix dum à fluctibus seculi emergentem, tu iam solido littore constitutus, tuto excipe sinu, ut in portum salutis, si dignum putas, pariter nauigemus.*

Beatus Alipius sequester fuit, & mediator, ut Paulinus in sorte Augustini monastica numeraretur, & id ab ipso peteret hisce verbis. *Presumptione igitur non mea, sed placito, & ordinatione Domini, fraternitatis tue mihi sœdus usurpans tanto indignus honore me dignor; quia te pro tua sanctitate certo scio; nam veritate sapis non alta sapere; sed humilibus congruere; ideoq; promptē,*

Epist. 31.  
apud Aug.

Paulinus se  
tradit Augu-  
stino mona-  
sticis exerci-  
tibus imbuē-  
dum.

Epist. 31. a-  
pud Aug.

Alipius pa-  
ter fuit bea-  
ti Paulini in  
monasticis.

(¶)

*Intimè recepturum spero charitatem humilitatis nostræ, quam quidem iam recepisse te per sacerdotè Alipium, quia dignatur patrem nostrum confido.*

Aug: epist:  
34:

Pater Augustinus ubi suæ professionis agnouit participes Sanctum Paulinum, & beatissimam olim eius uxorem Therasiam, eos in Africam ita vocauit: *Scit Deus, quod non solū propter desiderium meum, neq; solum propter eos, qui vel per nos vestrum propositum, vel undecunque, fama predicante didicerunt, sed etiam propter ceteros, qui partim non audiunt, partim audita non credunt, tamen possunt comperta diligere vos istis terris etiam corporaliter adesse cupimus.*

Paulinus in  
epist ad A-  
mandum.

Nec dubito in Africam beatum Paulinū venisse, qui Patrem Augustinum à se testatur inflammatum velut Seraphin visum fuisse; sicut alibi repetimus, ipseq; Augustinus, tanquam cum presenti colloquutum se cum eodem Paulino scribit dicens, *Sic in corde suo Paulinus (ut ab eo postea cognouimus) precabatur: Domine, ne excrucier propter aurum, & argentum; ubi enim sunt omnia mea, tu scis, & superius appellat Paulinum nostrum, in eodem libro primo, & capite decimo de Ciuitate Dei.*

Lib: 1: de Ci-  
uitate c. 10

Sanctus Eucherius Lugdunensis inter cōuersos ad monasticam vitam verbis Augustini, quem vnum vocat ex suis, scilicet monachis,

Euch. in e-  
pist. Paræ-  
netica,

nachis, & commemorat dicentem: *Surgunt indocti, &c.* numerat beatum Paulinum Nolanum, nec alterius monachismi professorē, & propagatorem, nisi, quem ipse persuadet Salonio, & sequutus est apud Eremitas Lirinenses, per nos supra monstratos Augustinianæ regulæ addictos: *Paulinus (ait) quoque Nolanus Episcopus peculiare Gallie nostræ exemplū ingenti quondam pecuniarum sensu, uberrimo eloquentiæ fonte, ita in sententiam nostram, propositūq; migravit, ut etiam cunctas admodum mundi partes eloquio, operibusq; resperferit.* Hæc Eucherius.

Talis fuit monachus Paulinus, quales erant Eremitæ Lirinenses, qui Augustinia na sub Regula fundati sūt ab Honorato.

Deniq; plura de monachismo Sancti Paulini dicemus in chronico, sequuti Ioannem Baptistam Alouisianum, & Fr. Hieronymū Romanum eundem referētes inter celebres Sancti Patris Augustini monachos: vndè ad patrem, & institutorem suum in monasticis Alipium ita scribit; *Nos quoq; etiam Deus, quos erexit elisos, & de terra inopes suscitauit, in vestra voluit sorte numerari.*

Bapt. Alou. de viris illis. Fr. Ord. Eremit. Roman. in lib. 3. in chron. eiusdem Ordinis. Paul. epist. 35. apud Aug.

Loca Hispaniæ, in quibus monasteriola ex ædificata sunt à beato Paulino refert Aufonius Poeta amœnus, & Urbanus ita ei scribēs;

*Ergo meum, patriæq; decus, columenq; senatus  
Bilbilis, aut hærens scopulis Callegurris habebit;  
Aut qua deiectis iuga per scruposa ruinis*

Aufonius ad Paulin. epist. 25.

Arida

*Arida feruentem Sicorim despectat Hilerda?*

Auso. epist. 24. ad Paulinum.

Et quod ad nostram venerit Lusitaniam, cuius caput tunc erat Emerita ciuitas illustrissima, sic ipse conqueritur Aufonius,

Paulinus Nolanus edificat monasteria etiam in Lusitania.

*Occidui me ripa Tagi, me punica ledit  
Barcino, me bimaris iuga ninguida Pyrenai.  
Moenibus e patrijs; fors an quoq; vestis, & oris  
Quemq; suo longo dirimat prouincia tractu,  
Trans motes, solēq; aliū, trās flumina, & urbes,  
Et quod terrarum, celiq; extenditur inter  
Emeritaque omnes, lataq; fluenta Guarina.*

Paulin. ad Aufonium.

Erant hæc Paulini monasteria in locis desertis, & desolatis à Romanis: vnde sic ipse scribit ad Aufonium:

Vitam eremiticam inuenit Paulinus in Lusitania.

*Nam quod in euersis habitacula ponis Iberis  
Urbibus, & deserta tuo iacis oppida versu;  
Montanamq; mihi Calegurrim, & Bilbilim acutis  
Pendentem scopulis; collemq; iacentem Hilerda  
Exprobras; velut his habitē laris exul, & urbis,  
Extra hominum tecta, atq; vias, an credis Iberæ  
Has telluris opes Hispani nescius orbis?*

Isidor. in viris illustrib. in Maximo.

Sanctus verò Maximus Cæsar Augustanus, de quo scribit Isidorus Hispalensis in suis viris illustribus ad finem; sic propagationem monachorum Augustini scriptam reliquit:

Maximus in chronico Goth. ær. 513.

*Æra DCXIII. hæc est annus Dñi DLXXV.  
Donatus qui primus regulam Eremitarum Sancti*

*Augu-*

*Augustini locupletiore in Hispaniam inuexit, & in agro Seruitano construxit monasterium viuens, mortuusque miraculis nobilitatus est, quarto Idus Octobris ad Calum migravit.*

S. Donatus venit in Hispaniam.

Sanctus Donatus primus dicitur & locupletiore Eremitarum regulam in Hispaniã inuexisse, quia primò ex Africa veniēs, postquam Hispania à Gothis, Alanis, Sueuis, & Vuandalis est occupata, Eremitas S. Augustini instituit; nam antea regulam eorum nõ ita locupletem, vt ex monasterijs desumerentur ad Ecclesias Cathedrales, & cætera Clericorū exercitia, inuexerat Paulinus Nolanus, qui tandem obiit, vt eius discipulus Vranus tradit, *Decimo Kalendas Iunii, Basso, & Antiocho Consulibus*, hoc est anno Domini **CCCCXXXI.** secundum Fastus Onuphrij.

S. Donatus locupletiore adduxit Eremitarum Regulã in Hispaniam.

Vranus in Histor. Paulini ad Patrum.

De ipso Donato Ioannes Viclarensis meminit in chronico suo, & sanctus Hildephonus archipræsul Toletanus in libello de viris illustribus continuante Catalogum Isidorianum eiusdem argumenti: *Donatus* (inquit) *& professione, & opere monachus cuiusdam Eremitæ fertur in Africam extitisse discipulus, hic violentias barbararum gentium eminere conspiciens, atq; ouillis dissipationem, & gregis monachorum pericula perti-*

Ican. Viel. in chronico. ad an 572.

Hildephonsus in viris illustrib. c. 4.

perterritus, sermone cum septuaginta monachis, copiosisq; librorum codicibus, nauicula in Hispaniam commeauit, cui ab illustri, religiosaq; femina Minica rerum opibus ministratis, prope Setabim seruitanum monasterium visus est construxisse. Iste prior in Hispaniam monastica obseruantia usum & regulam dicitur adduxisse, tam viuens virtutum exemplis nobilis, quam defunctus memoria claritate sublimis; hic in presenti luce subsistens, & in crypta sepulchri quiescens, signis quibusdam proditur effulgere salutis; unde & monumentum eius honorabiliter colere perhibent incola regionis.

Setabis vulgari sermone Xatiua dicitur in regno Valentino, vbi etiã Archipræful sanctus Eutropius, qui simul cum beatissimo Leandro plurimum impendit operæ in conuertendis Gothis ad fidem Catholicam; fuit hic monasterij seruitani alumnus; vnde non debet inter Benedictinos monachos computari, sed inter Augustinienses; illius vitam à vero Hispalensi archiepiscopo scriptã memorat Tarapha in Sisebuto, & festum sexto Idus Iunii. Sanctus Isidorus ita eũdem laudat. *Eutropius Ecclesie Valentinae Episcopus; dum adhuc in monasterio Seruitano degeret, & pater esset monachorum scripsit ad Papam Licianum valde vtilem epistolam, in qua petit ab eodem pro qua re baptizatis*

S. Eutropius  
Episcopus  
Valentinus  
Eremita fuit  
Augustinianus.

Tarapha in  
Sisebuto.

Isidorus de  
script. Eccl.  
c. 2:

tizatis infantibus Chrisma posthac unctio tribuatur: scripsit, & ad Petrum Episcopum Hircanicensem de distinctione monachorum salubri sermone compositam epistolam, & valde monachis necessariam. Hæc S. Isidorus.

Fuit Eutropius doctor insignis in Hispania.

Eodem Sancti Donati tempore prope Toleum monasterium exædificarunt Eremitæ Augustiniani, Cillaense nuncupatum, vbi Sanctus Arthuagus in antiquis Eremitarum chronicis famosus, omni virtutis gloria coruscans vixit, epistolam eius vnã habemus hac cum præscriptione; *Reuerendissimo Domino Isidoro Episcopo Fr. Arthuagus monachus Abbas Sanctæ Crucis salutem, &c.*

Cillaense  
monasterium.

Coranus in  
Chronic.

Arthuagus  
epist. ad S.  
Isidorum.

De ipso monasterio Sanctus Maximus in chronico Gothorum ait: *Æra DXCIII.* (id est anno Domini DLV.) *monasterium Cillaense Sanctæ Crucis, Ordinis Sancti Augustini ab Athanagilio reædificatur, & inferius addit: Æra DCXXII, quæ est annus Dñi DLXXXIV.* Arthuagus cognomento *Gothus ex Ordine S. Augustini prior Abbas floret.*

Maxim. Ce  
sar Augustinus  
in chronico.

Sanctus Arthuagus Eremita quãdo floret.

Præpositi, aliàs decani vocati, obediebant Patri, siue Abbati monasterij, & vnus erat presbyter, qui vices Episcopi gerens omnes curabat Eremitas in tota diœcesi: sic intelligendus est P. Augustinus noster in Regula,

O cum

Regula S. Aug. cum ait: *Præposito, tanquam Patri obediatur, multò magis presbytero, qui omnium vestrum curam gerit. Ut autem multi erant aliquando præpositi, (vt Pater ipse notat Augustinus) qui decem monachis præfiderent in multas decurias diuisis: ita duo dabantur in monasterio Patres, siue Abbates, quod apparet in vita Sancti Fulgentij, quem Felix Abbas cum gaudio suscipiens, imparemque se eius virtutibus sciens, & nomen, & potestatem ei tradidit Abbatis: ille plenus studio humilitatis recusabat priuilegium potestatis, & post multa certamina pietatis, & consensu totius congregationis passus violentiam charitatis vix consentit esse collega boni consortis: ita duo viri sanctissimi diligentes equaliter Deum, & proximum, ambo moribus similes, ambo meliores proposito, conuersatione æquales, vnus scientia superior iugum bonum gubernanda congregationis suscipiunt.* Ex his colligo priorem Abbatem appellari Sanctum Arthuagum, quia scilicet habuit aliquem coabbatem in magno, & nobili monasterio: sicut hodie multi Præpositi etiam sunt, qui cellario, qui Sacristiæ præponuntur, & vnus veluti Abbas inferior, subprior appellatus.

Julianus Archipresbyter Sanctæ Iustinæ  
in

in tabulis Ecclesiæ Toletanæ sic habet: *Æra DCLXVIII, id est anno DOMINI DCCCXX Ultima die Maij moritur Sanctus Arthuagus, Gothus, Augustinianus. Paulò inferiùs, Arthuagus, Gothus Augustinianus prior Toleti transfertur ad honoratiorem locum Æra DCCCLXIV. hoc est Anno DOMINI DCCCXXVII.*

Monasterium Cislæ possident hodie Religiosissimi serui Dei sub titulo Sancti & penitentis Doctoris maximi sacrarum literarum interpretis Hieronymi, qui illud solò equatum inuenerant; & in sacellum iam conuersum, Beatæ Virgini dicatum, sed, & alia monasteria dicemus in Chronico nostro, siue eremitoria, quæ facillè monstrant Eremitas Augustinianos in Hispania vixisse etiam tempore Maurorum, qui violenta, & furiosa tyrannide destruxerunt monasteriũ Caulanianum apud Emeritam, exædificatum per Sanctum Nuntum martyrem, postea Sanctissimum, professione monachum, & illuc ex Africa venientem, vt Paulus diaconus est auctor in Historia Ecclesiæ Emeritensis, & adhuc hodie apud Lusitaniam, vbi nunc DOMINA NOSTRA DENAZARETH dicitur ipsamet imago

Jul. in tabulis Toletanæ Eccles.

Translatio S. Arthuag.

S. Hieronymi religiosi habent hodie Cislacense monasterium.

S. Nuntus ord. S. August.

Paul. diaconus in hist. Emeritensi in Nunto.



Rom. Ere-  
mita venit  
in diœcesim  
Olisiponēf.

extat in Archiepiscopatu Olisiponensi, quæ per Eremitam Romanum nomine illuc ad-  
ducta est, simul cum reliquijs alijs eiusdem  
monasterij Caulaniani, de quibus latiùs in  
chronico nostro, Lusitanię Eremitæ Sancti  
Augustini adeò sunt antiqui, vt Olisipone  
præcederent cæteris religiosjs in processio-  
nibus, & actis publicis; prout sententia mon-  
strat in archiuis monasterij Dominæ nostræ  
de Gratijs, cuius publicus Notarius Ioannes  
Ferdinandi vocatur; iudex verò Didacus de  
Soufa Canonicus Olisiponensis, dirimens li-  
tem antiquam inter Canonicos Regulares  
Sancti Vincentij, & ipsos Eremitas in hæc  
verba: *Igitur declaro, concludo, mea sententia defi-  
nitiua Canonicos Regulares Sancti Vincentii ex-  
tra muros Ulixbonæ commorantes, locum in proces-  
sionibus, & actis publicis, cum contingunt celebra-  
ri, obtinere, partemque dextram tantum in eundo,  
& redeundo, Fratresque Eremitas sancti Augusti-  
ni Beatae Mariæ de Gratia Ulixbonæ alam sini-  
stram tantum in eundo, & redeundo, hocq; præfatis  
Canonicis mando, obseruent, nec contrarium un-  
quam tentent, &c.* Lata est hæc sententia anno  
Domini MCCCCXCIX.

Archia  
monasterij  
Olisiponen-  
sis.

Hoc autem monasterium Sancti Vincen-  
tij exedificatum fuit ab ipso primo Portuga-  
liæ

liæ Rege D. Alphonso Henriquo, & orna-  
tum Canonicis Regularibus, cuius prior D.  
Godinus appellatus illuc venit, ex Inte ram-  
nensi regione Portugaliæ, & ex monasterio  
Canonicorum Regularium Balnium appel-  
lato, sicut Otta scribit in libello de expugna-  
tione Olisiponensi, & edificatione monaste-  
rij Sancti Vincentij Olisiponensis, in cuius  
archiuis charta Sancij successoris, & filij Al-  
phonfi primi Portugaliæ Regis cuidam Pe-  
tro Eremitæ donans sacellum Sancti Satur-  
nini Cintrensē, in qua tandem subscribunt,  
*Ioannes prior Eremitarum, & Ferdinandus Ca-  
nonicus Sancti Augustini.*

D. Godinus  
Canonicus  
Regularis.

Otta Lusi-  
tanus in li-  
bello de ex-  
pugn. Olsi-  
ponensi.

Archiuamo-  
nast. S. Vin-  
centij Olsi-  
siponensis.

Sed ex monasterio Olisiponensi propaga-  
tus est Ordo Fratrum Eremitarū Sancti Au-  
gustini per insulas maris Oceani, per Æthyo-  
pam, quæ est sub zona torrida, in hac testi-  
monia habemus illustria, & multis decorata  
miraculis intercessione Sancti Nicolai To-  
lētinati, in illis floruit beatus Bartholomæus  
de Canaria Lusitanus, de cuius insigni pau-  
pertate deuotus, & virtute præstans Eremita  
Fr. Alphonfus Orosus mentionem facit:  
Ioseph Pamphili Episcopus Signinus, & Cō-  
pendium Ordinis nostri iussu Seripandi eum  
vocant, sed improprie *Thadæum de Canario.*

Propagatio  
Fr. Eremit.  
in insulas.

Orosus in  
chro. Frat.  
Eremit.  
Ioseph in fi-  
ne Chron.  
Comp. scri-  
pa. in Cata-  
log. s. beat.

Eremitę in India.

Tuscius in fine Notar. ad Cantic.

Multi nobis ab Eremitis Augustinis conuersi sunt in India Orientali.

Eremitę in Perside.

Penetrarunt Indiam Orientalem, & magno cum fructu animarum egregiam collocarunt operam, vt Tuscius Romanę Ecclesię Prothonarius in fine notarum ad Cantica Canticorum posteritati commisit, dicens, *Homines grandes natu ad numerũ MDCCLXXVI. fidem sponsi acceperunt, atq; à dictis Patribus baptizati sunt, inter quos fuerunt duo Reges, & alterius Regis primus natus ad regnum. Primus fuit Rex Pemba, & Pate: alter Mahometanus Rex Badaron, qui dictus est Alexius: Tertius Regis Ormus filius, qui induit Augustinianã cucullã Rex Badaron in insula Goa ad fidẽ conuersus cum decem ex primarijs sua familiae baptizatus; Alexius nominari voluit nomine Archiepiscopi insulae Goę, totiusque Indiae Primatis Fr. Alexij de Menezes eiusdem Ordinis Sancti Augustini, ob eius in archiepiscopum amorem. Ac tum praterea tres principes viri, vnus agnatus Regis Pate, duoq; agnati Regis Ambasse, atq; tres principes feminae de prosapia Regis Melinda, & alij quamplurimi Indorum principes vtriusque sexus credentes baptizati sunt à dictis Patribus.*

In regia Persarum vrbe monasterium habent Eremitę Augustiniani, de quo, vt alia raceam, vir nobilis, & theologus non pœnitendi nominis ante Clemẽtem Papam octauum

uũ felicissimę recordationis perorauit Martinus Suares à Cunha in festo Diui Ioannis Euāgelistę, & prælo datam illustrissimo Romanę Ecclesię Cardinali titulo sancti Cæsarij D. Syluestro Aldobrandino pulchram dicauit illam orationem, concludens: *Hoc eodẽ anno in Perside nobilissima prouincia Romano semper imperio, & fidei Christiana, vsq; adeo inimica, magnum ostium vero numini apertum, & patefactum est, serpitq; in dies, multis in latissimis prouincijs verae religionis cultus, vt spes sit, magnum futurum incrementum: sic totus te orbis venerabitur,*

..... Imperiumq; Pater Romanus habebit. Inter Armænios, nostra tempestate, plurimũ valent ipsi Augustinieneses; nam in manibus religiosi Fratris Didaci de Sancta Anna prioris monasterij Persidis, anno Dñi MDCVII. die duodecima Maij, professionem fidei Catholicę liberẽ factam Latino, & Armænico sermone miserunt Summo Pontifici Paulo V. nunc Ecclesiam felicissimẽ gubernanti dicentes, inter alia, multi fideles, sex Episcopi, & omnium nomine ipse Armænię Patriarcha Dauid à fratribus Ordinis S. Augustini, qui in regno Persię viuunt, admonitus fuit, vt has literas mitterem. V. Sanctitati, &c. loquitur cum Domino nostro Paulo V.

Martinus Suar. in oratio. S. Ioan. Euang.

Aeneid. 8.

Patriarcha Armænię, & sex Episcopi, & multi fideles obediunt Ecclesię Romanę.

Patriarcha Armænię epist. ad Summum Pontificem Paulum V.

Schismaticos, & Nestorianos in numerabiles ad fidem Catholicam redacti fuerunt per D. Fr. Alexiū de Menez. ord. S. Aug.

Christianos, vt appellant, Diui Thomæ, per montes Malabaricos dispersos in ipsa India ad fidem Catholicam reduxit illustrissimus, ac Reuerendissimus tunc Oriētalī Indīæ, nunc Hispaniæ Primas D. Fr. Alexius de Menezes Archiepiscopus olim Goensis, iam Bracharensis, mæcenas mihi singularis, vt in historia de itinere eius per montes Malabaricos admodum Reuerendus Cyrenensis Episcopus D. Antonius de Gouuea eiusdem Ordinis S. Augustini professor, de republica Christiana meritissimus prolixè scribit: & Sanctissimus Papa Clemens VIII. sequentibus literis ad ipsum missis mirificè laudat;

Venerabili Fratri Alexio Archiepiscopo  
Goæ in Indijs Orientis. Clemens  
Papa Octauus.

Venerabilis Frater, salutem, & Apostolicam benedictionem. Multam in Domino voluptatem cæpimus ex iis, quæ de tuæ fraternitatis pietate, & pastoralī vigilantia, grauis nobis testimonio relata sūt: nominatim, quod zelo honoris Dei, & salutis animarum incensus, in conuertendis gentilibus istis ad lucē euangelicæ veritatis strenuè laboras; gratulamur tibi frater, piam hanc voluntatem, quæ animas immaculati Agni sanguine redemptas Deo lucrari studeas; id nobis pergratum est, idq̄, vt ex nostris literis

cognos-

cognoscere volumus, vt tantò ardentius opus Dei, diuina adiutrice gratia urgeas, & prosequaris. Benedicat Deus piis laboribus tuis, tibiq̄ tribuat, vt ex tam magna messe manipulos multos inferas in horreum cælestē, & nos fraternitati, & clero, ac populo fideli, nostram Apostolicam benedictionem benigne impertimur. Dat. Romæ apud Sanctum Petrum; sub annulo Piscatoris Kalēdis Aprilis M. D. CXIX. Pontificatus nostri anno octauo.

Sylvius Antonianus S. R. E. Cardinalis.

In Indijs Occidentalibus, in Peruana regione, in Philippinis insulis, in Chinâ, vel primū fuerunt, vel alij cum primis euangelicæ messis operarij fratres Augustiniēses; hi etiā in Æthiopia supra Ægyptum, tempore Concilij Chalcedonensis deuenere; nam illic, vt habetur Romæ in Ecclesia Sancti Stephani, quam inhabitant Indi, & Æthyopes Christiani; Apparuerunt primū ex Africa venientes nouem fratres, seu monachi induti habitu nigro, cum manicis largis, & corrigia, quorū nomina hæc sunt; Ioannes qui senex erat, & aliorum veluti prior, Licanos, Pantaleon, Garime, Saama, Affe, On, Gubla, Lamapta; & isti sunt, qui in Æthiopia instituerunt monasteria, atq̄ eorū corpora, tanquam sancta venerantur, &c.

Eremitæ in Indijs Occidentalib. & alijs remotissimis locis.

Archia Ecclesiæ Sancti Stephani Romæ.

Qui primū instituerunt monasteria in Æthiopia, quæ est supra Ægyptum.

In Registro generali Ordinis Fratrum Eremitarum

Epistola S. Pap. Clem. 3. ad Archi. præfulem Goensem Ord. S. August.

Archia or  
din. Eremi.  
Roman. in  
monasterio  
S. Aug.

Monasteria  
Aethyopiæ

Sab. Aen. 7.  
lib. 9.

Eremitæ  
Aethyopes  
vivi in Ita-  
lia.

mitarum aliqua extant huius Æthyopiæ mo-  
nasteria à tempore immemoriali assignata  
in hanc formam: *Nonnulli conuentus in Æthyo-  
pia; Alleluya, Lethiopia, Scioua, Debraban, Cos-  
quan, Debrilibanos, Macanas, Abesghei, Damit,  
Tegre, Zamben, Uuagh, Aberghelei, Sere, Trasena-  
si, Aretalo, Saber, Mughèr Dunoci, Marabitir, &c.*  
& sic alia multa referuntur monasteria Æ-  
thyopiæ.

Hodie nihil nobis certum de his Reli-  
giosis; suo tamen seculo; hoc est anno D.  
MCCCCXC. Sabellicus ita meminit: *His  
paucis annis, quibus hæc commentabamur peregrè  
in Italiam delati sunt Eremitanæ obseruationis qui-  
dam ex Æthyopia, quæ est supra Ægyptum. Hi  
Romanum commercio sermonem adepti magnum  
dixerunt initiatorum numerum nominis huius (lo-  
quitur de Eremitico Fratrum Eremitarum  
Ordine) esse in ea terra; unde profecti essent,  
conuentusq; plures, quorum iniri non  
posset numerus in tanta terrarum  
vastitate.*



C A P V T XXI.

De varia Augustinianorum declinatione,  
& perpetua continuatione.

**A**Vgustinianus tam Canonicorum, quã  
Eremitarum Ordo, multas passus fuit  
persecutiones à Donatistis, & Circumcel-  
lionibus hæreticis agrestibus, ac furiosis, de  
quibus agit Pater Augustinus, quod; *in oculos  
Clericorum nostrorum calcem, & acetum mitte-  
rent, &c.* Vuandalos ab omni regnandi po-  
testate priuatos in Africa, propter iniurias  
seruis Dei factas, subindicat in libro de Pro-  
uidencia Saluianus vnus ex monachis Liri-  
nensibus: & Possidius de Martyribus huius  
persecutionis ait, *Virginesq; sacras, & quosque  
continentes vbiq; dissipatos, & in his alios defecisse  
tormentis, alios gladio interemptos.*

Vuandalis succedunt Longobardi præci-  
puè in Italia, de quibus dicemus in vita San-  
cti nostri Columbani. In Germania Hunni,  
de quibus in vita Sancti Lupi Tricensis; in  
Hispania persecuti sunt hûc ordinem Sar-  
raceni, vt habetur in vita Eremitæ Romani,  
in Anglia, Hybernia, & Gallia Nortmani  
idolatæ, de quibus Torterius Floriacensis;

Donatistæ  
persecuto-  
res Augusti-  
nianorum.

Aug. in ps.  
132.

Vuandoli  
hostes reli-  
giosorum  
S. Aug.

Lib. 8. de  
prouidencia.  
Possid. in  
vita Aug. c.  
28.

Longobar-  
di. Hunni.

Mauri. Nor-  
tmani.

De vita, & laud. S. P. N.

Egit multiplices ea gens Phanatica cedes  
Testantur Turonis, Carnotus, & Aurelianus,  
Pictavis, Aruernus, Niuernis, seu Rotomagus,  
Endagauis, Biturix; Nanetis, seu Narionius,  
Urbes, & plures, quas versu dicere non est.

Tort. de  
Translati.  
Sancti Mau-  
ri martyris

Concilium  
Magunc. in  
fine.

Multi etiam Canonici Regulares facti sunt  
ordinis Benedicti propter Concilium Ma-  
gunciacum ita decernens de Canonicis, siue  
clericis vitæ communis; Si monachi fieri volue-  
rint, regulariter uiuant (id est iuxta regulā Be-  
nedictinam; sin autem canonicè uiuant omnino;  
id est iuxta Augustinianam, quæ Canonica  
dicitur, vt illa S. Benedicti monastica.

Monasteriū  
S. Galli fa-  
ctum est Be-  
nedictinum  
cum an teā  
esset Augu-  
stinianum.

Sic aliqua Fratrum Eremitarum monaste-  
ria ordini Sancti Benedicti tradita inueni,  
cuius rei exemplum nunc occurrit magnū  
Sancti Galli monasteriū in Germania, quod  
ab ipso Gallo sanctissimo Eremita protodis-  
cipulo beati Columbani exædificatum fuit  
sub Augustiniana regula: narrat enim Vual-  
fridus cognomento Strabo à vitio oculorū,  
dignissimus Abbas Augiensis, in vita sancti  
Galli, Carlomannum regis Pipini fratrem Be-  
nedictini Ordinis monachum fuisse, & à fra-  
tre, missa epistola, aliquid beneficij conferē-  
dum monasterio Sancti Galli per Othmarū  
Abbatem eiusdem monasterij non solum pe-  
tisse

Vualfridus  
apud Suriū  
die 6. Octo-  
br.

Aurel Aug. Liber quartus. 111

tijisse, sed exoptulasse; Cum igitur ab Othmaro  
Abbate presentatam Pipinus princeps accepisset epi-  
stolam, annuens libellum, quem Benedictus Pater de  
Canobitarum conuersatione composuit, eidem Ab-  
bati tradidit, & alia regia dignitatis impertiens do-  
na; id omni diligentia iniunxit, vt in loco sibi com-  
mendato, ad supplendas beati Galli excubias, regu-  
laris ordinem institueret vitæ, & ex illo tempore  
(addit Vualfridus) monastica vitæ in cænobio S.  
Galli exordium quidem cepit: nempè sub regula  
Benedictina; cum ante multos annos ibidē  
vigeret eremitica sub Regula S. P. Augusti-  
ni institutio tradita à sanctis Columbano, &  
Gallo; obiit autem vltimus illic Augustinia-  
norum beatus Othmarus, iuxta Baronium,  
anno Domini DCCLVIII, iuxta Petrus Car-  
tepolium, in suo Catalogo Episcoporum Ger-  
maniae, anno Domini DCCXL.

Pipinus rex  
dedit Regu-  
lam S. Bene-  
dicti consti-  
tuendam in  
monasterio  
S. Galli.

Baronius  
in notis ad  
martyrolo-  
die 16. No-  
uemb.

Pro reformatione, & perpetua conserua-  
tione Canonicorum in Ecclesijs Cathedra-  
libus simul sub regula vitæ communis, mul-  
tum laborauit Ludouicus Gallorum impera-  
tor, qui anno Domini DCCCXVI. secun-  
dum Annales Baronij, vel sequenti, iuxta Lo-  
uanenses, apud Concilium Aquisgranense  
(vt verbis vtar A monij eiusdem temporis hi-  
storici) Fecit componi, ordinariq; librum Canonica  
vitæ

Loan. in  
notis ad fer-  
49. & 50. de  
diuersis ap-  
ud S. Aug.

Amonius. i  
an. c. 26.

vite normam gestantem, quem librum misit per omnes civitates, & monasteria Canonici ordinis, imperij sui, per manus Missorum prudentium, &c.

Lib. 1. Speculi Canonorum. cap. 24.

Multis in locis recepta est Concilij Aquigranensis regula, vt ex professo scribit Langhecrucius: sed in ea siue Gallie Flandrizantis, siue Germanie inferioris parte, qua Belgica vocatur fortè septuaginta ciuitates, sub Regula Sancti Patris Augustini permanferunt: nec aliter intelligere potui Ioannem Maburnum, aliàs Mabuenum ita cum Patre Augustino loquentem in suo Roseto: *Septuaginta ciuitates sub tua potestate solus habuisti.*

70. Ciuitates sub Augustini regula.

Mab. Alph. 1. tit. 20.

Septuaginta inter gemmas vbi depingebatur Augustinus

In ipso namque Belgio Patrem Augustinum inter septuaginta gemmas depingi solitum, qua huius numeri ciuitates ad significant subiectas Augustinianæ Canonice institutioni, Thomas Cantapratanus auctor antiquus, & non indignæ notæ, Ordinis Predicatorum, Magni (vt ferunt) Alberti discipulus ita denarrat apud librum de apibus: *In Iconia Diui Patris Augustini scriptura cū his versibus legebatur.*

Tho. Cant. lib. de apib. 1. p. c. 7.

Versus in laudem Augustini intellectus difficles.

*Ordo gemmarum designat septuagenus,  
Ipse quibus præerat septuaginta poples;  
Soli, pro meritis, est tradita tanta potestas;  
Nec successit ei pastor honore pari.*

Quo

Canonicus ordo continetur in multis monasterijs.

Rub. in lib. 5. Ann. Rauenn.

Ciacon. in Lucio Papa 2.

Spolonius in vita Guarini.

Canonicis, Victoris apud Parisios.

Monimeta Ecclesie S. Vict. apud Parisios.

Quo deniq; tempore, multi Canonici Cathedralis, relicta canonici nominis vmbra, in ipsis Ecclesijs matriculares facti sunt, & proprium habentes in domibus suis; aliqui surrexerunt ex illis, qui Canonicum ordinem in varijs monasterijs ad nos vsque continuauerunt, & quamplurimis ornamentis adauxerunt: exemplo sint Petrus ille Damianus cognomento Peccator apud Rauennam distinctus à Hieronymo Rubio ab alio eiusdem nominis, cognominis, & patriæ, qui fuit Cardinalis, & ordinis Benedictini; & Canonici Regulares anno Dñi M. C. C. I. V. vt ait Ciaconius, incepti apud Rhenanum, inter quos,

*Terrenas contempsit opes, fastumq; Guarinus;  
Clarior vt cælo, diuitorq; foret.*

Sic in monasterio Sancti Victoris propè Parisios, ab anno Domini M. C. XIII. Canonici Regulares optimæ vitæ floruerunt, quibus Rex Gallie Ludouicus Crassus multum fauit, vt sequens inscriptio ibidem admonet;

*Illustris genitor Ludouici Rex Ludouicus,  
Vir clemens, Christi seruorum semper amicus  
Instituit, fecit pastorem Canonice,  
In cella veteri trans flumen Parisiorum;  
Hanc vir magnanimus almi Victoris amore,  
Auro, reliquijs ornavit, rebus, honore;*

Sancte

Sancte Dionysi, qui servas corpus humatum,  
Martyr, & antistes, Ludouici solue reatum.

Christi cetero cum mille, decem, & tribus anno:  
Templum hoc Victoris struxit regalis honoris.

Canonici S.  
Crucis apud  
Conimbricam.

Eodem modo, Canonici religiosissimi flo-  
rent in Lusitania, monachorum æmulati, &  
imitati claustrale silentium; mendicantium  
exercentes studia docendi, concionandi, &  
audiendi confessiones; maiestatem clericorū  
cathedralium propalantes in cultu altarium  
& recitatione diuinarum precū, ab illustri-  
simo Regulæ Augustinianæ Ecclesiæ Cathed-  
ralis Conimbricensis obseruatore, in regali  
Sanctæ Crucis monasterio feliciter incepti,  
cuius in claustro intercisum hoc extat epita-  
phium;

Epitaphiū  
in claustro  
monast. S.  
Crucis Co-  
nimbr.

III. Idus Septembris obiit D. Tello, presbyter, Ar-  
chidiaconus Colimb. Canonicus, & fundator  
huius monasterij Sanctæ Crucis. Anno Domini  
M. C. XXX.

Primus huius monasterij Prior sanctitate præ-  
celebris fuit D. Theotonius, apud ipsos an-  
nua festiuitate celebratus, decima octaua Fe-  
bruarij.

Canonici S.  
Isidori Le-  
gionensis,

Sic in Hispania sub Sancti Isidori titulo ce-  
lebres ab Ecclesia Legionēsi diriuati sunt Ca-  
nonici Regulares, quorum princeps beatus

Marti-

Martinus miraculorum gloria clarus, & ple-  
nus virtutibus obiit anno Domini MCCIII.  
de ipso vide Lucam Tudensem in Chronic.

Luc. Tud.  
in chronic.  
Aera 1116.

Denique multas possemus alias Congre-  
gationes Canoniorum regularium ab ali-  
quibus viris sanctè institutas in medium af-  
ferre, quæ licet sub diuersis titulis, & vesti-  
bus Ordinem tamen Canonicum sub Au-  
gustiniana regula continuerunt in Ecclesia  
Dei: sicut, & Ordinem Fratrum Eremitarum  
S. Augustini varijs afflictum calamitatibus  
in eremo legimus non institutum, sed orna-  
tum, & auctum, atque reformatum à sanctif-  
simis viris Guilhermo duce Aquitanix, &  
Ioanne Bono, atque alijs in Catholicorū or-  
be celeberrimis Eremitis, de quibus ita me-  
minit Bulla vnionis eorum sub vno Priore  
Generalissimo: *Mandatum Apostolicum à nobis*  
*emanauit; ut de singulis domibus vestris, quarum*  
*quedam Sancti Guilhermi, quedam Sancti Augu-*  
*stini Ordinum; nonnulla autem fratres Ioannis Bo-*  
*ni, aliqua verò de Fabali, alia verò de Britinis cen-*  
*sebantur; & apud omnes, ambiguis interdum nun-*  
*cupationibus, vacillabant, duo fratres cum pleno*  
*mandato ad nostram mitterentur presentiam, &c.*

Eremitæ S.  
Augustini  
sub varijs ti-  
tulis antev-  
nionem.

Bulla Alex.  
Papæ 4.

De Eremitis Augustinianis, qui erant in  
Tuscia, ante vnionem sub vno Generali, mé-

Bulla Inno-  
centij 4. ad  
Eremitas  
Tusciz.

S. Guilha-  
mus Ere-  
mitas illu-  
stravit  
Augufti-  
nianos.

Appêdix ad  
Catalog. Pe-  
tri de Nata-  
lib. c. 22.

Fratres or-  
dinis Sancti  
Guilhermi  
erant Augu-  
ftinièfes E-  
remitæ.

tio facit bulla Innocentij Papæ III. præscri-  
bens; Innocentius Episcopus seru<sup>9</sup> seruatorum Dei di-  
lectis filiis prioribus, & fratribus Eremitis in Tuscia  
constitutis, tam presentibus, quam futuris regularem  
vitam professis, & c. Hos autē beatus Guilha-  
mus dux Aquitaniz comes Pictauiz, perfe-  
ctionis ardore sollicit<sup>9</sup> adiuuit, & sumpto eo-  
rum instituto, eosdem plurimū illustrauit:  
sic enim ait auctor appêdicis ad Catalogum  
Sanctorū Petri de Natalibus Episcopi Equi-  
lini: Tādē multos perpeffus labores, in agrū Tuscū,  
& Pisanū deueniens, in insula, que dicitur Livalia  
solitariē cōmoratus est; ubi familiariter conuētus  
quibusdam Eremitarū Augustini, eorū mores edo-  
ctus, nigro habitu sumpto, & pellicea zona, locellis  
eorū, per totam Etruriam, deuotē uisitatis, Centū-  
cellas applicuit; ubi P. Augustinus librū de Trinitate  
peregir, quibus locis, summa cum iocunditate, perlu-  
stratis, Romam, & inde Areminum, ad S. Mariā  
de Platano eiusdem Ordinis locellum peruenit, à quo  
fratres, qui prius Eremitarum S. Augustini appella-  
bantur, cognita ipsius maxima sanctitate, Guilha-  
mitarū denominationem sumpserunt; que denomi-  
natio ad saxones, prouinciam Rheni, regnū Boemiz,  
& in prouincias ab eo dudum instructas promulga-  
ta est.

Nam, vt verbis utar Naucleri repetitis etiā  
à Ioan-

à Ioanne Trullo Canonico Regulari: Prædi-  
ctus Guilhaemus serius à beato Bernardo sufficien-  
ter edoctus, Ordinis sui calamitatem, religionisq;  
feruorem pænè extinctum considerans, animum ad  
instaurandum eum adiecit, in breuiq; conualescens  
ex multitudine religiosorum, & monasteriorum me-  
liorem faciem ordini Diui Augustini per Gallias de-  
dit; quare hunc ordinis conditorem appellant, & c.

Eremitas verò S. Augustini sub titulo S.  
Ioannis Boni, Gregori<sup>9</sup> Papa IX. in bulla ad  
Episcopos Marchiz Anconitanæ cōmemo-  
rat, ita scribens: Apparuit in partibus Lombardiz  
religio, cuius professores uocati Eremitæ Fratris Ioā-  
nis Boni Ordinis Sancti Augustini, nūnc succinctis  
tunicis cum corrigijs, baculos gestantes in manibus,  
nunc uero, dimissis baculis, incedebant, & c.

Eremitas de Britinis agnoscit ipse Grego-  
rius Papa IX. & Prioribus, & fratribus illius  
Eremitæ scribit, Apostolica eis benedictione li-  
beraliter impertita, sub beati Petri; & nostra  
protectione, suscipimus specialiter Ecclesiam Sancti  
Blasij de Britinis cura pertinentijs suis, & c.

Innocentius quoque Papa Quartus ante  
generalem vnionem Ordinis Fratrum Ere-  
mitarum Sancti Augustini, per Alexandrū  
Papam Quartum scripsit: Dilectis filiis priori-  
bus, & fratribus Eremitis in Ultramontanis par-

Naucl. ad  
ann. 1117.

Trulluslib.  
1. Ordinis  
Canonici.  
c. 11.

Bulla Grē-  
gorij Papæ  
IX.

Eremitæ Sa-  
Ioannis Bo-  
ni erant Au-  
gustinenses

Bulla ad E-  
remitas de  
Britinis Au-  
gustinianæ  
professio-  
nis.

Bulla Inno-  
centij Papæ  
4. ad Ere-  
mitas S. Aug-  
uiter mon-  
tanos.



Eremitæ S. Augustini tempore Innocentij 4. habent Generale Priorem.

tibus constitutis tam presentibus, quam futuris regularem vitam professis, & c. Ordo Canonicus; qui secundum Deum, & beati Augustini regulam in domibus ipsis, auctoritate Apostolica institutum esse dignoscitur; perpetuis ibi temporibus inuiolabiliter obseruetur, & c. Obeunte verò Generali Priore vestro, vel suorum quolibet successorum, nullus vobis, qualibet surreptionis astutia, preponatur; nisi, quæ fratres communi consensu, vel fratrum maior pars Concilij sanioris, secundum Deum, & beati Augustini regulam prouiderit eligendum, & c.

Ordo Frat. Eremitarū perpetuatur vsque ad vniuersitatem sub vno Generalissimo Priore.

S. Antonin. 3. p. histor. tit. 24. c. 13

Hæc habe, vt videas Ordinem Fratrum Sancti Augustini, & si varijs sub titulis, tamen perpetuatum, & iam vnitum, quoad illos, qui Sancti Augustini titulo fruebantur, sub vno Generali Priore, quousq; Papa Alexander III. sub vno priore Generalissimo, sicut hodie florent in almo Ecclesiæ gremio, eos in omni mundo coadunauit, vt & beatus Antoninus, & annotator historiarum eius Petrus Maturus Ordinis Societatis I E S V presbyter, præter communem, & vniuersalē Ecclesiæ traditionem, quæ semper hos ipsos Eremitas Ordinis Sæcti Augustini vocauit, & in eremis, & vrbibus, hoc modo testatur: *Sancta societas per Augustinum instituta, & per eum semper, vt dictum est, obseruata, non omninò disrupta*

rupta fuit, & abolita; sed in aliquibus bonis fratribus conseruata, donec nouissimis tēporibus, illam dispersionem Deus dignatus est adunare, sicut olim dispersionem Israelis congregauit.

Societas fratrum Eremitarum Augustini tēpore nunquam disrupta fuit.

C A P V T XXII.

De magna Fratrum Eremitarum amplificatione sub vno Priore Generalissimo.

**F**Allitur Ioachimus Abbas, cum asserit Canonicos regulares de nouo institutos fuisse per Sanctum Ruffum in Gallia: nam hic eos amplificauit, cæremonijs aliquibus instruxit, & non solum in Gallia, sed etiam in Italia, & in Etruria quam maxime, alijsq; locis, multa Regularium monasteria erexit, & c.

Ioach. in Intro. ad Apocalyp. c. 21. S. Ruffus Canonicorum ampliator. Bergom. in supplement. lib. 12. ann. 1107.

Non alitèr falsum scribit Volaterranus, dicens ex sua, & aliquorum sententia de fratribus Ordinis Augustiniani; quod ab initio, (vt ait Ioannes Andræas) ex pluribus Ordinibus, ac Eremitis, simul in vnum coacti sub Augustini nomine, cum baculo, & zona pellicea, ab Alexandro III. ac Sancto Bonauentura eius legato probati fuerunt: inter eos autem, qui huic vitæ generi initia dederunt, Guilbermus, quem alij alium tradunt,

Volat. libr. 21. Antop.

Vollaterrani dictū ex sententia Ioannis Andrææ refellendū.

apud plures vero Aquitania Dux fuit, anno ferme MCXVIII.

Etenim aliter se res habet; nam Augustiniani fratres Eremitę semper in Ecclesia Dei permanserunt, vt diximus, & continuata Satorum historia dicemus in Chronico: sed cum viuerent in diuersis congregationibus, & sub diuersis titulis, & aliqua habitus differentia, Innocentius imprimis Papa III. eos, qui sub titulo Ordinis Eremitarum Sancti Augustini viderat, sub vno Generali vniuit, per legatum suum Guilhermum Cardinale titulo de Sancto Eustachio, constitutionęq; fecit, de eorum habitu, quam postea cum multis alijs Alexander Papa III. ei suffectus ad vltimam vsque lineam perduxit, ac vnionem tandem omnium Eremitarum Sancti Augustini per legatum suum Richardum de Annibalis Cardinalem diaconum titulo Sancti Angeli; hæc narrat Ambrosius Coranus, & facile dirimunt Ioannis Andreae, Volaterrani, & aliorum lites, qui pro vno Ordine Fratrum Eremitarum plures, pro vnione illorum, vel sub vno Generali quod ad illos, qui vocabantur Sancti Augustini facta ab Innocentio Papa III; vel sub Generalissimo Priore facta ab Alexandro Papa etiam III, qui

Duplex Fratrum Eremitarum vnio; altera Congregationum tituli S. Augustini sub vno priore Generali; altera generalissima omnium Eremitarum Augustinici sum.

Prima vnio facta est per Innocentium Papam III. altera per Alexand. etiā nominellii

Innocentio III. & Alexand. III. nõ instituerunt de nouo, sed ornaverunt ordinę fratrum Eremitarum

qui etiam vniuit Fratres Sancti Guilhermi, Sancti Ioannis Boni, & alijs titulis insignitos, approbationem posuerunt; & quia legerant, Innocentium Papam iiii, qui fuit circa annos MCCXLIV. per Guilhermum Cardinalem titulo Sancti Eustachij protectorem eiusdem Ordinis Legatum suum Bononia sub vno Generalissimo fratres omnes Sancti Augustini ordinasse. Pro Guilhermo celebrem eiusdem Ordinis Eremitę Sanctum Guilhermum intellexerunt, & eum Ordinis Fratrum Eremitarum non dubitarunt auctorem asserere, & quod mirandum est, pro Sancto Eustachio, cuius titulo Cardinalis fuit Guilhermus Innocentij III. Legatus, introduxerunt Sanctum Bonauenturam, & legatum affirmarunt Alexandri III. qui, vt habet Gersonius etiam Eustachius appellatus est, sed Cardinalis factus a Papa Gregorio X. & sic minimę Legatus Cardinalis esse potuit Alexandri Papę iiii, qui precesserat & vnionem Fratrum Eremitarum, & constitutionę circa habitum, & alia eorum instituta iam ordinauerat, anno Dñi MCCLVIII. die vndecima Aprilis, vt notauit Ciaconius Dominicanus.

Narrant enim Ciaconius ipse, Hieronymus Plati Societatis presbyter, Sanctus Antoninus, quod & vir grauissimus Ambrosius Coranus

Cor. in chiro nic. fratrum Eremit.

Guilherm. titulo S. Eustachij Cardinalis Protector Eremitarum S. Augustini;

Gerf. p. r. i. i eul de laud. S. Bonau.

Annus, & dies vnionis Fr. Eremitarum.

Ciaconius in Alex. 4.

Hier. Plati. lib. 2. de Bon. status relig. cap. 2. 1.

S. Antonin.  
3. p. hist. ti-  
tul. 24.

Augustinus  
capite mag-  
nus membris  
exilis appa-  
ruit Alexan-  
dro II.

Ordo Fra-  
trum Ere-  
mitarū per  
Augustini  
membra in-  
telligitur.

Specialis E-  
remitarum  
excellencia.

Jordanus li.  
1. Vitae fra-  
trum. c. 19.

ranus ante centum annos in Chronico Fra-  
trum Eremitarum, hisce verbis; *Alexāder Pa-  
pa Campanus anno D. MCCLIV. qui sedit, annos  
septem, mensibus tribus, diebus quatuor; cui anno pri-  
mo Pontificatus sui in visione beatus Augustinus  
apparuit, magnus quidem capite, & parvus mem-  
bris; quam visionem sanē cum secum, & alijs sapiē-  
tibus putaret; interpretatus est Augustinum cum in  
Ecclesia triumphante, tum in militante, & sancti-  
monia, & doctrina, ac gloria magnum esse: membra  
verò exilia; quoniam eius Ordo Fratrum Eremita-  
rum S. Augustini parvus, & tenuis erat: tunc opti-  
mus Pontifex; ut diuino obediret oraculo, statuit  
religionem hanc mirum in modum amplificare; quod  
& multipliciter fecit, &c.*

Vnde in magnam huius familiæ præroga-  
tiuā reputauit beatus Iordanus de Saxonia,  
quod specialiter dilecta ab Ecclesia Roma-  
na, & veluti filia multis ornata beneficijs, tā-  
quam à suo institutore Augustino, in toto  
Catholicorum orbe fuerit: *Quod ergo ipsa san-  
cta mater Ecclesia ipsum ordinem Eremitarum per  
semetipsam, quasi à fundamento instituit, magis au-  
thenticum existimo, quam quod quicumq; homo san-  
ctus fecisset, cum nulli dubium esse debeat matrē Ec-  
clesiā regi ab Spiritu Sancto, & quidquid ab ea insti-  
tuitur, vel statuitur, ex instinctu Spiritus Sancti ge-  
stum*

stum, aut editum, nullatenus dubitatur. Hæc bea-  
tus Iordanus.

Martinus de Vatiāna in Hispanicis suis  
chronicis de beneficijs agit ab Ecclesia Ro-  
mana factis huic Ordini, sic proferens: *Ale-  
xander III. ad ciuitates ordinem Sancti Augustini  
adduxit, & multis priuilegijs auxit, atq; aliquos ex  
doctioribus fratres elegit Episcopos, aliquos verò Car-  
dinales.*

Ambrosius Coranus ait: *Ampliauit iste di-  
ctus Alexander hunc Ordinem sacratissimum indul-  
gentiis, & hoc tripliciter. Primo confirmando om-  
nes indulgentias datas per suos Prædecessores. Secū-  
do multas alias addidit, adeò quidem, ut prohibitū  
sit, in hoc Ordine, eas sub certo numero prædicare.  
Tertio voluit, quod omnes, & singule indulgentiæ,  
quæ erant in aliquo oratorio, seu Ecclesia particulari  
omnium prædictarum Religionum Sancti Augustini,  
sancti Guilhermi, sancti Ioannis Bōni ante prædictā  
unionem essent, & forent sine aliqua distinctione in  
toto Ordine.*

Addit ipse Coranus: *Præfatus Dominus Ale-  
xander auxit, & ampliauit Religionem hanc innu-  
meris priuilegijs in fauorem huius ordinis concessis;  
fateor me viginti quatuor de diuersis collatis vidisse.*

Ipse Pontifex protectorem S. R. Ecclesiæ  
eidem Ordini Cardinalem præfecit, & primū

P 5 Richar-

Martin. de  
Vatiāna in  
chron. Reg-  
ni Valenti-  
ni. in Iacob.

Aliqui Epil-  
copi, & Car-  
dinales.

Coranus in  
chronic. Fr.  
Eremitarū

Indulgentiæ  
huic Ordini  
concessæ.

Idē Coran.  
in chronic.  
Fr. Eremit.

Priuilegia.

Cardinalis  
protector.

Generalis Pater.

Titulus fratrum Eremitarum.

Bulla vnionis fratrum Eremitarum.

1. 6g. epist. apud Augustinum.

Aeneid. 8.

Beata Virgo patrona fratrum Eremitarum.

Richardum Annibalensem titulo Sãcti Angeli, Generalissimum Priorem instituit, quę munera deinceps obtinuerunt viri grauissimi; & eodem fratrum Ordinis Eremitarum S. Augustini titulo vbiq; gentium eos nominari iussit, atq; vniformi habitu vti, de quo dicemus inferiùs; hæc omnia patent ex bulla vnionis data ab eodem Pontifice Laterani V. Idus Aprilis Pontificatus sui anno 11.

Insignia Ordinis Fratrum Eremitarum, quibus, in sigillis magnis, ipse Pater Generalis Reuerendissimus vtitur, eodem tempore, ceperunt satis ostendentia filiam specialẽ Romanę Ecclesię esse Religionem Augustinianam: nam, vt Augustinus vir Romanorum verẽ optimus à Longiniano dictus est; res enim Romanas, & Catholicas conscientiarum incremento ampliavit, vt magis nemo: ita Eremitani eius monachi, ab Ecclesia Romana, tandem vniti, oblongum gerunt scutum Romanorum more, qui

..... Scutis protecti corpore longis.

In area cuius alba Deigenitrix Virgo stat ad dexteram, huius Ordinis patrona singularis; ad sinistram Pater, & institutor eius Augustinus monasticis vestibus indutus, & pontificalibus; Christus verò Dominus humani generis

neris Redemptor Cruci affixus est in medio, inter columnas duas operis Romani, & arcum triumphalẽ, cum his literis IC. XC. id est, Iesus Christus, Crucẽ Religiosus amplectitur ipsum representans Eremitarum Ordinem; marginem circuit hæc inscriptio: *Augustinus lux Doctõrum; malleus hæreticorum.*

Ipse Sũmus Pontifex Romanus hunc Ordinẽ ciuitates inhabitare iussit, quod faustẽ contigit: nam, vt quidam scripsit, omnes populi semper Eremitas Augustinianos pacifico animo amplexi sunt; & tunc impleta dicitur à Sãcto Antonino illa Ioachimi Abbatis propheta: *Surget Ordo, qui videtur nouus, & non est, indutus nigris vestibus, & desupèr zona: super quæ, sic ordo Eremitarum Sancti Augustini videtur nouus propter nouam in ciuitatibus inhabitacionem: sed non est nouus, propter antiquam eius institutionem.* Hæc Sanctus Antoninus.

Insignia ordinis fratrum Eremitarum S. Aug.

Habitatio ciuitatum.

Antonius de S. Roma no in præfatione libri vulgari smẽ sa franca ap pellari. Ioach. in In trod. ad Apoc. c. 21.

S. Anton. 3. p. cap. 24. tit. 24.

C A P V T XXIII.

Plura beneficia facta Ordini Fratrum Eremitarum ab Ecclesia Romana.

**M**ultæ huic Ordini datæ sunt Ecclesiæ in vrbe, & speciatim Romæ prope Ecclesiam Sancti Triphonis ijdem Eremitæ inhabitarunt, quam Papa Honorius III. eis

Monasteriũ S. August. de vrbe.

can-

Archiva Erem. Romæ. tandem vniuit per Bullam datam apud S. Sabina. Decimo Kalendas Martij anno Dñi MCCLXXXVII. Pontificatus sui anno II.

Monasteriū Domine nostræ de Populo. Ecclesia celeberrima Romæ, diuina reuelatione facta, & dicata Beatæ Virgini de Populo, prope portam Flaminiam; vbi sub arbore nucis Nero sepultus iacuit; condonata dicitur ab ædificatore Papa Paschali I I. Eremitis Augustinianis trans Tyberim inhabitantibus, vt Compendium rerum eiusdem Ordinis iussu Seripandi Romæ in lucem editum habet, & Ambrosius Coranus in prima parte sui defensoris. Et postea Gregorius Papa IX. huius Ordinis amicus dedit eisdem Eremitis imaginem Beatæ Virginis manibus S. Lucæ Euangelistæ depictam in tabula; multi etiam Summi Pontifices alia beneficia contulerunt Eremitis huius monasterij, qui adeo in eo sunt antiqui, vt tēpore Sixti Papæ III. qui floruit ab anno MCCCCLXXI; dum, præfata Ecclesia restauraretur, fuerit reperi- tum quoddam sepulchrum cum hac inscriptione.

Imago Dei- genitricis depicta à S. Luca Euā- gelist.

Sepulchrū in Ecclesia D. Nostræ de Populo Romæ re- pertum.

*Ann. D. MCCXXVI. Hic iacet corpus Fratris Ioannis de Ordine Fratrum Eremitarum S. Augustini, qui vixit pro ordine annos duos, menses quatuor, dies duodecim.*

Nec solum nomen Eremitarum retinere, sed etiam vitam in antiquis eremitorijs permisit Alexander Papa III. & in terminis vrbis, & eremi eos columbas esse domesticas pulchras; pingues, deargentatas, & pallore auri linitas ante Deum, & populos; sic enim Sanctus Antoninus referens aliqua ex multis beneficijs huic Ordini facta denarrat in tertia historiæ suæ parte: *Idem Dominus Papa intendens illorum deuotioni satisfacere, & nihilominus per fratres eiusdem Ordinis fructum salubrem in populo producere; sic ordinauit, vt prioribus locis eremiticis retentis, quicumque deuotionem haberent eremiticam vitam ducendi, possent secundum dispositionem suorum superiorum in locis talibus commorari: qui vero ex eis ad fructificandum in populo esset idonei, illi deberent in ciuitatibus habitare, & populo prædicare, ac confessiones audire.*

Sanctus Antoninus modum professionis celebrat, quem ab ipso tempore vnionis generalis ita proferunt Eremitæ: *Ego frater N. facio professionem, & promitto obedientiam Deo, & Beatae Mariae Virgini, & beato Patri Augustino, & tibi Priori Generali Ordinis Fratrum Eremitarum S. Augustini, & successoribus suis, vel tuis, & viuere sine proprio, & in castitate, secundum regulam S. Augustini, usque ad mortem.* Hæc ille.

Eremitæ Augustinae regulæ & in eremis viuunt, & in vrbibus.

Anton. tit. 24. c. 14.

Professionis forma. S. Antonin. 3. p. tit. 24. c. 14.

Laudat ipse beatissimus Archipræsul Florentinus, Ordinis Prædicatorum flos, Augustini regulam, dicens: *Contenta in ista regula tanta sunt consideratione digesta; quod nullo tempore apud Apostolicam sedem fuit dubitatum de contentis in ea.* Postea Constitutiones eiusdem Ordinis Eremitarum idem Sanctus Antoninus scribit ex auctoritate sedis Apostolicæ traditas; ita enim subdit: *De quibus constitutionibus tenendum est, quod factæ sunt per Patres ipsius ordinis de speciali mandato, & auctoritate sedis Apostolicæ, prout liquet ex privilegio Domini Innocentij Pape III. quæ quidem constitutiones olim per antiquos Patres editæ sunt. Postea tēpore bonæ memoriæ fratris Clemētis Prioris Generalis fuerunt emēdatæ, & melius ordinatæ: cum enim idem venerabilis Pater, quodam tempore, ad conuētum Senēsem accessisset, audiens de persona præclari viri fratris Augustini de Terano, qui tunc temporis in eremitariis Rossie, in magna humilitate degēbat, statum conditionis sue personæ, quantum potuit occultando; nec enim unde quaq̄, latere potuit Lucerna sub modio posita: unde idem Prior Generalis eum accersitum in socium suum assumpsit, & ducēs eum secum ad curiam Romanam, ipsum licet inuitum fecit presbyterum ordinari: conuersantes iidem duo præclarissimi Patres simul cōstitutiones Ordinis diligētī studio reu-*

S. Antonin. ubi supra.

Regula S. August. laudatur.

Cōstitutiones Ordinis Eremitarū

Beati Clem. & Augustini de Terano generales Ordinis Eremitarū S. P. Augustini præclarissimi.

reuerunt; easq̄, sicut zelatores feruentissimi Religionis huius ordinatiōis ediderunt, &c.

Tria huic Ordini data sunt officia in sacro palatio Summi Pontificis, vt scilicet ex eodē assumeretur Cōfessor, Sacrista, & Bibliothecarius, scribit id in Chronic. Fratrum Eremitarum Episcopus Signinus sex referens Eremitas grauißimos, quos inuenit his tribus muneribus ornatos, ad tempus vsque R. Fr. Ioānis Tyfernatis Massensensis, qui septimus fuit eiusdē Ordinis Bibliothecarius, Sacrista & Confessor Pij II. & Xisti III. Quo mortuo, Xistus Papa IIII. noua in Vaticano Bibliotheca, de qua alibi differam, constructa, officium Bibliothecarij à Sacrista munere distinxit, Iuliano Dato Abbate S. Sebastiani sacrista; Platina vero noua Bibliotheca Bibliothecario facta. Ceterū officium sacristæ ab Alex. VI. Ordini restituito, id adhuc Fratres Eremitani S. Augustini in pace obtinent. Hæc Onuphrius.

Tria Eremitarum officia.

Iosep. Pamphilus Episcopus Signinus ad ann. 1316.

Onuphrius in libro Ecclesie Lateranensis.

Addit ipse auctor Onuphrius; *Pro certo est habēdū cōfessores audiēda pœnitētiæ fuisse Augustinianos in Romana Ecclesia, quod munus ab officio sacristæ, & custode sacrarū distinctū supra ostēdim⁹.*

Onuphrius in eodē Ecclesie Lateranensis libro.

Et omni memoria dignus huius Ordinis Episcopus Olorensis, deinde Condonensis, & demum Electensis reuerendus admodum Petrus de Asalhitij, qui tempore septem Sū-

morum Pontificum, hæc tria olim habuit officia, & adhuc in Bulla Translationis beatæ matris Monicæ appellatus est *Sacrista Sedis Apostolicæ, & eius Confessor*; Sic in archiuo Romano Fratrum Ordinis Eremitarum scriptum propria manu reliquit: *Et quia in Romana Curia inter tres ordines mendicantium sint distincta officia, videlicet Prædicatorum, Minorum, & Augustinensium, & antiquitus per Summos Pontifices fuerunt ordinata, & ex laudabili consuetudine approbata: videlicet quod Prædicatores habent officium magistri sacri palatii; Minores officium hæreticæ prauitatis; & propter hoc, quod Curia Romana communiter solet moram trahere Romæ, vel Aninione, ideo in istis duabus ciuitatibus Ordo Minorum habet istud officium, & non Prædicatores: Augustinienses vero habent officium Sacristæ Papæ, & etiam Confessorum; ac custodia librorum Palatii; & si prædicatur, quod aliqui Summi Pontifices confessi sunt, vel fuerunt alteri; dico quod nomen tamen remanet ordini; prout de præfenti fit, quia quâuis Dominus Eugenius Papa iij. alteri confiteatur; nomen tamen Confessoris mihi Electensi Episcopo attribuitur, & exercitium officij Sacristæ. Hæc ille.*

Datum est ab ipso Summo Pontifice Ioanne XXII. qui propter illum Ioannem, quem falsò dicunt fuisse mulierem, de numero Summorum

morum Pontificum huius nominis tollendū iam XXI. dicendus est, vt fratres Ordinis Eremitarum ibidem habitarent, vbi corpus Sanctissimi Patris Augustini sepultum iacebat; qua de re scribimus alibi; nunc enim verba huius Pontificis tantum audiantur: *Dignum arbitramur, & congruum, vt vbi tanti Doctoris, & Præsulis corpus tumulatum quiescere dicitur, ibi ultra id, quod sibi honoris, & laudis ab vniuersali exhibetur Ecclesia, singulari quadam reuerentia, à vobis, & Patribus vestri Ordinis, qui sub eiusdem Patris Regula degitis, & sancta obseruatione militatis, quiq; diuinis insistitis laudibus, vacatis orationi, intenditis exhortationi, in sudatis studio, & animarum saluti propensius inuigilatis, specialiter honoretis, quatenus vbi tanquam membra suo capiti, filij patri, magistro discipuli, duci milites coherentes Deo, & ipsi Sancto, auctoritate fulti Apostolica, præcordialius iubiletis; vbi, & præceptoris vestri, patris, & ducis Augustini noueritis reliquias fore sepultas, &c.*

Corpus beatæ Monicæ donatum ab optimæ memoriæ Papa Martino V. multa miracula operatum est in Ecclesia Fratrum Eremitarum Romana; dicente eis ipso Summo Pontifice. *At vobis quantum gloriari licet fratres deuotissimi, qui sub tanto magistro militiam geritis,*

Q qui

Bulla translationis beatæ Monicæ.

Archiuo ordi. Eremitæ, Romani.

Magister sacri palatii Dominicanus.

Romanus sancti officij Inquisitor ordinis Minorum.

Confessor Papæ Sacrista, & Bibliothecarius Eremitæ Augustinianus

Eremitæ bene habitare, vbi est corpus S. P. Aug.

Bulla Ioan. 220

Laudes fratrum Ordinis S. Aug.

Martinus Pap. V. in feri mone de Translat B. Monicæ.

Corpus S.  
Monicæ da-  
rum est Au-  
gustinianis

qui sub tanto nomine religionem seruatis, qui ad spe-  
ciem tanti præclari exempli vitam exponitis iam  
deinceps honorate in filio matrem, duobus aqua re-  
ligione seruite. Ac si fortassè & mulieribus huius  
religionis forma placuerit, una erit beatissima Mo-  
nica cuius exemplum imitentur; una erit matrona  
sanctissima, cuius virtutem sequantur; una erit  
cælestis vidua, cuius felicitatem amplectantur.

Eugenius  
Papa I I I.  
canoniza-  
uit S. Nico-  
laum vt ef-  
fet aduoca-  
tus vnionis.

Papa Eugenius beatum Nicolaum Tolent-  
tatem huius Ordinis ornamentum, in pa-  
tronum Ecclesiæ Romanæ cœlitus adopta-  
uit; ne schismata darètur, & eius Canoniza-  
tionem celebrari voluit ob votum impetra-  
tum, vt habet Breuiarium Ordinis Eremita-  
tarum die quinta Iunij; nam post eius Cano-  
nizationem, celeberrimum, maximumque  
illud miraculum extitit, quod Ecclesia Ro-  
mana iam per annos amplius quinquaginta  
schismatum disidijs grauitè affecta, beati  
Nicolai meritis, & intercessione, summam  
deindè pacem consecuta est; vndè Oratio-  
nem in eius festo sic idem Pontifex primò  
decantauit: *Concede quasumus Omnipotens Deus  
vt Ecclesia tua, qua in fine seculorum, ineffabili pro-  
uidentia, beati Nicolai Confessoris tui virtutū, &  
miraculorum magnitudine corruscat; ipsius meritis,  
& intercessione perpetua pace, ac vnitato letetur.*

Oratio in  
laudem Sā-  
cti Nicolai  
Tolentina-  
tis.

Et

Et quia speculum veritatis est Ecclesia Ro-  
mana, ideo eius specialis Ordinis Eremita-  
rum seruus, & ante Deum aduocatus, cum  
speculo solari depingitur, vt hisce verbis an-  
notauit Scipio Iardinus, tanquam benefi-  
cium non parui momenti collatum huic Or-  
dini ab Ecclesia Romana: Atq; hisce Romana  
Ecclesia rationibus (ait ille) solaris facis speculum,  
aut cælestis sideris corpus in pectore omnium imagi-  
num Sancti Nicolai effingi permittit. Eugeniusq;  
Romanus Pontifex iussit Diuum Nicolaum om-  
nino cum habitu nigredinis, & corij cingulo fide-  
lità depingi; vnde suo quisq; limpido intuitu facilè  
intelligere possit eum ad eremitanam Diui Augusti-  
ni religionem, sub qua vixit, spectare; liliūq; can-  
dore nitescente in manu eiusdem, aut sculptum, aut  
coloribus confictum pro qualitate sculptæ, aut effi-  
ctæ imaginis apponi, vt Sancti ipsius Nicolai lim-  
pida virginitas ex candore lilij manifesta fiat; de-  
mumq; in altera manu inspici libellum imperauit,  
intra quem leguntur hæc verba: *Præcepta Patris  
Augustini seruauit, & in eius dilectione maneo.*  
Hæc sufficiant pro factis beneficijs huic Or-  
dini ab Ecclesia Romana ex aliqua parte nu-  
merandis.

Qua de cau-  
sa S. Nicol.  
depingitur  
cum specu-  
lo solari in  
pectore.

Scipio Iar-  
dinus in vi-  
ta S. Nicol.  
Tolentina-  
tis. c. 202

Liliū in  
manu S. Ni-  
colai.

Regula San-  
cti Aug. in  
manu S. Ni-  
colai Tolē-  
tinatis.



De habitu albo Augustinienſium, de ſcapulari, & titulo Domina noſtra de Gratia.

**H** Abitus Religioſorum ſemper fuit niger; ſi ad primam eius originem oculos conuertamus: vnde de Helia, & filiis prophetarum, ait Ioannes Hieroſolymitanus:

*Huius autem tam melote, quam veſtis aſpera geſtatio ſignificat monachum, cuius officium eſt lugere ſe, & mundum, debere Deo exhibere ſedulorum paenitentia fructum; in aſperitate enim veſtis punctio peccatorum: in colore autem eius, qua atramentario vel nigro eſt infecta, puluis oſtenditur mortuorum.*

Huic rei facit Epiſcopus Sipontinus veſtes aſſerens ex pilis camellorum, & caprearum, eſſe nigri coloris, vt Lazarus Bayphius notat in ſua reueſtiaria.

Apoſtolici viri, & primi noui teſtamenti Religioſi nigrum continuarunt habitum; ait enim de illis Hiſpanus Prudentius;

*Squalent recincta veſte pullati Patres.*

Tunc monachi Aegyptij nigris induti veſtibus ambulabant, vt refert Eunapius in vita Aedeſij, quos ſequuta eſt Melania Ruffini ſocia,

cia, quam ex Oriente venientem commemorat beatus Paulinus Nolanus, & ait; *Vidimus dignam Deo huius mundi conſuſionem, purpuream, ſericam, auratamque ſuppellectilem pannis veteribus, & nigris ſeruientem.*

Ex Oriente etiam monachiſmum inuexit Mediolanum Sanctus Martinus Archipraeful poſtea Turonenſis, de quo, & multis alijs Petrus venerabilis mentionem facit concludens in epiſtola quadam ad beatum Bernardum: *Ecce non ſolum viri antiquae religionis, ſed etiam mulieres ſanctitatis propoſitum aſſumentes veſtibus nigris uſi ſcribuntur; nam vt quod ſentiam, fatear, uſum eſt, vt mihi videtur magnis patribus illis nigrum hunc, de quo agitur, colorem, magis humilitati, magis paenitentiae, magis luctui conuenire.*

Ex ijs, qui primos Mediolani monachos Sancti Martini ſequuti ſunt, vnus opima laude praetans habetur Sanctus Simplicianus, a quo Pater Auguſtinus cucullam nigram accepit, & in Africam introduxit: vnde ſic Editae habitum monaſticum induta ſine mariti facultate ſcribebat: *Quid enim abſurdum, quam mulierem de humili veſte viro ſuperbire, cui te potius expediret obtemperare candidis moribus, quam nigellis veſtibus repugnare.*

Sic Eremitae S. P. N. Auguſtini qui erant

Paul. epiſt. 12.

S. Martinus Turonenſis geſtauit habitum nigrum.

Lib. 5. epiſt. epiſt. 15.

Monachi Africani geſtabant habitum nigrum.

Aug. epiſt. 99.

Ioan. Hier. de ſtat. monaſt. c. 9.

Habitus niger in uerbo lege geſtatur.

Bayphius de re ueſtiaria. c. 9.

Apoſtolici viri pullati.

Prudent. in Hymn. ieiunantium.

Menachi Aegyptij nigris veſtibus utebantur.

Erēmitæ  
Tirioſes  
geſtabāt ha  
bicū nigrū  
in Gallia.

in Tuſcia, vel antequam ſub regula eius prope Centumcellas reformati eſſent, vt ait beatus Henricus de Vrimarya allegans regiſtrū Papale; vel poſt illam reformationem nigris vtebantur veſtibus, & conſequenter Sanctus Honoratus, & cæteri Lirinēſis eremi monachi, qui ex Tuſcia ſuam diriuarunt inſtitutionem: vndè Sanctus Epiſcopus Ruricius ad vnum illorū nomine Agricola ita ſcribit:

Rucius lib.  
2. epiſt. 33.

*Supereſt, vt nunc profeſſionem, quam protuliſtis in veſte probetis in corde; & cōmutatio inter indumentum veſtrum habeatur, & animum: vt ſicut ille ſub candidis veſtibus habuit huc uſq; nigredinem: ita nunc ſub pullis veſtibus operum luce candeaſcant.*

Probus in  
vita S. Pa-  
triciij ap. 3.  
rom. Bedæ.

Sanctus Germanus fuit monachus Lirinēſis, & conſequenter beatus Patricius, qui cū ipſo, vt ait Probus per aliquot annos vixit: & indè tam Canonicum, quàm Eremiticū, ſub Auguſtiniana regula inſtitutum ſic ampliavit in Hybernia, Anglia, Germania, ac etiam in Italia per Sanctum Columbanum, & prolixè ſcribit deuotus Bernardus de eiſdem religioſis, quod eo potiffimū tempore, Dauid illos verſiculos *Præcinnuiſſe videatur viſitaſti terram, & inebriaſti eam, multipliciſti locupletari eam, &c.*

Bern. in vi-  
ta S. Mala-  
chiæ.

Pſal. 64.

Quærimus ergo, vndè, vel quomodò habitus

bitus albus ad Auguſtiniēſes venerit? Baronius ad illud vitæ Sancti Fulgentij habens de veſtibus eius monaſticis; *Nigello, vel lactineo pallio circundatus inceſſit*, ita ſcribit; *quibus nullam, vt vides, apud eos diſcriminationem fuiſſe colorum: num albo, vel nigro pallio vterentur dūmodo, quem exhibuit in velleribus natura colorem abſque delectu in veſtibus uſum retinerent.*

Sententia  
Baronij de  
habite albo  
Vica Sancti  
Fulg. c. 18.  
Baron. ann.  
ſoſ.

Sed hæc diſplicent: nam, vt ſupra monſtrauiſmus habitum etiam colore nigro infectū geſtabant antiqui monachi; nec auctor vitæ Sancti Fulgentij dicit ab eo geſtatum fuiſſe vel nigrum, vel album habitum, ſiue talarem veſtem, de qua ſermo hic excitatur; ſed tantū pallium, quod poterat eſſe album, vel cuiuſcunq; coloris, cum non ſit monaſticæ religionis ita proteſtatiuus, vt tunica talaris; Hinc beatus Hieronymus, *Solent (ait) quedam cum virginem ſpouderint, pulla tunica eam induere, & furuo operire pallio.* Hæc ille pullam dicens tunicam, id eſt habitum; non ita pallium.

Pallium po-  
terat albu  
eſſe non ha-  
bitus, hoc  
eſt tunica  
talaris.

Hier. epiſt.  
12.

Sed olim fuerunt quidam Inſularum incolæ; quos prope noſtram Luſitaniam, vbi nunc eſt Promontorium Sancti Vincentij, antea Sacrum appellatum, quos ita memorat Dionyſius Alexandrinus:

Calsitheri-  
des inſulæ.

Diony. Ale-  
xand. de Si-  
tu orbis.

De vita, & laud. S. P. N.

Europa caput est; unde mons sacer eminent altus  
Hesperides stagnum generant, ac incolit illas  
Æmula virtutis generatio diues Iberum.

Divisio Episcopatuū Hispaniæ.

Et adhuc tempore Bambæ Gothorum regis in diuisione Episcopatum facta circiter annos DCVII. legimus *Portus habeat ab Albia vsq; ad Losolam, & ab Olmos vsq; ad Casitherides.* Portus est nobilissima vrbs, à qua nomē Portugalia accepit; & multa ego perindè ac patria mea germana, & dulcissima.

Ptholomæus in tabulis.

Procedebant autem istæ insulæ, quæ decem erant, & magnæ, ad Hyberniam vsque, prope quam eas collocat Ptholomæus in sua descriptione, & de earum habitatoribus ita loquitur Eustachius Episcopus Thessalonicensis; *Casitherides omnes Malancheni inhabitant, homines atris, talaribusq; vestibus induti, & cincto thorace, semper virgas gestantes, pœnarum more, quæ in tragedijs simulantur, ut priscis visum est.*

Eustachius super carmina superius repetita Dionysij de situ orbis.

Vt autem in Hyberniæ partibus, vbi multi erant Magi, nigras vestes, accinctum cingulum, & baculum gestantes cum signo T. sicut ambulabant isti Malanchæni; ita bene factum est, vt illic monachi, qui antea gestabant habitum eodem modo, non solum cucullam, siue habitum, sed etiam corrigiam gestarent albam, atque baculum curuum per bea-

Aurel. Aug. Liber quartus. 125

beatum Patricium edocti, de quo supra scripsimus, & in vita eius ita Gocellinus: *Super cetera indumenta cuculla candida amiciebatur, ut ipse habitus forma, & colore monachatus sui speciè, & candorem humilitatis, & innocentie representaret: unde, & monachi in Hybernia Sancti Patricij sequendo vestigia per multa temporum volumina habitu simplici contenti erant, quam ouium ministrabat lana, qualibet extrinseca tinctura remota.*

Gocellinus in vita Sancti Patricij. c. 8.

In Hybernia cepit habitus albus.

Sic erat corrigia alba, & velum, ac habitus sanctimonialium: de discipulo namq; Sancti Patricij narrat Hector Boetius, qui *Brigidam præcipuam Hyberniæ sanctimoniam Deo consecrauit, deditq; ut alba tunica, scortea intercinctâ zona, uteretur, tegumento capitis laneo, candenti, quadrato, à ceruice ad humeros directo.*

Hector Boetius libr. 9. de rebus Scotorum.

Igitur, vt Canonici Regulares in alijs partibus vestes nigras habent, quia ex Eremitis procedunt etiam nigris: sic beatus Patricius monasterialia instituta constituit in Hybernia; & ex eremo aliqui monachi desumpti sunt ad seruiendum Ecclesijs albas vestes gestantes; hinc & Canonici albi, & Eremitæ S. Augustini, vsque ad Papam Gregorium IX. qui ab Alexandro III. adhuc Cardinali admonitus prouidit, *ut priores, & vniuersi, ac singuli fratres predicti Ordinis Sancti Augustini in*

Canonici albi, vel nigri ceperunt esse, postquam monachi, vel albi, vel nigri, assumpserunt officia clericalia.

Bulla Alex. 4. ad Episc. Lombardiæ, Tusciæ, & cæc.

exte-

exterioribus vestimentis, qui nigri, vel albi debeant  
 esse coloris, quorum altero, videlicet nigro iam  
 electo ab eis, ipsos idem prædecessor voluit habe-  
 re contentos, largas, & protensas manicas, quas  
 ad instar cucullarum, & desuper ipsas deferunt  
 per amplas corrigias, & patentèr omnibus appa-  
 rentes: ita quod omnes cincti desoris eas vestes  
 nequaquam contegerent, & portantes in mani-  
 bus baculos quinque palmorum grandium, ac ex-  
 presse in eleemosynarum petitione cuius sint ordi-  
 nis declarantes, adeo suarum vestium longitudi-  
 nem temperarent, quod à quibuscumq; ipsorum cal-  
 ceamenta liberè viderentur.

Ex hac Bulla constat Eremitas Sancti Pa-  
 tris nostri AVGVSTINI vel albo, vel  
 nigro habitu vsos fuisse; quousque Alexan-  
 der Papa III. eos sub vno Generalissimo  
 Patre tandem vniuit, & constitutionem ab  
 ipsis, & Cardinali Richardo Annibalensi,  
 titulo Sancti Angeli ipsorum protectore fa-  
 ctam confirmavit, quæ iubet habitum ta-  
 lem esse, vt deinceps antiqui, & anteceden-  
 tes vnionem non curuo, aut cum signo Cru-  
 cis, sed recto baculo vterentur, & cucullas  
 nigras amplis zonis strictas, atque scapula-  
 ria alba gestarent.

Qui verò nouitij essent, & post vnio-  
 nem

nem generalem accepti, tunicam indue-  
 rent albam, & scapulare etiam album in-  
 tus; foris verò cucullam, siue cappam ni-  
 gram, atque caputeum eiusdem coloris præ-  
 cinctam ampla corrigia; sic duplicem nunc  
 habent habitum Eremitani monachi, alterū  
 claustralem, & intrinsecum albū, quem hère  
 ditarunt à suis Hyberniæ patribus, Patricio,  
 Columba, Congello, Columbano, &c. alte-  
 rum vero nigrum, suæ institutionis propriū,  
 & publicum à P. Augustino, Alipio, Paulino,  
 Piniano, Honorato, Hilario, Fulgentio, Gui-  
 lhermo, & Ioanne Bono diriuatum. Deniq;  
 Conuersi gerere debent, secundum eandem  
 constitutionem, tunicam nigram cum ca-  
 puteo, & scapulari eiusdem coloris, præ-  
 cinctam corrigia; prout apud Germanos Ra-  
 tisbonæ depingitur beatus Federicus eius-  
 dem Ordinis Conuersus felicissimæ memo-  
 riæ. Constitutio autem de habitu Fratrum  
 Eremitarum per ipsos, & Protectorem Car-  
 dinalem titulo Sancti Angeli Richardum  
 de Annibalis, ita se se habet: *Cum Ordo ve-*  
*ster nobis sit à Domino Papa commissus, illa sta-*  
*tuere, & cogitare cogimur, per quæ vobis & ho-*  
*nestas proueniat: unde, habito consilio quorun-*  
*dam Fratrum vestrorum, tenore presentium duxi-*

S. Federic9  
 ordinis fra-  
 trum Ere-  
 mitarū Cō-  
 uersus.

Richardus  
 de Anniba-  
 lis Diacon9  
 Cardinalis  
 in constru-  
 ctione ad fra-  
 tres S. Aug.

Quando Ere-  
 mitæ S. Augu-  
 stini, omnes  
 intus al-  
 bum habi-  
 tum, foris  
 nigrum por-  
 tare coepe-  
 runt, & à  
 quibus verū  
 que diriuat-  
 runt.

mus statuendum; quod fratres vestri Ordinis professi deferant cucullas nigras prout habere poterunt, in cuiuslibet prouincia, tamen non tinctas, nec accidentaliter coloratas desuper corrigiis cinctas, & in manibus crocias (ita vocat baculos) in quorum superiori non sit curuum lignulum, sed directum: scapularia verò alba cingulis desuper cincta. Nouitii autem ferant cappam nigram usq; ad talos, tunicā albam, & scapulare album, corrigiam, crociam memoratam. Conuersorum verò habitus sit portare superiorem tunicam nigram, scapulare vero nigrum, & capucium nigrum, & crocias supra dictas: quæ cuncta studio vigili, dante Domino, obseruate.

Alexander Papa III. omnino Eremitas exemit à gestādis baculis, & ante ipsum etiā Gregorius Papa IX. vt aduertit Iordanus, apud quem malè scriptum habetur B. Gregorius pro Gregorio 9.

Scapulare religiosorum diriuatum est à legali veste, quam vocabant Ephot, siue super humerale; Erat autem (inquit Ioannes Hierosolymitanus) super humerale, vestis sine manicis usq; ad renes, in utroq; latere aperta, brachiis enutatis, cuius posterior pars in humeris copulabatur parti anteriori: nouæ autem legis tempore, huic vesti in apertura colli iunctum fuit caputeum regens caput, & spatulas, vt omnino quoad formam, &

nomen

nomen legalis illa vestis euanesceret; nam vt Sanctus Hildebertus canit:

*Cruce clausit templum; crux soluit enigmata legis;  
Sub Cruce cessat Ephot.....*

Prætereà scapulare religiosum habens coniunctum caputeum, caracala vocatur: Hinc Sanctus Eugendus, qui fuit Eremita Lirinēsis, Caracala, vel scapulari cilicino utebatur: & Sanctus Eucherius, eiusdē professionis Eremita, sic ait: Ephot vestis sacerdotalis, quæ super indumentum, vel super humerale appellatur; est autem secundum caracala modum, sed sine cucullo.

Ab antiquissimis ergo temporibus scapulare durauit absque lite aliqua, in Ordine fratrum Eremitarum, simul & habitus claustralis, quem cum vellet vel tollere, vel in aliquo mutare, Benedictus Papa XI. vt aliquod daretur discrimen inter religiosos Dominicanos, & Augustinienses, qui in claustris eodē fermè habitu vtuntur. Eremitæ votum fecerunt ante Beatam Virginem Perusijs, vbi tunc Curia Romana residebat; quod omnidie, festo non impedito, recitarent primam Officij Beatæ Virginis vigiliam, cum tribus Sanctissimi Patris Augustini lectionibus, & assignatis responsorijs, sub hac Antiphona; *Benedicta tu.* Si sibi claustralis habitus, & spe-

ciatim

S. Hildebertus libro de concordia noui, & veteris testamenti.

Sarius die 1. Ianuarij.

Euch. lib. 2. institut. ca. 10.

Eremitæ fecerunt votum recitā di primos tres Psalmi Officij beatæ Virginis ob deuotionem B. Virginis de Gratia.

Crociæ sūt baculi frat. Eremitaru.

Habitus cō uersorū Ordinis Eremitaru. n.

Baculus nō est iam in usu Eremit.

Iord. 1. vit. frat. c. 15.

Ioan. Hiero solymit. de stat mona. c. 39.

Scapulare.

ciatim scapulare dimitteretur intactū de mādato Summi Pōtificis, qui voti sui participes, vsque hodie deuotē promissa cōplent ab anno Domini MCCCIV. monumenta Eremitarum Perusina rem hanc, & tabulis depictā habent in Ecclesia, & memoriā seruant, pro vt etiam inuenimus in antiquis Ordinis Eremitarum officijs in hæc verba: *Quem scilicet habitum album amouere à nobis intendebat Papa Benedictus, & uni alteri religioni tradere volebat: at Patris nostri Perusij, ubi Curia Romana residebat tunc ibi ante Virginem vouerunt omni die dicere ad laudem Virginis infra inscripta, & habitum claustralem Beatæ Virginis dimisit intactum.*

Officia Ordinis Eremitarum impressa anno 1514.

Votum Eremitarum.

Habitus albus Eremitarum beatæ Virginis dicitur.

Prosper eō gra collatorum, & in chronico, an. 430.

suos Eremitas frequentare docuit, & à Donatistis ob eam fugillatos ita defendit: *Insultare nobis audent, quia fratres cum vident homines inquitunt Deo gratias, qui dicit Deo gratias, gratias agit Deo. Alibi circa eandem salutationem scribit: Quid melius & animo geramus, & ore promamus, & calamo exprimamus, quam Deo gratias: hoc nec dici breuius, nec audiri letius, nec intelligi gratius, nec agi fructuosius potest.*

Titulus gratiæ continet Augustiniani. August. in Psal. 132.

Aug. epist. 77.

## CAPVT XXV.

## De reuisione Fratrum Augustinienſium cum Patre suo Augustino.

Trum Luitprandus corpus beati Patris Augustini translatum ex Sardinia Papiam tradiderit vel Eremitis, vel Canonicis Regularibus, aut potius Benedictinis monachis, non satis mihi liquet: sed hoc vnum certum est, quod, destructo Longobardorum regno, datum fuerit Ordini Sancti Benedicti à Carolo Magno, propter excellentissimū eiusdem Ordinis professorem, magistrū suum ab alijs Albinum, ab alijs, & melius appellatum Alcuinum, habitarunt autem ibi mona-

Corpus beati Patris Augustini datum est Benedictinis, postea Canonicis.

monachi Benedictini ad tempus vsque Innocentij Papę III. vt refert Thomas Cantapranus addens causam, ob quam, illis exclusis, vniti sunt Canonici Regulares, in eodem loco, cum Sancto Patre Augustino.

Eremitę verò nostri sic vniti cum eodem Sanctissimo Patre commemorantur à beato Iordano de Saxonia: Tenente gubernaculum Ordinis in officio generalatus Venerabili Patre Fratre Guilhermo de Cremona, sacra Theologia eximio professore: idem Pater, sicut erat vir prudens, & prouidus, ac fidelissimus zelator sui ordinis in primo anno sui officij, diuino instinctu pulsatus, intra se cogitare cepit, si quo modo esset possibile, vt corpus S. Patris Augustini tanto tempore à suis filijs alongatũ Ordini donaretur, vel potius redonaretur: sed cum hoc multis visum fuisset inopinabile, vel potius impossibile; ipse tamen diuino oraculo confortatus apud sedem Apostolicam, negotium fiducialiter instaurauit. Huc vsque beatus Iordanus, & paulò inferius.

Cum autem hoc negotium in consistorio coram Sanctissimo Pontifice D. Ioanne Papa XXII, & toto Collegio suorum Cardinalium, solemniter propositũ esset; istis existentibus in tractatu negotij eiusdem; declaratum existit ibidem: qualiter Ordo iste olim à beato Augustino originem sumpserit, & quo modo

isti

isti fratres ipsius patris veri filij sint. Inter has collationes Dominus Papa illius nutu tactus, qui spirat, ubi vult, tanto feruore ad negotium est affectus; ut iam non index, sed aduocatus, & patronus negotij videretur; diuersis itaq; tractatibus super eodem negotio, inter Dominum Papam, & Cardinales habitis, tandem gratiose conclusum est: sicq; idem Summus Pontifex in publico consistorio de fratrum suorum consilio ordinauit, & statuit, vt Fratres Eremitarum S. Augustini iuxta Ecclesiam monasterij Sancti Petri in Cælo aureo Papię, ubi sacrum corpus gloriosissimi Doctoris Sancti Augustini est solènter tumulatum; claustrum, & officinas opportunas pro eorum conuentu construere, easq; inhabitare debeant; ita quod eadem Ecclesia vtriusq; Ordinis fratribus tam Regularium, quàm Eremitarum, sit cõmunis ad diuina in ea officia peragenda.

Narrat idem auctor, quo pacto hæc ad plenam executionem perducta fuerint opitulatione illustrissimi D. Ioannis Regis Boemię tunc Papię habitantis, quę ita dicitur à Pipino Gallię rege, quasi Pipina, cui tradita olim fuit, vt vetustis in membranis legi apud manuscriptorum Bibliothecam oppidi Scoriaris: nam antea Ticinum appellabatur à vicino flumine eiusdem nominis.

Iosephus Pamphilus Episcopus Signinus

R addit

Thom. Cā  
apranus  
lib. 1. cap. 2.  
libri mira-  
colorum, si  
ue de apib.

Lib. 1. vicias  
fratrum. c.  
18.

Fr. Guilher-  
mus de Cre-  
mona Gene-  
ralis Ordin.  
Eremitarũ  
impetrauit  
à Sumo Põ-  
tifice reuni-  
onem, & ha-  
bitationem  
in monaste-  
rio Papien-  
si.

Papa Ioānes  
XXII. fauit  
Eremitis,  
& concessit  
vt habita-  
rēt, vbi sũt  
reliquiæ S.  
P. Aug.

Rex Boem.  
fecit vt Ere-  
mitę Sãcti  
Augustini  
exãdifica-  
rent mona-  
sterium Pa-  
piense.

addit hanc reunionem fratrum Ordinis Eremitarum cum Patre Augustino, præordinatam fuisse à Summo Pontifice Ioãne XXII. iam dicendus XXI. propter confictam mulierem, inter Pontifices huius nominis, omninò delendam, Anno Domini MCCCXXVII. die vigesima Ianuarij; Anno verò DOMINI MCCCXXXVIII. in comitijs Generalibus Senis statutum refert inter alia, *ut quinta die mensis Iunij celebraretur festum Reunionis, quando scilicet concessum nobis fuit corpus beati Augustini.*

Meritò in terris hæc Reunio celebrari solebat, quæ fuerat cælitùs reuelata beato ipso Iordano de Saxonia; vt ex epistola constat eiusdem ad finem reuelationis suæ appensa apud librum Vitas Fratrum inscriptum, & Romæ prælo datum opera religiosissimi Augustini Fiuifani sacri palatij sacristæ, & Xisto V. Summo Pontifici dicatum; iterùm colligitur ipsum Iordanum esse, cui Pater noster Augustinus apparuit, veluti prædicens hanc reunionem, ex libro sermonum eius, vbi patrem ipsum fonti paradisi confert, & post multa sic addit, *Item de visione tua dic, si vis, &c.* Visio tamen ipsa sic enarratur.

Porro ista diu affectata Reunio, antequàm facta esset, cuidam fratri nominato in Ordine, per visum reuelata fuit hoc modo: Videbatur ei, quod ipse, cum multis fratribus, & melioribus personis Ordinis, esset in quadam Ecclesia non nostri Ordinis, in qua erat quoddam sepulchrum eleuatum vnus sancti magni Episcopi, sicut ex figura imaginis desuper sculptæ ostendebatur; quod quidem sepulchrum minùs decentè à personis illius Ecclesie tractabatur: nam pulpita, & candelabra antiqua cum pulueribus irreuerenter super iactata apparebant: itaque fratribus in Ecclesia stantibus, & sepulchrum aspicientibus; ecce imago Episcopi visa est se eleuare, & illas scorias super iactatas indignanter reijcere, & sic surgens Episcopus de tumulo pontificaliter indutus iuit stare ante altare, & inuitans ad se fratres cantare cœpit: *Venite filii audite me, timorem Domini docebo vos; & cantauit hæc verba nota Graduali; sicut Episcopi in intronizationibus cantare solent: quo expleto, sedit ipse, & fratres omnes ante se, per ordinem sedere iussit, & tunc dulcem exhortationem, velut pater suis filijs fecit, ex quo iste frater intellexit in spiritu illum fore beatum Patrem Augustinum.*

Volens autē idem antistes fratribus amorem ostendere singularem, habebat quidem in manu sua vitru

Iord. lib. 1.  
vit. fratrum  
c. 8.

Pater Angu-  
stinus appa-  
ruit in Ec-  
clesia Papiæ  
si quasi præ-  
dicens reu-  
nionem.

Psal. 33.

Celebratio  
huius Reu-  
nionis.

Ioseph Pã-  
phi. in chro-  
nico Ordi-  
nis Eremit.  
an. 1338.

Lib. 7. vit.  
fratru. c. 8.

Iord. ferm.  
147.

Porro

R 2 mun-



DE VITA,  
ET LAVDIBVS

S. P. N. AVR. AVGVSTINI  
Hipponensis Episcopi, & Ecclesiæ  
Doct̄oris eximij.

Liber quintus.

In quo de sapientia eius aliqua.

CAPVT I.  
A Deo doct̄us.



**M**oyses in eremo à Deo doct̄us, & Ioannes  
Baptista magistrum habuisse non legitur; id  
notat Sanctus Gregorius; ita in sapi-  
da rerum diuinarum scientia, quam vnico  
vocabulo sapientiam appellamus, præcipuus  
Ecclesiæ Doct̄or Augustinus, Cui ille Pater  
noster solus conscius secretorum, qui habet clauem  
David, serenissimo cordis obtutu cælorum machinã  
penetrare concessit, & reuelata, ut scriptum est, fa-  
cie gloriam Domini speculari. Hæc Consentius.

Greg. lib. 7  
Dialog. c. 1

Consent. c. 2  
pist. 1. 2. 3.  
pud Aug.

Hinc Darius ad ipsum; ô me non modo ter,  
aut quater, ut apud nescio quem est; sed millies, &  
omni numero plus beatum? si mihi datum esset præ-

Epist. 263.  
apud Aug.

R 3 senti

*mundum, cum potu valdè claro, & pulchro; bibit ip-  
se primò, & postea per ordinem, de manu sua, singu-  
lis propinauit, intonans valde dulciter, & cantãs:  
Ecclef. 15: aqua sapientiæ potauit eos Dominus; & cum peru-  
enisset Episcopus ad fratrem istum bibit ipse, fuitq; po-  
tus nobilis, & dulcis, inusitatumq; saporem habens,  
quasi claretum antiquum: ex quo frater iste totus  
exhilaratus fuit: & cum bibissent omnes, Episcopus  
benedixit, & sic ad sepulchrum redire cepit, quod vi-  
dentes fratres unanimiter fleuerunt, dolètes de pa-  
tris recessu: ipse autem consolans eos paternè ait eis;  
Match. 20. nolite flere filij: Ecce enim vobiscum ero, vsque ad  
consummationem seculi.*

Hoc dicto, frater iste euigilauit, & inuenit os suũ,  
linguam, & palatum de potu illo valde dulcoratũ:  
vnde repletus stupore, & gaudio gratias egit Deo  
sperans illam visionẽ non esse otiosam: sed alicuius  
boni pro Ordine præsigam, sicut non multum post cla-  
ruit in effectu: nam infra duds menses, vel circa ve-  
nerunt literæ certæ de curia Romana nunciantes no-  
ua, quo modo corpus beatissimi Patris nostri Augu-  
stini esset Ordini redonatum; per omnia benedictus  
Deus, qui nos ad finem quarti libri tandè ad-  
duxit, vt, eo duce, pergamus, & in quintum  
nos penetremus aliquid allaturi sapientiæ  
ex aureo, & augusto Sancti Patris Aurelij  
Augustini penu.

Directio ad  
quorum li-  
brum.

senti intueri tuos verè sidereos vultus, vocemq; diuinam, ac diuina canentem, & non solum mentis fructus, sed etiam cum aurium iocunditate sumere, & audire licuisset: putarem profectò me quasdã immortales leges, nõ modò de cælo, sed in ipso constitutũ cælo, suscipere, & quasdam Dei voces, non longè de tẽplo; sed propè ipsum Dei astantem tribunal, audire.

Os enim tuum (inquit ei Paulinus Nolanus) fistulam aquæ viuæ, & venam fontis æterni meritò dixerim, quia fons vitæ, aquæ salientis in vitam æternam, Christus effectus est adimplens in ipso met Augustino, vt notauit doctus Africanus Iunilius, promissionem hanc; qui credit in me, flumina de ventre eius, fluent aquæ viuæ.

Epist. 30. apud Aug.

Jun. in præf. expositionis super Genesim. Ioan. 7.

Consonat Licentius poeta Christianus, & ingeniosus ipsi scribens,

Perge viam, qua te Soboles præclara Tonantis  
Perducit, sternens in planos ardua campos.

Licent. epi. 39. apud August.

Et Seuerus, non ille cognomento Sulpitius, vt Petrus Canisius existimat in fronte sui Catechismi, sed Mileuitanus Episcopus eiusdẽ Augustini discipulus, & Eremita nobilissimus in laudes effundit se totum, atque ista, in epistola ad eum missa; *Benedicitur Dominus per præconium oris tui, quod sic concinere, & respondere facis canenti tibi Dominum, vt quidquid de eius plenitudine ad nos usq; redundat, iocundius efficiat*

ficiatur, & gratius per tuum elegantem famulatum, & succinctam mundiciem, & fidele, ac castum, simplexq; ministerium.

Possidius indè, Sanctus, inquit, Augustinus Possid. in indiculo. diuino spiritu actus, in sancta Ecclesia Catholica, ad Possid. in vita S. Aug. c. 24. instructionem animarum fecit libros. Hæc in fine Indiculi, & probans sic in vita eius: *Erat tanquam illa religiosissima Maria, de qua scriptum est, quod sederet ad pedes Domini, atq; intenta verbum eius audiret.* Ioan. 11.

Nec aliquis vnquam fuit adeò vecors, & ignarus, qui pilum boni hominis haberet, & omnia lucere animæ Augustini non crederet, *quæ de interioris oculi puritate meruit illustrationem Spiritus Sancti*, ait Paulinus; vndè, *totus Catholicus* (verbis vtor Cassiodori) *totus orthodoxus inuenitur, & in Ecclesia Domini suauissimo nitore resplendens, superni luminis claritate radiatur; & hoc est*, addit Rupertus Abbas, *in quo, iure Sanctorum scientia Spiritũ laudamus, quia virũtate* (subintelligit Augustinum) *& sic foris præparatum reddidit, & sic intus eo dignatus est vti.* Paulinus epist. 58. apud Aug. Cassiod. in præf. super Psalmos. Lib. 7. de oper. Spiritus Sancti. cap. 19.

## CAPVT II.

Quibus modis à Deo instructus.

Vt Adamum in sopore per species infusas; ita testatur Augustinum à Deo do-

Gen. 22

Iord. serm. 47. de Sanctis. Aug. 7. Cōf. fel. cap. 4. Etum, beatus Iordanus, atque ei dicentem; *Insinuati sunt mihi in profundo nutus tui, & gaudes in fide laudari nomen tuum.*

Gen. 3. 7. Iosephum suorum fratrum inquisitorem admonitum legimus per virum errantem in agro; sic Augustinum de mysterio Trinitatis per prodigium pueri cochleari pelagus euacuare conantis. Auctor Voleterranus.

Voleterranus in libro 8. Geographiæ.

Per voces instruebatur internas Propheta dicens: *Audiam quid loquatur in me Deus*: similiter Augustinus; *Audiui* (inquit) *sicut auditur in corde.*

Psal. 84. 7. Conf. 10.

3. Reg. 3. 7. Iord. serm. 47. Conf. 10. Salomon per influxum interioris lucis (vt beatus Iordanus non incongruè explanat) nec aliter à Deo doctus est Augustinus, cum ait; *Vidi lucem Domini incommutabilem.*

Act. 8.

Lector erat Isaia, cum fidem suscepit Eunucho Regina Candacis: *Paulum*, inquit Augustinus, *Perlegi totum attentissimè, atq; castissimè, & indè, se mihi philosophiæ facies apernit.*

2. de Academicis. 2.

In Apocalypsi Ioannes *Audiui* (inquit) *uocem de Cælo*: Augustinus dicentem sibi, *Tolle lege; tolle lege.*

Apocalypf. 14. 7. Conf. 10.

Act. 10. Apostolorum princeps gentiles ad fidem conuertendos ex visione lintei animalibus pleni cognouit: Augustinus verò (Sancti Bonauenturæ verba cito) *Semel vidit unam arborem*

*borem pulcherrimam, habentem viginti duos ramos, & quilibet habebat octo ramusculos, & de illis guttula dulcissima rorabant, & intellexit, quod illa arbor esset beati immaculati in uia*: nam Psalmus iste viginti duas alphabeti literas Hebræas habet, & sub vnaquaque decem versus vt verbis claros, ita sententijs obscuros: quapropter post cæteros expositus fuit ab Augustino contra Pelagianistas.

S. Bonauent. serm. 17. de luminarijs

Aug. in proemio sup. Psal. 118.

De beato Paulo legimus, quod *factus fuerit, in templo, in stupore mentis*: sic de Augustino narrant Sabellicus, Marulus, & Iordanus de Saxonia; & quod mulierem non viderit ob magnam ecstasim; quam tamen ad humanam vitæ sensibilis vsuram reuersus (hæc ait Iordanus) *benignè audiens, & salubre consilium ei præbens consolatam dimisit.*

Act. 22.

Sab. lib. 2. de exempl. c. 6.

Marul. lib. 2. de exempl.

Iord. ser. 36

Quod si Apostolus tribus diebus naturalibus fuit nec manducans, nec bibens; ei similis Augustinus; dum, sicut beatus Possidius Calamensis Episcopus de eo testatur; *sine ullo cibo, potu, & in contemplatione cælestium, tribus diebus, & tribus noctibus continuis permaneret.* Hæc Thomas Cantapratanus Ordinis Prædicatorum Episcopus, & non recens auctor, qui vel alia vidit opuscula Possidij, vel nostra locupletiora.

Act. 9.

Thom. Cantaprat. lib. 2. de apibus. c. 41.

Qui magni sunt in altissima schola, sic aliquando delectantur amore Dei, ut dilatent spiritum oris in laudationem sui: nec aliter Deigenitrix, & Angelorum Domina; nisi rapta extra sensus (ut deuotus, & contemplatiuus Gersonius aduertit) se laudaret, & magnificentiam animæ suæ ita proferret; *Magnificat anima mea Dominum, & exultauit spiritus meus in Deo salutari meo.* Sic Augustinus, sæpè repletus fuit vnctione diuina, ad effusionem vsque loquelæ; veluti saucius gemitibus cordis ad significans dolorem vulneris; *Vidi enim* (ait Deo) *splendorem tuum corde saucio, & percussus dixi, quis illuc potest? &c.* & Sanctus Paulinus de eo: *Vidimus nuper, frater Amante, Venerabilem Patrem Augustinum, diuino amore inflammatum, quasi Seraphim, coniunctum Sanctæ Trinitati per contemplationem nullatenus dubitamus; admirantes super his, quæ loquebatur, alta voce clamauimus; benedictus venter, qui te portauit, & benedictus fructus, quem Dominus fidelibus donauit, & benedictus sermo oris tui, &c.*

Gersonius super Magnificat. Luc. 1.

10. Confes. 41.

Paulinus in epist. ad Ammandum apud Iordanum de Saxonia serm. 30. de Sanctis.

C A P V T III.

Altissimus eius contemplandi modus.

Triplex

**T**Riplex cœlum, siue contemplandi genus ab antiquis Theologis traditur; in primo invisibilia Dei per imagines corporeas intelliguntur; in secundo per intellectualia; in tertio sine vllis imaginibus, sed in clara visione, & facie ad faciem; in hoc tertio fuit solus inter homines Christus Dominus permanentè, & ascensurum in secundum docebat: à primo separandum fore, sic enim interpretor hæc sanctissima eius verba: *Nemo ascendit in cœlum, nisi qui descendit de calo. filius hominis, qui est in calo*: quasi dicat nemo ascendit in cognitionem spiritualium, nisi discedat à corporalib⁹, ego verò clara Dei visione fruor absque vllis imaginibus.

Triplex cœlum quid apud Theologos antiquos.

Ioan. 3:

Solus Christus habuit hoc privilegium quare nus homo, ut videret permanentè in hæc vita diuinam essentiam.

Rom. 1.

7. Conf. 14.

Primum cœlum est per imagines corporeas intelligere spiritualia.

Augustinus in his tribus cœlis versatissimus; de primo enim sic Deum alloquitur, ut certissimum se dicat, quod invisibilia eius sciret à constitutione mundi per ea, quæ facta sunt, intellecta conspici; atque sic agnoscere substantiam incommutabilem, procedendo scilicet *gradatim à corporibus ad sentientē per corpus animam, atq; inde ad eius interiorē vim, cui sensus corporis exteriora annunciaret, & quousq; possunt bestia, atq; inde rursus ad ratiocinantem potentiam ad quam refertur iudicandum, quod sumitur à sensibus corporis.*

De

7. Conf. 14.

Secundum  
cælum est  
per phanta-  
mata cog-  
noscere in-  
telligibilia.

De secundo cælo subijcitt *Quæ* (scilicet ra-  
tiocinandi potentia) *se quoq; in me comperiens*  
*mutabilem, erexit se ad intelligētiam suam, & ab-*  
*duxit cogitationem à consuetudine subtrahens se à*  
*contradicientibus turbis phantasmatum, ut inueni-*  
*ret quo lumine aspergeretur, cum sine ulla dubita-*  
*zione clamaret incommutabile præferēdum esse mu-*  
*tabili: unde nosset ipsum incommutabile, quod nisi*  
*aliquo modo nosset, nullo modo illud mutabili certo*  
*præponeret, & perueniret ad id, quod est in ictu tre-*  
*pidantis aspectus. Tum inuisibilia tua per ea, quæ fa-*  
*cta sunt intellecta conspexi, sed aciem figere non va-*  
*lui, & repercussa infirmitate, redditus solitis, nō me-*  
*cum ferebam, nisi amantem memoriam, & quasi ol-*  
*facta desiderantem, quæ comedere nondum possem.*

16. Confes.  
40.

Tertiū cœ-  
lum est ag-  
noscere, &  
videre sine  
medijs ima-  
ginibus ip-  
sum Deum.

De tertio ait: *& aliquando intromittis me in*  
*affectum multum inusitatum introrsus, ad nescio*  
*quam dulcedinē, quæ si perficiatur in me, nescio quid*  
*erit, quod vita ista non erit. Est enim momen-*  
*tanea gustatio æternæ, quam tertium cœlū,*  
*paradisum, regionem vbertatis, & essentia*  
*diuinæ visionem appellamus.*

Nec absurdum est asserere, quod per pri-  
uilegium, & in ecstasi, & in momēto, iustus,  
& diuinæ pulchritudinis amator ad huius-  
modi contemplationē in hac vita perueniat,  
sicut Augustinus ipse, & mater eius Monica  
sanctif-

sanctissima peruenisse decantantur hoc mo-  
do: *Margarita paradisi Monica; Augustinus, quasi*  
*cælestis carbunculus cuncta corporalia gradu trans-*  
*cendens, raptim attigerunt toto ictu cordis regionem*  
*vbertatis indeficientis vita eterna.*

Graduale  
Missæ pro-  
priæ Sactæ  
Monicæ.

Cum scilicet apud Ostia Tyberina rapti  
sunt ad tertium vsque cælum: nam illic ait,  
*Perambulauimus gradatim cuncta temporalia, &*  
*ipsum cælum, & c.* Hæc pertinent ad primum  
intelligendi genus, quod est per sensibilia.  
*Et venimus in mentes vestras,* ait de secundo,  
quod est per species intellectuales: *Et trans-*  
*cendimus eas, & inhiamus illi, nempè vitæ æter-*  
*næ, & attigimus eam modicè toto ictu cordis.* Hæc  
ad tertiū intelligendi genus pertinent, quod  
tertium cælum vocat Angelicus Doctor ita  
dilucidans; *Si aliquis videret ipsa intelligibilia, &*  
*naturas ipsorum non per sensibilia, nec per phantaf-*  
*mata, hic erit raptus ad tertium cælum.*

9. Conf. 16.

Probatur  
quod Aug.  
ascenderit  
ad tertium  
cælum.

Thom. in  
epist. 2. ad  
Corinth. c.  
12.

Augustinus etiam percurrens, & distin-  
guens omne genus visionum, tertium cœ-  
lum asserit esse, quod attigit in magna ecsta-  
si apud Ostia Tyberina: sic enim ait, *Si Deus*  
*ipse solus loquatur, ut audiamus non per linguam*  
*carnis, neq; per vocem Angeli, neq; per vocem nubis,*  
*neq; per anigma similitudinis, sed ipsum sine his au-*  
*diamus; sicut nunc extendimus nos, & rapida cogi-*  
*tatio-*

9. Conf. 16.

Probatur  
apliis quod  
Augustinus  
Deum vide-  
rit in ecsta-  
si.

tatione attigimus eternam sapientiam super omnia manentem.

9. Confes. 10. Confirmat id ipsum, dicens Deo; quod attingeret regionem ubertatis, indeficientis, ubi pascis Deus Israel in eternum veritatis pabulo.

9. Conf. 10. Iterat sic addens: Si continuetur hoc, & subtrahantur alie visiones longè imparis generis & hac una rapiat, & recondat in interiora gaudia spectatorem suum, ut talis sit sempiterna vita, quale fuit hoc momentum intelligentia, cui suspirauimus.

Thom. in 2. ad Cor. 12. Esai. 56. Paulus ubi se dicit raptum ad tertium cælum, statim addit in paradisum, hoc est, exponente Diuo Thoma, in admirabile gaudiū; nam, ut Esaias habet; Videbitis, & gaudebitis: eodem modo noster Augustinus se dicens raptum in altissimam Dei visionem, subijcit; 9. Conf. 10. nonne hoc est intra in gaudium Domini tui?

9. Conf. 11. Paulus, & Moyses, qui specialius huiusmodi priuilegio fructi scribuntur, omnia post terga reliquerunt, quæ sunt in mundo, & flocci cunctas delectationes estimarūt in cōparatione illius: sic Augustinus ait Deo, postquam hunc contēplandi modū expertus est: Domine tu scis; quod ea die, cum talia loqueremur, & mundus iste nobis inter verba vilesceret cum omnibus delectationibus suis.

Amore proximi nimium exardēt qui rapti fuerunt ad hoc tertium cælum; vnde Moyses cupit deleri de libro vitæ; Paulus anathema fieri pro fratribus, & Augustinus non saluari, sine suis: Quid autem volo? (ait ad populum suum) quid desidero? quare loquor? quare hic sedeo? quare uiuo, nisi in hac intentione, ut Christo simul uiuamus? cupiditas mea ista est, honor meus iste est, gloria mea hæc est, gaudium meum hoc est, possessio mea ista est: sed si me non audieritis, & tamen ego non tacuero, animam meam liberabo; sed nolo saluus esse sine uobis, ô mira charitas Augustini! nolo esse saluus sine uobis.

Sanctus, & Angelicus homo Theologorū culmē, & apex Aquinas Paulo dicit, & Moysi conuenisse mentes apponere in hoc æternum penetrabile; quia ille gentium, iste magister Hebræorum fuerit: similiter conueniens, ut illuc adiret, etsi celeritè, & per transitum,

Ecclesie lumen, populi sacra norma fidelis,  
Africa quo pastore, orbis doctore, coruscet.

Nec dulcedine visionis captus putauit se uidisse Deum Pater Augustinus, qui multos post annos, de illa sua ecstasi apud Ostia Tyberina, scripsit Episcopus in Africa, & eodē loco descripsit omnes visiones, quæ solent in hac

Exod. 32

Rom. 9

Thom. in  
1. P. 9. 12.  
ad finem.Beda in E-  
phemeride  
mensis Au-  
gust. die 28

Prover. 3. 1.

10. Confes. 27.

Matth. 25.

Possidius in præfatione vitæ S. P. Aug.

hac vita contingere, & suam esse ralem affirmavit, qualis est vita æterna; sed quia *Theſaurus desiderabilis requiescit in ore sapientis: vir autem stultus glutit illum*: idè secum afferebat amantem memoriam, & ita ei suspirabat; *Serò te amavi pulchritudo tam antiqua, & tam nova, serò te amavi: & paulò inferiùs; Vocasti, & clamasti, & rupisti surditatem meam. Coruscasti, splendisti, & fugasti cecitatem meam. Fragrafti, & duxi spiritum, & anhelò tibi. Gustavi, & esurio, & sitio. Tetigisti me, & exarsi in pacem tuam.*

Multò minus extollere voluit ecstasim, & magnitudinem contemplationis, quam expertus fuerat, & idè eam comparavit æterno gaudio, de quo dicitur, *intra in gaudium Domini tui*. Libros enim Cõfessionum, vbi hæc, ea de causa scripsit; *Ne de se quisquam hominum supra quam se esse nouerat, aut de se auditum fuisse crederet, vel putaret; humilitatis sancte more utès; & iam nullù fallens, sed laudem non suam, sed sui Domini de propria liberatione, ac munere quarens, &c.* Ista Possidius.

• C A P V T I I I I .

*Solam veritatem amabat in scientijs, & varijs modis inquirebat.*

Ven-

**V**Entilabrum erat in manu huius scribæ doctissimi separans lolium humanæ opinionis à grano frumenti, quod est Christus Dominus; epulatus enim in azimis synceritatis & veritatis, procul eiciebat ab area cordis fermētum nequitiæ, & malitiæ Philosophorum: audi ipsum, vbi Ciceronis Hortensium ad sapientiã dicit exhortantē diligenter attēdisse, addit enim: *hoc tamen solo delectabar in illa exhortatione, quod nō illā, aut illā sectam; sed ipsam (quacūq; esset) sapientiam, ut diligerem, & quærerem, & assequerem, & tenerem, atq; amplexarer, fortiter excitabar sermone illo, & accendebar, & ardebam.*

Consequēter ait Deo: *hoc solo in me tanta flagrantia refrigebat, quod nomen Christi non erat ibi: quoniam hoc nomen secundum misericordiam tuam Domine, hoc nomen saluatoris mei, filij tui, in ipso adhuc lacte matris, tenerum cor meum piè biberat, & alte retinebat, & quidquid sine hoc nomine fuisset; quamuis literatum, & expolitum, & veridicū, non me totum rapiebat. Hæc ille.*

Et adhuc secularis in professione Rhetorica: *Malebam (ait Deo) tu scis, bonos habere discipulos, sicut appellantur boni, & eos sine dolo docebam dolos, non quibus contra caput innocentis agerent: sed aliquando pro capite nocentis.*

Nō sectam aliquam imprimis amavit, sed sapientiam.

3. Conf. 4.

Ardebat amore sapientia.

3. Conf. 4.

Nomē Christi cum lacte bibeat & alte retinebat. 4. Conf. 1. Discipulos desiderabat habere bonos.

S Ro-

Romam pergere voluit, non quia maiores  
ibi quæstus, sed meliores esse discipulos au-  
diebat: *illa erat tunc causa maxima, & pænè sola,*  
inquit, *veniendi Romam, quod audiebam quietius*  
*ibi studere adolèscentes.*

5. Conf. 8.  
Qua de cau-  
sa venit Ro-  
mam.

Alipiū prothodiscipulū à vano Circēsiū lu-  
do Romæ docens abstraxit, & *resituerūt omnes*  
*Circensium sordes ab eo, ampliusq; illuc non accessit.*

6. Conf. 7.  
Alipiū aue-  
rit à Circen-  
sibus.

Venit Mediolanum; & inter alias causas  
hanc assignat, ob quam Romanos relique-  
rat studentes; ne magistro mercedem redde-  
rent, transferebant se ad alium; *Desertores* (ita  
loquitur) *fidei, & quibus, præ pecunia charitate,*  
*iustitia vilis est.*

5. Conf. 11.  
Quare reli-  
quit studiū  
Romæ.

Mediolani Licentium, & Trigetium non  
ignobiles scholæ suæ alūnos acrioribus ver-  
bis arguit; illum, quia subtilia quædam vellet  
stilo mandare ad gloriam humanam, hunc,  
quia publicam ostendit lætitiā de reprehē-  
sione condiscipuli, & ait post multa: *Si deniq;*  
*Deo teste, non mentior nihil me plus mihi optare, quā*  
*vobis, rependite mihi beneficium: etsi me magistrum*  
*libenter vocatis, reddite mihi mercedem; boni estote.*  
Tandem addit; *ne plura dicerem, lachryma mihi*  
*modum imposuerunt.*

Lib. 7. de or-  
dine, c. 11.

Famam, & nominis gloriā ætate grandior  
non magnum, & verū bonum reputavit; vn-  
dè

dè videns hominem pauperē in vrbe Medio-  
lanensi lætum, & se tristem, atq; nimis anxiiū  
laudes imperatori Valentiniano recitaturū,  
ob Consulatum Bautonis; *Ingemus* (ait) & *lo-*  
*quutus sum cum amicis, qui mecum erant, multos do-*  
*lores insaniarum nostrarum, &c.*

Lætitiā  
mendici ho-  
minis vitæ  
sue propo-  
suit.

6. Conf. 62

Audi ipsum de vanis rerum temporalium  
curis, de salutationibus eorū, quorū indige-  
bat suffragijs, de præparatione lectionum, &  
ambitione scientiarū: *Pereāt, (inquit) omnia,*  
*& dimittamus hæc vana, & inania, conferamus*  
*nos ad solam inquisitionem veritatis. Vita hæc mi-*  
*sera est, mors incerta, si subito obrepit, quo modo hinc*  
*exibimus? & ubi nobis discenda sunt, quæ hic ne-*  
*gleximus? &c.*

6. Conf. 111.  
Verba Augi-  
notanda.

Licentius quodcūque vellet ab eo, ob ve-  
ritatis amorē sibi cōdonandū, sic expetebat;

Amabat ai-  
mīs verita-  
tem.

*Annue, sic nobis verum ratione patefcāt,*

*Sic plus Eridano fluat.*

Epistol. 39  
apud Aug.

Auertere solebat animum ab imaginibus re-  
rum corporalium: nam veritas non compre-  
hēditur sensu, sed intellectu, *veritatis Proteus*  
(ait) *in carminibus ostētat, sustinetq; personā, quā ob-*  
*tinere nemo potest, si falsis imaginibus deceptus com-*  
*prehensionis nodos, vel laxauerit, vel dimiserit.*

3. contra A-  
cademic. 6.  
Proteus de-  
notat veri-  
tatem.

Quibus consonant Licentij carmina ma-  
lè tamen à Louaniē sibus, siue alijs scholiastis



Scholias-  
Augustini  
in epist. 39. intellecta, hi namq; in ædicatione operum S. P. Augustini, qua nos utimur, Parisiensi nau signata, sic ad illa subnotant; *Periphrasi significauit Deum, & Beelsebuth*: sed agunt certè ipsa carmina de comprehensione veritatis, absq; sensatione fallaci, & hæc sunt,

Licet. apud  
Aug. epist.  
39. *Protea namq; ferunt veterum cometa Pelasgum,  
Qui dum sollicitis non vult aperire futura;  
Spumat aper, fluit unda, fremit leo, sibilat anguis.  
Captum aliquando, tamè, in munera parua volucrum.*

Lib. 1. de or-  
dine. c. 3. Et propterea id à me ipso quoq; præceptum habebant (loquitur de discipulis suis) *ut aliquid etiam præter codices, secum agerent, & apud consuefacerent, habere animum.*

Locus quæ-  
tus ad stud.  
3. contr. A-  
cad. 9. Locum quietum amabat, & à litigioso tribunali secedere petebat *in locum aliquem, ubi nobis (ipsi hæc verba) nulla turba molesta sit, atq; uti nam in ipsa schola Platonis, quæ nomen ex eo dicitur accepisse, quod à populo sit detracta.*

1. de Ordi-  
ne. c. 3  
Tempus tu-  
dij. Tæpus ad studium sic distributum habebat, ait, *ut in primam (si tales curæ inerant) aut certè ultimam, dimidiam transferent noctis partem peruigil quoadocumq; cogitare.*

1. contr. A-  
cadem. 5. Conferrebat cum discipulis, & cadente sole, & ex oriente, ait enim; *disputare caperamus, sole iam in occasum declinante, & inferius; deinde, ut altera die mox illuxit, ita enim res erant pridie constitutæ, ut largum esset otium, statim peragendum negotium susceptum est.*

Te-

*Tenue prandium, ut ab eo nihil ingeniorum impeditur sibi, suisque fuisse in villa Casicia- co commemorat.*

*Nulla inter disputandum irrepebat immoderata contentio de more, quem repetit in primo libro de Ordine.*

Nihil magis frequentabat in studio literarum diligens scrutator; quam solus (ut scribit) *seuocare mentem à sensibus, & cogitationem à consuetudine abducere.* Quod est magni ingenij.

Gratus Deo propter ingenium, & sciencias ita studens, & loquens coram illo, *Domine rex meus, & Deus meus, tibi seruiat quidquid utile puer didici, tibi seruiat quod loquor, & scribo, & lego, & numero.*

Tredecim libros de Confessionibus suis scripsit; in primis nouem, qualis fuerit, ante Episcopatum, in decimo qualis esset Episcopus; in reliquis tribus de creatione mundi agit, ut sicut vitam suam in primis; ita formam studendi, quam sequutus est, propalet in ultimis, quos lege, & non minus in adfectum amoris, quam in admirationem altissimarum questionum videbis Augustinum frequenter excitari suis in lucubrationibus, & magis doceri oratione, quam libris: nam in exordio studij vel aliam, vel sequentem fundebat

Lib. de bea-  
ta vita ante  
1. disp.Lib. 1. de or-  
dine. c. 2.

Epist. 32

2. Conf. 15.

In libris con-  
fessionum pri-  
mis decem  
scripsit vitam  
in tribus se-  
quentibus  
studij for-  
mam.

12. Conf. 1. oratiunculam: Domine Deus meus intende orationi meae, & misericordia tua exaudiat desiderium meum, quod non mihi soli estuat, sed & sui vult esse fraternae charitati, & vides in corde meo, quod sic est; ut sacrificem tibi famulatum cogitationis, & lingua mea; da quod offeram tibi; inops enim, & pauper sum; tu dives in omnes invocantes te, qui securus curam nostram geris; circuncide ab omni temeritate, ab omniq; mēdacio interiora, & exteriora labia mea: sint casta deliciae meae scripturae tuae; ne fallar in eis, nec fallam ex eis: Domine intende, & miserere mei; Domine Deus meus, lux cecorum, & virtus infirmorum, statimq; lux videntium, & virtus fortiū; attende animam, & audi clamantem de profundo.

## CAPUT V.

## De forma studendi.

Duplex scientiarū pondus. 3. cōtr. Aca demicos. 20

Præter supra dicta; hæc pertinent ad formam studendi, quam tenuit gemino pōdere rationis, & auctoritatis, ad veri cognitionē humilis impellebatur, & dicebat: *Mihi autem certum est nusquam prorsus à Christi auctoritate discedere; non enim reperio valentiorē! quod autem subtilissima ratione persequendū est, ita enim iā sum affectus; ut quid sit verū nō credēdo solū, sed etiam intelligendo apprehēdere impatiēter desiderē.*

Auctoritatem sacrae Scripturae tanquam Pha-

Dignitas scripturarū Epistol. ad Vincētium Donatistā.

Pharum semper attendebat in hoc scientiarum mari: *Ego, inquit, illis solis libris, qui canonici nominantur, tātā novī dare auctoritatem, ut nullum auctorem eorum credam potuisse mentiri; ceteros ita lego, ut quantacūq; sanctitate polleāt, non ideo credo ita esse; quia illi ita censerunt.*

Nouum testamentum commendat. Epist. 17.

Nullus doctor in utroque testamento versatum magis exhibuit, & sic ad Volusianum de nouo scribit; precipuē Apostolorum linguas exhortor, ut legas; ex his enim ad cognoscendos Prophetas excitaberis.

Sequax fuit beati Pauli. Ven. in expof. orationis Domini. c. 20.

Apostolum præ cæteris scriptoribus delegit sibi magistrum: vnde Sanctus Venantius eum per excellentiam Pauli sequacem hoc modo vocat; *Quicumq; Apostolo Paulo, id est oculo Ecclesiae, & beato Augustino eius sequaci consonat, in eo ignorantia caligo non repugnat.*

2. de doctr. Christi. 32.

Laudat sacram scripturam.

Scripturas sacras tantum anteposuit secularibus, & prophanis: quantum diuitias Hierusalem tempore Salomonis auro, argento, vestibusq; adductis ex Ægypto, per filios Israel: *Nā quidquid homo extra didicerit, si noxiū ibi dānatur; si utile est, ibi inuenitur, & cū ibi quisq; inuenirit omnia, quae utiliter alibi didicit, multo abundantius ibi inueniet ea, quae nusquam omnino alibi: sed illarum tantummodo scripturarum mirabili altitudine, & mirabili humilitate discantur.* Hæc ille.

Sensum li-  
terale quæ  
rebat.

Sensum literalem plurimum amplexus est; unde Diuus Thomas erga Catholicos in summa Theologiæ, & quicunque scribit aduersus hæreticos, plures ex Augustino afferunt in hoc sensu expositiones, quam ex reliquis doctoribus, vel ante, vel post ipsum, in Ecclesia Catholica florentibus: de quo sic, *Sanè, in quâ, quisquis voluerit omnia, quæ dicta sunt secundum literam accipere, id est non aliter intelligere, quam litera sonet, & potest evitare blasphemias, & omnia congruentia fidei Catholice prædicare, non solum ei non est inuidendum: sed præcipuus, multumque laudabilis intellectus habendus est.* Hæc ipse Augustinus.

.8. de Gene-  
si ad lit. c. 2Specialis ex-  
ponendi mo-  
dus.

Dum Psalmos exponit, & Genesim annotat quæ veritati congruunt, ad gloriam Dei, ad adfectum, & laudem Ecclesiæ Catholice, vel denique ad vtilitatem proximorum, & sic in eos inuehitur, qui reprehendebant istum exponendi modum: *Omnes quidem qui legimus, nitimur hoc indagare, atque comprehendere, quod voluit ille, quem legimus; & cum veridicum credimus nihil quod falsum esse vel nouimus, vel putamus, audemus eum existimasse dixisse; dum ergo quisque conatur id sentire in scripturis sanctis, quod in eis sentit ille, qui scripsit; quid mali est, si hoc sentiat, quod, tu lux omnium veridicarum mentium, ostendis ve-*

rum

rum esse, etiamsi hoc non sensit ille, quem legit, cum & ille verum; nec tamen hoc senserit?

Non facile refutabat aliorum sententias, & ideò dicebat: *Ego certè, quod intrepidus de corde meo pronuncio; si ad culmen auctoritatis aliquid scriberem, sic mallet scribere, ut quod veri quisque de his rebus capere posset, mea verba resonarent, quam, ut unam veram sententiam ad hoc apertius ponerem, ut excluderem ceteras, quarum falsitas me non posset offendere.*

12. Confes.  
31.Non facile  
refutat ali-  
os.

Nullus ab eo spernebatur intellectus: quapropter nec *Lastidianum* (inquit in quadam disputatione) & *Resticum consobrinos meos, quâvis nullum vel grammaticum passi sint adesse volui, ipsumque eorum sensum communem ad rem, quam moliebar necessarium putabam.*

1. de beata  
vita. c. 11.Omnium  
sententias  
attendebat.

Multum adiumenti scientias habere dicebat in virtutibus, & se in magno prætio bonitate præditos auctores, admonens hæc: *Humana verò auctoritas plerumque fallit, in eis vero videtur excellere, qui quantum imperitorum sensus capit, multa dant iudicia doctrinarum suarum, & non viuunt aliter, quam viuendo esse præcipiunt.*

2. de ordi-  
ne. 19.Bonorum  
dicta æsti-  
manda.

Sanctos patres veneratus, & secutus est ita dicens *Iuliano Pelagiano de illis; quod credunt credo, quod tenent teneo, quod docent doceo,*

Lib. 1. con-  
tra Iulian.  
Pelag. c. 5.

S 5 quod

Sanctos Pa- tres sequi- tur. quod predicant predico, istis cede, & me non cades, acquiesce istis, & quiesces à me.

Lib. ad Sim- plic. in 1.9. Consultat a- lios. Alios consulebat in dubijs, & Sanctū Sim- plicianum ita, Sententiam de hoc opere tuam bre- uissimam, sed grauissimam flagito, & dum sit verif- sima, seuerissimam non recuso.

Epist. 32. Ab alijs emendari cupiebat, & idcirco Sā- cto Paulino scripsit: Multo erit mihi gratior di- lectio tua, si ex ijs, quæ tibi displicuerint, emendaue- ris me iustus in misericordia, & argueris me.

Principatū semper ag- noscit in Ec- clesia Ro- mana. Lib. 1. con- tra 2. epist. Pelag. c. 22. Supremam agnoscebat eminentiam in Pō- tifice Romano, & se, ac omnia sua ei submi- sit, scriptaque contra duas epistolas Pelagia- norum non tam dicenda, quàm examinanda, & ubi forte aliquid displicuerit emendanda.

r. Conf. 3. Verbis amā- tis animi se- pè Deum al- loquitur. Adfectū humilitatis exercebat, erga Deū deuota fabricans in imis, & ex imis visceri- bus, quibus abundat, iacula; sic enim eum al- loquitur: Quid tibi sum ipse ut amari te iubeas à me, & nisi faciam irascaris mihi, & mineri ingen- tes miseras; paruane est ipsa miseria si non amē te? hos loquendi modos sæpè variat, & deuotè.

Iurgium thuscum ante Deū in corde suo tractabat, quod est, ipso docente, Cum questio- ni intentæ non eius solutio, sed alterius obiectio vide- tur mederi; ut apud Virgilium.

Iurgū Thuf- cum, 3. contra A- cade. micos, 4. Dic quibus in terris, & eris mihi magnus Apollo, Tres

Tres pateat cæli spatium non amplius vlnas? Cui alter pastor;

Dic quibus in terris inscripta nomina Regum Nascantur flores?

De ijs autem ait Deo; capiunt ne ergo te cælum, & terra, quoniam tu imples ea? (cui quæstioni non satisfacit, sed aliam excitat ita) an imples; & restant, quoniã non te cupiunt? interrogat; & quo refundis quidquid, repleto cælo, & terra, restat te? deindè similiter interrogationem appo- nit hanc: an non opus habes, ut quoquo continearis, qui contines omnia?

Meditationes suas scribebat; ita enim ra- tionem studèdi notat: Ego tamē in lege Domini meditator, si non die, ac nocte, saltem quibus temporū particulis possum: sed meditationes meas, ne obliuio- ne fugiāt, stilo alligo sperās de misericordia Dei, quod in omnibus veris, quæ certa mihi sunt, perscuerantē me faciet: siquid autē aliter sapio, id quod mihi ipse re- uelabit, siue per occultas, inspirationes, siue per ma- nifesta colloquia, siue per fraternas admonitiones pe- nes ipsum habeo.

C A P V T V I.

De qualitate doctrinæ Augustiniana.

QVæ est sursum sapientia, primum quidem pu- dica est, deindè pacifica, modesta, suavisibilis, bonis

Ecclog. 3.

r. Conf. 32.

r. de Trini- tate c. 3.

Meditatur; & scribit, p- seuerat in ve- ritate, & eã cõcupiscit.

Iacobus ep? c. 3.

Partes diuinae sapientiae. Pudica. ep. 32. bonis consentiens, plena misericordia, & fructibus bonis, non iudicans, sine simulatione.

Pacifica. li. 2. de Gen. contra Macch. c. 2. Modesta. epist. 7. Talis Augustini sapientia: nam pudet me, inquit, tantum boni de me credere, lege quae sequuntur, & impletos videbis omnes pudicitiae modos. Ad pacem animi pertinent haec eius verba: Ego enim, quod bona fide coram Deo dixerim, sine ullo studio contentionis, sine aliqua contentione veritatis; & sine aliquo prauidicio diligentioris tractationis, quae mihi videbantur, exposui.

De modestia intelligendus est, cum ait: Non mihi Tulliana blanditur sententia, qua dictum est; nullum unquam verbum, quod reuocare vellet, emisit, sed angit me plane Horatiana; . . . . . Nescit vox missa reuerti.

Suasibilis. lib. 3. de Trinitate. in prooemio. Tantum suadet, vt audeat, qui aliam submisit, & abiectè de se sentit, & nihil unquam praesumpsit, dicere lectori suo; Noli meas literas ex tua opinione, vel contradictione, sed ex diuina lectione, vel inconcussa ratione corrigere.

Consentiens bonis. Aug. lib. 3. de Trinitate in prooemio. Bonis consentiens ait: Ego autem, cum per eos, qui meos labores legunt, non solum doctior, verum etiam emendatior fio, propitium mihi Deum agnosco, & hoc per Ecclesiae Doctores magis specto, si in ipsorum manus venerint, dignenturque agnoscere, qua scribo.

Misericors erat erga infirmiores; & ideo sciens

sciens rationi praeponebam esse auctoritatem, hanc illi saepe postponebat dicens, Delectat me imitari quantum valeo mansuetudinè Domini mei Iesu Christi, qui etiam ipsius mortis malo, quo nos exuere voluit, indutus est.

Fructus multos suae doctrinae commemorat, & inter alia ait, quod aduersarij de suis mentibus potius, quam de ipsa veritate, vel de nostris disputationibus conquerantur.

Inter suam, & aliorum sententiam aequalitè iudicabat dicens; Potest mihi aliud videri, alteri aliud; sed nequè ego quod dixerò praescribo alteri ad meliorem intellectum, nec ille mihi:

Sine simulatione scribebat: Nec pigebit (ait) sicubi hesito, querere; nec pudebit sicubi erro discere.

Nec super alium, nisi humilem, & quietum, & trementem sermonem Dei, diuinum fore numen, & lumen sapientiae per Prophetam cõtestatum habemus; Tantum enim absum (ait Honorato) ab eo, quod putasti nihil me latere; vt nihil in epistola tua legerim tristius; quia & apertissimè falsum est, & miror, quia hoc te latet; quod non solum innumerabilibus rebus multa me latent, sed etiam in ipsis sanctis Scripturis; multò nesciam plura, quam sciam.

Quietus, & animo pacatus erat Augustin⁹ in suis studijs, habens: Qui vero haec legens dicit intel-

Misericordia plena. Lib. 1. de morib. Eccles. 2.

Fructuosus. 1. de Trinitate. 2.

Non iudicās in Psal. 36.

Sine simulatione. 1. de Trinitate. c. 2.

Esai. 66.

Epist. 119.

Humilis.

Quietus. 1. de Trinitate. cap. 2.

intelligo, quod dictum sit, sed non vere dictum est, asserat si placet, sententiam suam, & arguat meam, si potest; quod si cum charitate, & veritate fecerit, mihi etiam, si dum in hac vita maneo, cognoscendū facere curauerit, uberrimum fructum huius laboris mei cepero, &c.

Tremēs ob diuinum fer monem. In prologo Retractio. Matth. 12.

Ob tremorem diuini iudicij suas retractat lucubrationes, præfatus; *Quem vero Christus fidelium suorum non terruit, ubi ait omne verbum otiosum quodcumq; dixerit homo reddet pro eo rationem in die iudicij, &c?*

C A P V T VII.

De auctoritate Augustini.

Concilium Florentinū sessione. 7.

Illustrissimus latinorum. Quinta synodus. recipiendus expositor.

Conciliū 8. Tolet. c. 2. Interueniente arte precipuus.

**A**ndreas præsul Collocensis pro Romana Ecclesia respondens in sessione septima Concilij Florentini: *Sed nunc (inquit) Sanctorum Doctorum auctoritates in medium asseramus, ac in primis Augustini illustrissimi Latinorum Doctoris, quem quinta Synodus consecrauit hoc modo; sequimur per omnia sanctum Augustinum, & suscipimus omnia, quæ de recta fide, & condemnatione hæreticorum exposuerit.*

Concilium octauum Toletanum: *Augustinus, ait, vir sanctissimus investigationis acumine cautus, interueniente arte precipuus, asserendi copia pro-*

profluus, eloquentie flore venustus, sapientie fructu fecundus.

Sanctissimus Ecclesiæ Catholice Papa Iocānes scribit aduersus Euthychianitas, *Augustini doctrinam secundum præcessorum meorum statuta, Romana sequitur, & seruat Ecclesia.*

Beatus Facundus Hermianēsis Episcopus aduersus Motianum Scholasticum, & alios hæreticos; *Audeant isti, si possunt, hæreticum dicere Augustinum; audeant sollicita presumptione damnare, & tunc verè discent quæ sit pietas, & constantia Ecclesiæ Latinorum, quam Deus magisterio eius instituit, atq; firmavit; cum ab omnibus confestim anathematizati fuerint, & tanquam putrida, & morbida membra, præcisi.*

Serapion Ægyptius, vt est in Conflictu Arnobij cum Apinione; *Fateor me eius (hic est Augustinus) assertiones ita probatas habere, vt se ipsum ore suo hæreticum detegat, qui Augustinum putauerit in aliquo reprehendendum eloquio.*

Arnobius ei respondet; *Meo sensu loquutus es: nam, quæ eius nunc profero, ac si sacratissima Apostolorum scripta, & teneo, & defendo. Hæc, vt vides, exaggerata sunt; & magnam ostendunt Augustini auctoritatem.*

Presbyteri Hierosolymitani, Goliath proprijs viribus confidentem, nempè Pelagium ana-

Ioan. lib. de duabus naturis. Romanæ Ecclesiæ gister. Facund. lib. y. aduersus Motianum.

Constantia Ecclesiæ latinorum videtur in defensione Augustino.

Serapion in conflictu Arnobij apud opera Sæcti Irenæi recens edita.

Arnobius in eodem conflictu supra dicto. Augustinus non est reprehendus.

Blasphema  
re dicitur,  
qui Aug. vi  
tuperat.

Orosius in  
apologia li  
beri arbitrij

anathematizarunt, quia Augustinum homi-  
nem secundum cor Dei, superbus, & irrisor  
apertè contempserat, vt eis in Apologia de  
libero arbitrio Paulus Orosius reuocat istis  
verbis: *Introuissum Pelagium vnanimiter omnes  
interrogastis; an hac quibus Augustinus Episcopus re-  
spondisset, se docuisse cognosceret? illico ille respondit;  
& quis est mihi Augustinus; cumq; vniuersi accla-  
marent blasphemantem in Episcopum, ex cuius ore  
Dominus vniuersæ Africa unitatis indulserit sani-  
tatem, non solum à conuentu illo; verum etiam ab  
omni Ecclesia pellendum.*

Dionys. in  
notis super  
epistolam S.  
Procli.  
Cler. Pisan.  
in 6. tomo  
Bibliothecæ  
SS. Patrum  
ante opera  
Hugonis E-  
teriani.

Dionysius Abbas cognomento Paruus; ita  
citat Augustini sententiam, vt ipse *Doct̃or*, di-  
catur specialiter, *excellētissimus, & veridicus*  
Clerus Pisanus magnam promittens adhi-  
re fidem scriptis Hugonis Eteriani sic habet  
in Bibliotheca Sanctorum Patrum, siue po-  
tius auctorum sacrorum, aut Catholicorum:  
*Ea non minori fide amplexaremur, quam, si beati  
Augustini essent.*

Hier. epist.  
25. apud Au-  
gust.  
Conditore  
rursus fid.

Hieronymus ad ipsum ita scribit: *Macte  
virtute in orbe celebraris, Catholici te conditorem  
antiquæ rursus fidei venerantur, atq; suspiciunt; &  
quod signum maioris gloriæ est, omnes heretici dete-  
stantur, & me pari prosequuntur odio; vt quos gla-  
dijs nequeunt, votis interficiant.*

Bea-

Beatus Prosper; *Sanctus*, inquit, *Augustinus*  
*Episcopus acer ingenio, suavis eloquio, secularis lite-  
raturæ peritus, in Ecclesiasticis laboribus operosus,  
in quotidianis disputationibus clarus, in omni sua  
actione compositus, in expositione sua fidei nostræ  
Catholicus, in questionibus absoluendis acutus, in  
reuincendis hereticis circumspēctus, & in explican-  
dis scripturis canonicis cautus.*

Sancti Prof-  
peri senten-  
tia de Aug.  
lib. 3. de vi-  
ta contem-  
plac. 112.

Sanctus, & magnus Gregorius ad Innocē-  
tium Africæ præfectum: *Si delizioso cupitis pa-  
bululo saginari, beati Augustini compatriotæ vestri  
opuscula legitè, & ad comparationem illius similagi-  
nis, nostrum furfurem non queratis.*

Greg. ad In-  
nocentium  
præfectum  
Africæ.  
Similago di-  
citur Aug.  
doctrina.  
Calsiodor⁹  
1. diuinarū  
instit. c. 22.

Magnus etiam, & sanctissimus Calsiodo-  
rus ita pronunciat: *Doct̃or beatissimus Augusti-  
nus, bellator hereticorum, defensor fidelium, & fa-  
mosorum palma certaminum.*

Optimus Hispaniæ magister Hispalensis  
Præsul Isidorus ait: *M. Terentius Varro apud  
Latinos innumerabiles libros scripsit; apud Græcos  
quoq; Chalcenteros miris attollitur laudibus, qui tā-  
tos libros edidit, quantos quisq; nostrum alienos scri-  
bere propria manu vix possit; de nostris quoq; apud  
Græcos Origenes in scriptorum labore, tam Græcos,  
quàm Latinos operū suorū numero superauit: deniq;  
Hieronymus sex millia librorum eius legisse fatetur:  
horū tñ studia Augustinus ingenio, & scientia vicit.*

Isidor. 6.  
Orig. 16.

Quorū stu-  
dia vicit Au-  
gustinus in-  
genio, & sci-  
entia.

T Hilde-

Hildeph.  
fer. 2. de B.  
Virgine.  
Augustino  
non est cō-  
tradicedū.  
Bed. lib. de  
sex ætatib.  
præminē-  
tissimus do-  
ctorum.  
Haym. in  
epist. 2. ad  
Corinth.

Hildephonsus vir sanctissimus, & vsque-  
quaque prudens: *Audiant* (inquit) *beatum Au-*  
*gustinum, cui contradicere fas non est.*

Sanctus Beda Venerabilis: *Omnibus his præ-*  
*ferens veritatem, quam præminentissimus Docto-*  
*rum Augustinus in suis libris inseruit.*

Haymo: *secundum beatum Augustinum necesse*  
*est ad altiora conscendere, & profundiora scrutari,*  
*qui in lucidandis questionibus omnes doctores exce-*  
*dit.*

Hugo Vi-  
ctor. serm.  
99. de San-  
cto Aug.

Hugo Victorinus: *Lingua eius* (nempè Au-  
gustini) *calamus scribæ velociter scribentis extitit;*  
*quia, Spiritu Sancto docente, & ducente verbū Dei*  
*elegantissime dispensavit: inde & de ipso in hac eius*  
*solemnitate canimus; quod Prophetarum, & Apo-*  
*stolorum plenus spiritu, quæ prædixerunt mystica,*  
*fecit nobis peruia, post quos secunda dispensandi ver-*  
*bi Dei, primus refulsit, gratia.*

Primus post  
Apostolos  
fuit Augu-  
stinus indif-  
pensando  
Dei verbo.  
Non Diuus  
Thom. sed  
alius anti-  
quior offi-  
cium fecit  
Augustini-  
anum.

Auctor Officij, quod persoluimus in festo  
Sancti Patris Augustini, ex supra dictis Hu-  
gonis Victorini, latè nobis antiquior appa-  
ret, quam communiter putantibus eum fuisse  
Diuum Thomam Aquinatem: sicq; in lau-  
dū diuinarum exordio, *Magnus Dominus &*  
*laudabilis valde, qui de tenebris gentium lumē Ec-*  
*clesiæ suæ vocauit Augustinum.*

Auctor of-  
ficij S. Aug.  
in Inuicta-  
torio.

Lupus Abbas Ordinis Benedictini, qui tē-  
pori-

Lup. epist.  
5. ad legi-  
nardum.  
Vir diuini  
ingenij.

poribus Caroli Calui floruit, *Legite librum S.*  
*Augustini de Ciuitate Dei, capitulo decimo septimo,*  
*& videte si non ijs, quæ scripsi, paria de eadem so-*  
*lemnitate vir ille diuini ingenij senserit.*

Sangalensis ille monachus in gestis Caroli  
magni: *Gloriosissimus itaq; Carolus* (inquit) *per*  
*totum regnum suum studia literarum florere conspi-*  
*ciens; sed ad maturitatem non peruenire condolens,*  
*& plusquam mortale laborans, in hanc tædiatus vo-*  
*cem erupit. ô utinam haberem duodecim clericos ita*  
*deutos, omniq; sapientia sic perfecte instructos, ut*  
*fuerunt Hieronymus, & Augustinus? ad quod do-*  
*ctissimus Albinus ex ipsorum comparatione merito*  
*se indoctissimum iudicans, in quantum nullus mortu-*  
*lium in conspectu terribilissimo Caroli audere præsu-*  
*meret, maxima indignatione concepta, sed parumper*  
*ostensa; Creator cæli, & terra similes illis plures non*  
*habuit, & tu vis habere duodecim?*

Sangalens.  
in 1. tomo  
Henrici Ca-  
nisi.

Caroli ma-  
gni dictum  
in laudem  
Augustini,  
& Hieron.

Jonas Sancti Columbani discipulus: *Sunt*  
*columnæ Ecclesiarum Hilarius, Ambrosius, Augusti-*  
*nus, qui inter tot seculi turbines, & fluctuantem*  
*mundum Ecclesiæ statum sustentarunt.*

Jon. in vita  
S. Colum-  
bani.  
Columnæ  
Ecclesiarum

Marianus Scotus; *Sanctus Augustinus* (ait)  
*Episcopus per omnia excellentissimus.*

Scotus in  
chronico.  
an. 430.  
Hermanus  
in an. 430.

Hermanus verò Contractus habet, *Augu-*  
*stinus Ecclesiæ Christi, & Catholice fidei propugna-*  
*tor, & defensor inuictissimus.*



Remig. An  
tiliod. in e-  
pistol. 2. ad  
Corinth.

Remigius Antifiodorensis; Sicut Sol in lu-  
mine excedit omnes planetas: ita Augustinus omnes  
excessit in exponendis sacris scripturis.

Rupertus  
in prefatio  
ne super e-  
uangelium  
D. Ioan.

Rupertus Abbas: Augustinus columna, &  
firmamentum veritatis, & verè columna nubis,  
in qua thronum suum posuit sapientia Dei.

Antoni. 2.  
P. tit. 20.

Sanctus Antoninus Archipræful Floren-  
tiæ: Quasi sol refulgens (ait) qui dominus dicitur  
planetarum, & pater luminis, super omnia lumi-  
naria splendens, delectabilis oculis, & per omnia re-  
spiciens; sic Augustinus Ecclesiam illustravit, gem-  
ma Doctorum, pater Theologorum, suavis eloquio,  
omnes materias penetrando dilucidans.

Géma do-  
ctorum, pa-  
ter theolo-  
gorum.Vincent.  
ferm. de S.  
Aug.

Sanctus Vincentius cognomento Ferre-  
rius; Et potest verificari de eo una prophetia Za-  
charia, quem Angelus suscitavit à somno dicens;  
quid tu vides? & dixit, vidi, & ecce candelabrum  
aureum totum, & lampas eius super caput

Zach. 4.

Aureum tē-  
pli candela-  
bro compa-  
ratur Aug.

ipsius, & septem lucernæ eius super illud: nota;  
Candelabrum aureum totum est beatus Augusti-  
nus, alij Doctores dicuntur lucernæ: nemo accendit  
lucernam, & in abscondito ponit, neq; sub modio,  
& ad literam Christus vocat quemlibet doctorum  
lucernam, sed supra candelabrum scilicet beatum  
Augustinum: quia audio dicere omnes Doctores,  
qui Venerunt post eum, sustentantur super eius do-  
ctrinam sanctam, puram, catholicam, auri purissi-  
mi,

Matth. 5.

mi, sine errore falsarum opinionum, & quilibet do-  
ctor est contentus ad probandum dictum suum, si po-  
test habere unam auctoritatem Augustini.

Vna Augu-  
stini senten-  
tia sufficit.

Tibi, & mihi parcens hic, lector! recentio-  
res, apud quos noster primus, viuos cū mor-  
tuis in Musæo retineo; vnicus tamen pro  
multis Augustini eiusdem, & meus, hem! vir  
virorum prodit D. D. Alphonsus de Castel-  
branco, Conimbricæ Præful, Lusitanæ olim  
Prorex, cuius illa vox in pulpitis, & priuatis;  
qui Augustinum, & reliquos Ecclesie Doctores, &  
amplius, habet. Tacerem huius laudes (nam  
adblandiri nefas) ni me priuatus adfectus in  
monasterium illud Sanctimonialiū Augusti-  
niensium iuxta Conimbricam, ex eius larga  
manu à fundamentis cœptum, & perfectum  
cogeret memorandum: ô amor! & cor mo-  
uēs, & manus, qui ex ipsa Augustini sapientia  
ad opus illud venisti pulcherrimum, illustrif-  
simum;

Qui Augu-  
stinum ha-  
bet, & reli-  
quos docto-  
res, & am-Dicitur  
episcopi Co-  
nimbricen-  
sis.Monasteriū  
monialium  
S. Aug. Co-  
nimbricen-  
se.Lucretius  
lib. 6.

Nec res vlla magis, primoribus ex elementis  
Endopetita suis, arte connexa coheret.

## C A P V T VIII.

## De libris eius.

Possidius in  
vita Aug. c.  
18.

**T**anta autem ab eo dictata, & edicta sunt,  
tantaq; in Ecclesia disputata, atque emenda-  
ta, vel aduersus hereticos conscripta, vel Canonicis  
libris exposita, ad adificationem Sanctorum Ecclesie  
filiorum, ut ea omnia, vix quisq; studiosorum nosse,  
& perlegere sufficiat.

Gennadius  
in viris illu-  
stris in Au-  
gustino.

Quis enim gloriatur omnia se illius habere, aut  
quis tanto studio legat, quanto ille scripsit?

..... Istius ore

Flumina librorum mundi effluxere per omnem,  
Qua mites, humilesq; bibunt, campisq; animorum  
Certant vitales doctrina emittere riuos.

Prosper de  
Aug. in lib.  
de ingratis.  
c. 3.

Possidius, Gennadius, Prosper in laudem li-  
brorum Augustini, quam prosequitur Au-  
dax his versibus:

Cur mihi fons orbis paruo sermone meauit?  
An minus apta suis sperauit corda fluentis;  
Cum pateat meus omnis aquis, spectetq; loquacem  
Religionis opem, gratos dat sensibus imbres,  
Expectat quos plena fides Christi de stipite pendes.

Aud. epist.  
139. apud  
Aug.

Quibus, ut cum Alano loquar, taquam Ocea-  
nus inter fluuios ostenditur,

Prodigus in sensu, verbo Augustinus abundans.

Alanus in  
fronte Mil-  
leloquij.

Unde & quidam (addit Rupertus cum ipso lo-  
quens Augustino)

Mentitur, qui te totum legisse fatetur.

Rup. 1. de  
Spir. S. c.  
19.

Ad antiqua respicit, & peruulgata carmina,  
quæ

Ambrosius  
Coranus in  
vita S. Aug.

quæ sic apud Coranum pergunt;

Aut tua quis lector noscere cuncta potest?

Namq; voluminibus mille Augustine refulges

Testantur libri, quod loquor ipse tui.

Quamuis multorum placeant volumina, libri;

Si Augustinus adest, sufficit ipse tibi.

Denique (ut auctor est Ado Treuerensis san-  
ctitate, & sapientia præstans) Memoratus san-  
ctus Augustinus, diuino spiritu actus, in Sancta Ec-  
clesia Catholica ad instructionem animarum fecit li-  
bros, tractatus, epistolas numero mille triginta; ex-  
ceptis, qui numerari non possunt, quia nec numerum  
designauit ipsorum.

Ado in vitâ  
S. Aug.

Possidius, libros eiusdem, siue tractatus mirabili  
Dei gratia procedentes, ac profluentes instructos ait  
omni rationis copia, atq; auctoritate SS. Scripturarum.

Possidius in  
vit. S. Aug.  
cap. 7.

Calsiodorus, in quibusdam libris nimia difficul-  
tate reconditus; in quibusdam sic est planissimus, ut  
etiâ paruulis probetur acceptus, cuius aperta suauia  
sunt; obscura vero magnis utilitatibus sarcita pin-  
guescunt.

Calsiod. lib.  
1. diuin. in-  
Ris. c. 2.

Alipius, & sanctus, & doctus, audiens quæ  
Pater Augustinus in principio suæ conuer-  
sionis disputauit contra Academicos in fe-  
quentem laudationem prorupit, omnibus  
Augustini libris debitam; Quid enim (inquit)  
nobis hoc sermonis lepore iocundius? quid sententiarum

Alipius 3.  
contra Aca-  
demicos in  
fine apud Au-  
gust.

gravitate propensius? quid benevolentia promptius? quid doctrina peritius? videri; aut exhiberi posset? prorsus nequaquam dignè admirari possum; quod tã facîle aspera, tam fortitèr desperata, tam moderatè conuicta, tam dilucide obscura tractata sunt.

Maced. ep. 51. apud August.

Macedonius; quid in illis magis mirer sacerdotij perfectionem, philosophiæ dogmata, historiæ plenã notitiã, an facundiã plenam iucunditatem, quæ ita imperitos etiam illicere potest; ut donec explicent, nõ desistant, & cum explanauerint, adhuc requirant?

Auctor ille satis antiquus, & grauis, qui de duodecim doctoribus apud beatum Hieronymum, apud Bedam Venerabilè de duodecim Ecclesiæ luminaribus, ex professo scribit; Augustinus Episcopus volans per montium cacumina quasi aquila, & ea, quæ in montium radicibus sunt, non considerans, multa cælorum spatia, terrarumq; situs, & aquarum, claro sermone pronunciat; qui enim in lignum fructuosum ascendere vult; paulatim superiora, & maiora carpere poma festinat, proximos autem ramos paruulis relinquit, & nos qui paruuli sumus, infirmi, atq; minores, si inferiora congregare volumus, bene nobiscum agetur.

Auctor de duodecim doct. in vltimo tom. D. Hieronym.

Nam vir beatus, & doctrinæ admirabilis Augustinus omnes sapientiæ numeros pellicit, & laudes absorbet omnes,

Sanctus Facundus Episcopus Hermitanensis lib. 1. cõtra Marcianum.

.....Mysteria seris

Hau-

Haustra libris, ut fons latis amplissima ripis  
Flumina diffundens, ut sol radijs fulgebat, & òne  
Quod Grai, quod Phænices sciuerè, quod Indi,  
Niliginiq; sacerdotes; Babylonica templa  
Doctus erat, cælum, Manes, elementa, Deumq;.

Baptista Mætuanus lib. 2. de S. Nicolao Iohanne tinate, vbi Augustino ait.

Sol bonis, & malis, ita ille natus est illustrans in toto mundo quoscumque mentis oculos: nam ipsi quoq; hæretici concurrentes cum Catholicis ingeit ardore audiebant, & quisquis, ut voluit, & potuit, notarios adhibens, etiam ea, quæ dicebantur excepta describebat, & inde iam per totum Africae corpus, præclara doctrina, odorq; suauissimus Christi manifestatus est, congaudente, hoc quoq; comperto Ecclesia Dei Transmarina, & iterum de magna eorum utilitate, multis innotescente. Hæc beatus Possidius.

Possidius in vita S. Aug. cap. 11.

En de omnib; Augustini libris dico, quod Hispanus Orosius de primis decem ad Ciuitatem Dei pertinentibus: Orientis radij mox, ut de specula Ecclesiasticæ claritatis dati sunt, toto orbe fulserunt.

Orosius in præfatione historiæ suæ

Indicem horum librorum videre, qui voluerit, Possidium videat, qui fecit illum (ut notat Isidorus) ad finem vitæ eiusdem Patris Augustini, Vincentium etiam in speculo historiali, Bartholomæum Vrbinatem in fronte Milleloquij, Tritemiũ in scriptoribus Ec-

Isidorus in viris illustr. agès de Possidio.

Qui fecerunt indices operum S. P. Aug.

clesiasticis, Louanienses in Augustinianorū editione, Xistum Senensem in Bibliotheca sancta, Iosephum Pamphilum, Episcopum Signinum, in latino Eremitarum chronico, Hieronimum Romanum in Hispaniēsi, Antonium Posseuinum in Apparatu sacro, Angelum denique Rocham sacri palatij Sacristam, in indiculo scripturali, & theologico.

Ferdinādas de Velosillo in Aduertētijs S. S. Doctorum.

Aduertentias in varios Augustini libros fecit doctus Episcopus Lucensis, Ferdinandus Velosillus, & expurgauit notas ad libros de Ciuitate Dei per Ludouicum Viues: annotationes aliquas eisdem addiderunt Louaniēses Theologi de Augustino meritissimi, Ioānes Mayronius confessiones eius illustrauit, ac multa alia; quod notat Posseuinus agens de libris Augustini; nec præterit auctores, qui in græcum aliquos transtulerunt, & in varios alios sermones; illustrissimus verò Bellarminus breuem fecit, & doctam dilucidationē, vt germanos Augustini fœtus agnoscerem; sed à Louaniensibus differt, solum in sequētibus. *In primo tomo librum de vita Eremitica ambigo, an sit Augustini, cum nec in Retractionibus, nec in Indiculo reperiatur. In secundo tomo item epistola sexdecim ad Bonifacium nempe centesima, sexagesima*

Augustini declaratores.

Posseuius in Apparatu agens de S. Augustino.

Bellarmin. apud Apparatum Pefseuii tit. de Aug.

gesima secunda, & cetera non videntur Augustini, non tamen est euidens non esse Augustini. In tertio tomo, speculum tribuitur à Possidio non solum in Indiculo, sed etiā in vita S. Augustini; tametsi forsatis aliquis mutauit textum Scriptura, vt pro eo, quem Augustinus posuerat, posuerit ipse cum, quem nostra translatio habet liber quasiuncularum de Trinitate videtur collectus ex libro de Trinitate; sit vero Augustini, an non, incertum est. In tomo sexto liber de fide contra Manicheos à nemine reprehenditur, & videtur planè Augustini. In septimo tomo liber contra Fulgentium Donatistam, incertum est, an sit Augustini; cum non habeat aliquod testimoniū ab aliquo auctore graui.

Augustinum plus allegant, quam cæteros Ecclesiæ Doctores Theologi scholastici, cōcionatores Euangelici, iuris canonici periti, & tractatores rerum Ecclesiasticarum; vide, si placet, Magistrum in sententijs, Angelicū Doctorem in summa Theologia. Burchardum, & Iuonem in recopilatione canonum, Alcuinum, & Bedam in homilijs, Cassiodorum in Psalmos, Isidorum de summo bono, Anselmum in suis libris: omnes enim dicent tibi de Augustino, quod sequax eius Prosper ita; *Ipsè ergo est, quem in ijs libellis pro possibilitate sequutus sum.*

Augustini sequaces.

Prosper lib. 3 de vita cōtemplatiua. c. 31.

In alia classe reponendi occurrunt auctores, sic Augustino in aliquibus operibus adhaerentes, ut omnia transferant ad vnguem verba eius, vnus est Petrus Abbas Tripolitanus in commentarijs super epistolas Pauli celebratis à Cassiodoro, in diuinarum lectionū institutione: vnde non erant Venerabili Bedæ tribuendi. Subit in mentem nunc mihi doctus Eugypius, qui duos tomos thesaurorū Augustini fecit, venit Sanctus Prosper cū sententijs ex ipso augusto, & aureo sapientiæ fonte depromptis; Sanctus Iulianus archiepiscopus Tolet. prosequutus est idem sententiarum argumentum, & (id apud Isidorum notat Felix) magnos commentarios super Psalmos colligere in paucis paginis incæpit. His adiunge Ludouicum Blosium in Syntagmate, Honorium Augustodūnensem in dialogis, Antonium de Nomis in floribus, Hieronymum Torrensem in Confessione Augustiniana. Iam beatus Augustinus Anconitanus in hoc scribendi genere primas accepit, & Milleloquium Augustini sedulus elaborauit, ut habent Pamphilus, & Antonius Posseuinus; huic operi Bartholomæus Vrbinas vltimam manum imposuit, nulla facta Augustini Anconitani mētionē, sed par pari

Auctores  
nullum verbum nisi Augustinianū  
interferētes  
in suis scrip-  
tis.

Felix apud  
S. Isidorum  
in Catalogo  
de viris illu-  
stribus.

ei

ei relatū est, & magnos, quia bonos in vtrūq; testamentum commentarios ex libris Augustini se legit, & eos, ô summum nefas! infelicis memoriæ homo Ioannes Gastius hæreticus primæ classis surripuit, & sine vlla Bartholomæi mentione, truncatos, sub suo nomine divulgauit; Xistus Senensis, & Antonius Posseuinus annotant; omnes tamen isti, & siqui sunt alij, scriptores Augustiniana omnia in suis operibus, & nulla sua interferentes verba; cum Boetio martyre lectores ita commonefaciunt: *Vobis tamen illud inspiciendum est, an ex beati Augustini scriptis rationum semina aliquos in nostra venientia fructus attulerunt?*

Gennadius impudenter, & imprudenter scribit; *Multa loquenti, scilicet Augustino, accidit, quod dixit per Salomonem Spiritus Sanctus; in multiloquio non effugies peccatum.*

Cui Augustinus videtur hunc in modum respondisse; *Absit enim, ut multiloquium deputē, quandiu necessaria dicuntur, quantumlibet sermonum multitudine, & prolixitate dicantur, sed istam sententiam Scripture sanctæ (in multiloquio non effugies peccatum) propterea timeo, quia de tam multis disputationibus sine dubio multa colligi possunt, quæ si non falsa, aut certa, videantur, siue etiam conuincantur non necessaria. Hæc iustus in principio ac-*

cul-

Vide Xistū Senensē in tractatu de varijs modis turripiedi libros, & Antonium Posseuinū in Apparatu agerem de Bartholomæo Vrbinate.

Boetius libro de Trinitate.

Gennadius in viris illustribus imprudenter, & malè loquitur Augustin. in prologo Retractionū.

cusator sui, nec minus modestiæ partes implens, quam sapientiæ, iudicans semetipsum ne dijudicetur ab alijs; quanto magis à Genadio.

Motianus reprobat

Motianus scholasticus atro dente aliquando mordet Augustinum, sequutus excitantes contra doctiores non calamum, sed clamorem ita commemoratos à Possidio; *Hæretici, causa diffidentia, nihil unquam rescribere voluerunt, sed irati furiosè loquebantur, atq; seductore, deceptoremq; animarum Augustinum esse, & privatim, & publicè in clamabant, & veluti lupum occidendum.*

Possidius in vita August. cap. 9.

Sed beatus Facundus Hermianensis Episcopus pro Augustini parte, ut sepè solet, amicus occurrit, & ita pugnat; *Et si igitur libet eos, nempe hæreticos, in pace quiescentium busta refodere, & ossa corrodere mortuorum in hoc adamantino viro (id est Augustino) suos experiantur dentes, & cognoscant, quod ita eis in ore frangentur, ut ultra neminem, sub hac specie, mordeant.*

Facund. lib. 9. contra Motianum.

De his hæreticis Augustini hostibus, & ab ipso, vel ab ipsius aëclis ad internecionem victis, alibi scribim⁹; nunc ad alios venio aliàs probos, & probatos auctores, improbandos omnino cum magnum reprobant, & absque veneratione non sequuntur Augustinū; primus

Abulensis Episcopus reprobatus ubi.

mus est mihi R. Episcopus Abulensis D. Alphonsus, ut vocant, Toftatus; sententiam namq; suam de die mortis Christi Domini scripsit, & integro defendit opusculo reprobans Augustinianam hisce verbis: *Si beatus Augustinus scriberet historiam, & diceret, quod aliquo tempore ignis fuit frigidus, non adhiberemus ei fidem, in proposito sic est; quia beatus Augustinus dixit Christum fuisse mortuum octavo Kalendas Aprilis, scilicet vigesima quinta Martij.*

Toft. 2. p. def. c. 18.

*Quod autem octavo Kalendas Aprilis Christus Dominus fuerit crucifixus, multorum late Doctorum constat sententia vulgatum; ait Beda,*

Beda Veg. lib. de duratione temporum. ca. 65.

*Angelus octava venturum nuntia, agnum, Agnus & ipse cruce, mundi pro morte leuatur.*

Beda in Ephe. 8. Kalend. Aprilis.

In eandem allegatos sententiã inuenio Tertullianum libro contra Iudæos, Chrysostrum sermone de Sancto Ioanne Baptista, Cyrillum Alexandrinum in epistola ad Episcopum Carthaginensem, quibus adde Iulium Hilarionem, cum ait; *Octavo Kalendas Aprilis diem fuisse mundi primum, in ipsoq; mortuū esse Christum Dominum.*

Antiquior est sententia, quam P. Augustinus.

Iulius libr. de duratione mundi.

Martyrologium Romanum benè monet eadem vigesima quinta die Martij mortem boni Latronis, illudque sequuntur alia eiusdem

Martyrologia multa apprehendunt Christū D. fuisse passū die 5. martij.

dem nominis, & rei monumenta per Rabanum, Notherum, Vsuardum, tunc assignantia mortem Christi Domini; nec aliter asseruit Abbas ille Dionysius cognomento Paruus, virtute maximus, si credimus Sigiberto, ad annum Domini DXXXII. Calixtus tandem, quem Papam fuisse dicunt, hoc modo statuit: *Primus Iacobus inter Apostolos martyrium compleuit, qui ipsa die & hora, qua passus Dominus, decollatus est, nempe octauo Kalendas Aprilis.*

Calixtus in lib. de mir. S. Iacobi.

Martinus lib. 6. Hippo. in prologo.

Martinus Martini Cantapetrensis in permissa etiam editione Salmanticensi, qua nos vtimur; *Augustinus, inquit, in proœmio Psalmorum nouem Psalmos à Dauid aſerit conſcriptos, in libris verò de Ciuitate omnes: quam ſimiliter varij, & diſidentes ſunt interdum ſcripturarum interpretes, quid attinet dicere, aut in re tam aperta tempus tere? cum tot ſint in vnoquoq; loco expoſitiones; quot ſunt homines; nec mirum hoc alicui videri debet in nobis, cum Paulus ex parte prophetet, & nunc in enigmate videat, & in ſpeculo, donec clarè, poſt obitum tueretur.*

Aduertendus, & corrigendus hic auctor, alias veillis.

Correctione dignus, vt in alijs, ita in ſupra dictis, iſte Martinus; in illuſterioribus enim ad fidem, ædificationemq; Eccleſiæ pertinentibus ſacræ paginæ locis, non videre videtur vnanimis eſſe tam antiquos, quàm recentiores interpre-

interpretes; Apoſtolum Paulum inter auctores à ſe diſidentes numerat; atque lumen fidei certum, & inſalibile, licet obſcurum, aliquo modo detrahit; ſolem nem vero Auguſtino notam perperam inurit; quam Ioannes Mariana Societatis Presbyter in Opuſculo pro editione vulgata ſic exponit: *Augustinus varius eſt (circa auctorem Psalmorum) ſed libro VII. de Ciuitate, capite XIV. omnes Psalmos à Dauid ſcriptos exiſtimat, re cum atate melius conſiderata.* Hæc ille.

Mar. pro-  
ditione vul-  
gata. c. 4.

Verum, vt in planis figuris circulus ex omni ſibi parte conſentit: ita Pater Auguſtinus, in auctore Psalmorum, & fortis, & in ſe ipſo totus teres, atq; rotundus (hæc ait Caſſiodorus) congruenter omnes Psalmos dicit eſſe Dauidicos, nec varius eſt in proœmio Psalmorum, ſeu enarratione Psalmi primi; ait enim ibi, *Quod Dauid ſolum nouem psalmos proprio ore cecinit;* non verò ſolos nouem conſcripſit; quod vltimū ab ipſo dictum dixit in conſideratè Martinus ille Martini; & poſtea Ioannes Mariana, tanquam certum ſubtacuit, non timens apertè vocare variū Auguſtinum, ipſum adamantem fidei.

Caſſiodorus  
in præſatio-  
ne Psalmorum.  
Hor. lib. 3.  
ſermonum

Auguſt. in  
Pſal. 1.

Ludouicus Molina eiufdē Societatis profeſſor in Academia ſui Ordinis Eboreniſis,

Molina in  
1. p. D. Th.  
disput. 1. de  
op. 6. die-  
rum.

acerbius, quam decebat expositionem Pa-  
tris Augustini, super Genesim, habentem  
diem esse cognitionē, hisce verbis animad-  
uertit; Appellare cognitiones illas rerum in verbo,  
& in proprio genere diem, multiplicareq; ea ratione  
dies, comparatione diuersorum obiectorum, est uti  
vocalibus ad libitum, & præter omnium sensum,  
& opinionem: nec ullam verisimilitudinem ha-  
bet, Moysen cum populo rudi in ea significatione  
fuisse loquutum, quam vix ullus potuit excogitare,  
excogitatamque sibi persuadere; quare exponere in  
eo sensu scripturas, est sanè earum auctoritatem ener-  
uare, & (si impugnanda est sanctissimi, eminentissi-  
miq; Doctoris de Ecclesia, & sacra Theologia quam  
meritissimi sententia, fas est ita loqui) ludibrio quoq;  
coram infidelibus exponere, meritò ergo sententia Au-  
gustini ab alijs Patribus, & Doctoribus communiter  
reprobatur.

Acerba, &  
aspera ver-  
ba in Augu-  
stini senten-  
tiam.

12. Confes.  
6. 24.

12. Confes.  
25.

Augustinus verò obijcientibus, propter  
illam, & similes expositiones in Genesim;  
Non hoc sensit Moyses quod tu dicis, sed hoc sensit,  
quod ego dico, & c. respondit hoc modo; O vita  
pauperum Deus meus, in cuius sinu non est contra-  
dictio; plus mihi mitigationes in cor, ut patienter ta-  
les feram, qui non mihi hoc dicunt, quia diuini sunt,  
& in corde famuli tui viderunt, quod dicunt, sed  
quia superbi sunt, nec nouerunt Moysis sententiam,  
sed

sed amant suam, non quia vera est, sed quia sua  
est: alioquin & aliam veram pariter amarent, si-  
cut & ego amo quod dicunt; quando verum dicunt,  
non quia ipsorum est, sed quia verum est, & ideo  
iam nec ipsorum est, quia verum est: si autem ideo  
amant illud, quia verum est, iam & ipsorum est,  
& meum est: quoniam in communi omnium est ve-  
ritatis amatorum. Illud autem quod contendunt non  
hoc sensisse Moysen, quod ego dico; sed quod ipsi di-  
cunt, nolo, non amo, quia etsi ita est, tamen ista teme-  
ritas non scientiæ, sed audaciæ est; nec visus, sed ty-  
phus eam peperit.

Superbi iu-  
dicatur, qui  
sic amat se  
sententiã suã,  
ve respuante  
alienam pa-  
riter verã.

Audaciã est  
dicere Moy-  
sem sensisse  
quod quis  
dicit, nõ ve-  
ro quod al-  
ter, si verũ  
etiam dicitur.

Multa scribit alia suas defendens expo-  
sitiones, & in duas classes diuidens inter-  
pretes Scripturæ, quorum alij sunt in ni-  
do, velut implumes, cogitantes, verbi gra-  
tia, vespere, & mane factum esse diem, na-  
turalem scilicet ex nocte constantem, &  
die artificiali; Alij vero, quibus hæc verba  
iam non nidus, sed opaca fructeta sunt, vi-  
dent enim in eis latentes fructus, & volitant  
latantes, & garrunt scrutantes, & carpunt  
eos.

Dux inter-  
pretum clas-  
ses.

Gen. 1.

Aug. 12. Cõ-  
f. c. 28.

Inter primos se in primis continuit, &  
quemadmodum Basilius inter Græcos, Am-  
brosius inter Latinos de opere sex dierum;  
ita inter Africanos de eadem re scripsit; Di-

Augustinus  
bene nouit  
dies natura-  
les in Gene-  
si.



Cassiodor<sup>9</sup>  
lib. 1. diui-  
narum inst.  
c. 22.

*citur enim* (ait Cassiodorus) *de septem diebus Ge-  
nesis fecisse septem sermones, quos sedula cura perqui-  
rimus, & inuenire desiderantèr optamus.*

Interpreta-  
tio Augu-  
stino pro-  
pria.

Ad alteros verò interpretes, postquam  
volare potuit, confugit, & eos, vt puto, du-  
xit, & facem prætulit, in hoc exponendi ge-  
nere, quod vti diximus, ei maximè frequen-  
tatum, & summè proprium, vt scilicet quã-  
cũque veram expositionem putet esse Moy-  
si notam, & dicentibus non esse credibile  
Moysem in ea verborum significatione cum  
populo rudi loquutum, ironia socratica res-  
pondet, & dum vitat à suis interpretationi-  
bus arrogantiam, clanculum notat eorum  
gloriam, dicens; *Nolo itaque Deus meus, tam  
præceptus esse, vt hoc* (quod ego in literis tuis ex-  
posui) *illum virum* (supple Moysem) *de te me-  
ruisse non credam; sensit ille omnino in ijs verbis,  
atque cogitauit cum ea scriberet, quidquid hic verè  
potuimus inuenire, & quidquid non potuimus, aut  
non possumus, & tamen in eis inueniri potest.*

12. Confes.  
31.

Sed demus, quod vnã tantùm expositio-  
nem Moyse ex multis veris, quæ possunt in-  
ueniri, cogitauerit in verbis suis: *Sit igitur illa*  
(pro ipso, & cum ipso loquor Augustino)  
*quam cogitauit, excellentior; nobis tamen Domine,  
aut ipsam demonstra, aut quam placet alteram ve-  
ram;*

12. Confes.  
32.

*ram; vt siue nobis hoc, quod etiam illi homini tuo, siue  
aliud ex eorundem verborum occasione patefacias,  
tu tamen pascas nos, non error illudat.*

Oratio Au-  
gust. anteq-  
cræ paginæ  
lectionem.

Nec est vti vocabulis ad libitum, sed opti-  
ma proportione cognitio creaturæ, *quæ ma-  
ior in Deo est, dies, & lux dicitur, cognitio verò sua  
in se ipsa, ad compensationem cognitionis illius, quæ est  
in Deo, vespera nominatur.* Hæc Isidorus.

Isidorus li-  
br. 1. de sũ-  
mo bono. c.  
8.

Et licet vnus solus Augustinus hanc expo-  
sitionẽ potuerit excogitare, non tamen par-  
ui faciendã est, non enim aduersa, etsi diuer-  
sa pateat à cæteris huius loci Genesis, vt be-  
nè notat Picus Miradulanus expresse docēs,  
quod & alij, illam venerãdam esse, quia prin-  
cipium habuit à tanto Doctore quantus est  
*Augustinus omnium eximius Doctor Ecclesiarum.*

Picus in A-  
pologia sa-  
crarũ quæ-  
stionum.  
Beda lib. de  
sexag. sib.

Meritò ergo Iunilius Africanus ait in li-  
bello aureo super Genesim, qui falsò tributus  
est Bedæ Venerabili: *Augustinus in libris Confes-  
sionum suarum, in libris quoq; contra Aduersarium  
legis, & prophetarũ eximie composuit, & alijs spar-  
sim opusculis suis, nonnullam eiusdem primordialis  
creaturæ memoriam* (sic vocat sententiã in prin-  
cipio Genesis Augustinianam) *cum expositio-  
ne congrua fecit.*

Iunilio pro-  
pe exordii  
Genesis.

Cassiodorus vero, nullibi magis laudat  
Augustinum, quam supra Genesim dicens,  
V 3 quod

Casiod. r. quod, contra Manichæos duobus libris disputans  
diuin. inst. ita textum Genesis diligenter exposuit, ut pænè ni-  
c. 22. hil relinquere probaretur ambiguum, &c.

Scriptis etiam contra Manichæum Faustum tri-  
ginta tres libros, ubi & eius nequissimam prauita-  
tem manifesta ratione conuicit, & de libro Genesis  
iterum mirabiliter disputauit, &c.

In libris quoq; Confessionum posterioribus tribus  
In nullaparte scripturæ plus impendit operæ, quam in Ge-  
nesim. voluminibus, de Genesis explanatione disseruit, cõ-  
fessus altitudinem rei, quam toties repetita exposi-  
tione tractauit.

Ista Casiodorus, & ad illam Augustini  
sententiam, quæ vocat cognitionem diem,  
respiciens peculiariter disertum, cautissimum,  
& locupletem Domino largiente, tractatorem ita vocat: De iisdem principijs san-  
ctus quoq; Augustinus dissertus, atq; cautissimus di-  
sputator, duodecim volumina conscripsit, quæ do-  
ctrinarum pænè omnium decore vestiuit, hæcq; vo-  
cauit de Genesis ad literam, qui quamuis de eadem re  
tractauerit, quæ beatus Basilius, & sanctus Ambro-  
sius celeberrima laude fulserunt, tamen, quod post  
dissertos viros, minimè contingere solet, opus suum  
longè in aliam summitatem, Domino largiente, pro-  
duxit.

Quod si sententia Augustini ab alijs Patri-  
bus, & Doctoribus communiter reprobare-  
tur:

tur, non diceret de ea, & cæteris quæ sunt in  
libris de Genesis ad literam, Xistus Senensis  
in omnibus tam antiquis, quàm neotericis  
sacræ paginæ tractatoribus ad monstrum ver-  
satus, quod ingeniorum oceanus Augusti-  
nus conscripsit in tria prima Geneseos capitula de  
Genesis ad literam libros duodecim, in quibus, quam-  
quam ipse fateatur, plura à se quæsitæ, quam inuen-  
ta, & ex inuentis pauciora firmata, & tanquam  
adhuc diligentius perquirenda in medium relicta, tã-  
dem tantus est in eis artium, disciplinarum, ac scien-  
tiarum omnium thesaurus, ut facillè appareat neq;  
eruditius, neque sublimius in expositione horum  
trium capitum, vel ante, vel post Augustini tempo-  
ra prodijisse quidquam, neq; deinceps futuris tempo-  
ribus fortasse proditurum.

Xistus lib: 4. Biblio-  
thecæ san-  
ctæ in Au-  
gustino.

Laus Au-  
gustini su-  
per tria ca-  
pita Gene-  
sis et si di-  
cat cogni-  
tionem esse  
diem,

## CAPV T IX.

Aduertit aliquos aliter interpretantes Au-  
gustiniana aliqua, quam fortè  
par erat.

NON timeo prolixum, & fortè nimium  
iudicari scriptorem, dum pietatis exer-  
cere

Excusat se auctor quia præfens, & quod sequitur caput aded prolixè scribat.

cere compellor officium, & nomen fugio ingrati erga meum Patrem, vtrique gratissimum Ecclesiæ, triumphanti scilicet, atque militanti: sic operæpretium existimaui quæ in superiori capite scripsimus, ac in præfenti (multis alijs eiusdem generis relictis) ad Augustini laudem propalare, etsi modestia, & prudentia opus sit mihi non minus timentis aliorum dicta refutare, quam debita veritate hæc nostra stabilire; nam, vt cum Euripide loquar in Iphigenia;

Euripides in Iphigen.

..... Vir improbus quidem,  
Is mihi videtur esse, qui vereri non solet.

Rosignoli. lib. 5. de discip. Christ. c. 23.

Bernardinus Rosignolius Societatis I E S V presbyter in libro quinto de disciplina Christiana sic habet: *Aliquando vt moueat admiratione, vt Rex magnificentissimus explicat Deus immensas opes essentia sua, & se quasi Oceanum maximarum, infinitarumq; perfectionum homini contemplandum præbet, hac contemplatione tenebatur Apostolus, cum exclamauit; ó altitudo diuitiarum sapientia, & scientia Dei: sed eam explanat Augustinus, cum dicit, tãquam si mare esset, ubiq; & vndiq; per immensa spatia infinitũ, & haberet intra se spongiam quandã magnam, sed finitam, tamen plena esset spongia illa ex omni sua parte ex immenso mari, &c.*

Aug. 7. c. 5.

Hæc tamen displicent: nam Augustinus illic

illic non agit de vera, & altissima cõtemplatione, sed de falsa Manichæorum opinione, quam habebat inter Manichæos, fingès Deũ esse mare ex omni parte ambiens, & penetrans omnem mundi creaturam, quam vocat spongiam, & ideò non poterat inuenire causam mali, sicut alibi scripsimus, etsi nullus nobis aptior occurreret locus, ad explicandã hanc eius comparisonem, quam iste, satis clarus post illa Rosignolij verba sic addens: *Sic creaturam tuam finitam te infinito plenam putabam, & dicebam ecce Deus, & ecce quæ creauit Deus, & bonus est Deus, atq; his valedissimè, longissimeq; præstantior; sed tamen bonus bona creauit, & ecce quo modo ambit, atq; implet ea; ubi ergo malum? & vnde? & qua huc irrepit?*

Augustinus cum erat inter Manichæos existimabat esse creaturam velut spongiam Deo vndiq; plenam.

7. Conf. 5.

Aliquos grauissimos nostri tẽporis Theologos (antiquos non ita) legimus, quib⁹ quasi dubium, an Pater Augustinus aliquandò docuerit Deum oculis corporalibus videri posse? eisque licet in negatiuam partem euntibus, & disputando potiùs, quam affirmando contrariam vidẽtibus ab Augustino tractatam, ad æquã iusti lancem occurrit, & recurrit magister meus vir inter omnes Theologos verè magnos magnus, Fr. Ægydius de Præsentatione Lusitanus, Ordinis Eremitarum

Theologi graues, & recentiores subnotantur.

Ægydius Lusitan. li. 4. de Beatitudine formalis. q. 5. art. 2. 5. 4.

rum ornamentum singulare; ne vel per minimam suspicionem, præcipuo Ecclesiæ doctori aliquid auctoritatis detrahatur in re adeò clara, & manifesta tam ipsius doctrine, quam sequacibus, ut vnus scribat eorū Sanctus, & eximiè subtilis Fulgentius; *Oculis porro corporalibus Deus spiritus nō videtur; unde quosdam beatus Augustinus, qui hoc voluerunt de Christo credere, quod Deum Patrem oculis corporalibus videat, in epistola sua, quam ad Italicam scripsit, licet breui sermone, sufficienti tamen ratione conuincit.*

Illustrissimus Cardinalis, nostri seculi gloria, Baronius in illo displicet, quod ab Augustino scribit intellectum non fuisse Hieronymum in contentione celeberrima circa verba Pauli dicentis de Principe Apostolorum: *Restiti ei in faciem, quia reprehensibilis erat.* Nam hic (inquit) id est Hieronymus scribit, *Cæremonias esse nociuas, ille agit de mēdacio in scriptore canonico non admittendo.*

Etenim Hieronymus dicebat cæremonias esse euacuas, & mortiferas ijs, qui eas vellēt, sicut à parentibus acceperant, custodire, hoc est tãquam adhuc vtiles; cui Augustinus cōuenit, solū addēs à Christi passione vsq; ad promulgatū Euāgeliū, illa potuisse seruari, dū tamē minimè ad salutem necessariæ crederentur.

Quæ

Quæ quidem doctrina Augustini recepta est ab omnibus, & à nonnullis definita dicitur in Concilio Florentino, etsi nos in eo nō legamus talem definitionem; sed tantum sacramenta veteris legis figurasse gratiam esse dandam per passionem Christi. Igitur vt vmbre, adueniente corpore, euanescent, ita cæremonia illæ factæ sunt inutiles, mortuo Christo: tempore autem, quo Petrus docebat Antiochiæ, adhuc ipsa legalia erant permessa, & licita; hoc est non mortifera, sed e-mortua, vt scilicet inter illa daretur discrimen, & idololatriam, quæ minimè tolerata fuit, vel aliquo momento temporis, per Apostolos docentes hanc ex Dæmone, illa suam originem habuisse ex Deo; & ideò sepelienda cum honore. Hieronymus autem (sit fas loqui) præteriens quid diceret hanc Augustini doctrinam recipiendam prædixit omnibus mundi Catholicis, ita ei præscribens in contentione, *Tu, inquit, vt Episcopus in toto orbe notissimus debes hanc promulgare sententiam, & in assensum tuum omnes Episcopos trahere; ego in paruo tuguriolo, cum monachis, id est cum compeccatoribus meis, de magnis statuere non audeo.*

Cum autem de cæremonijs euacuatis parum contenderit Hieronymus, & veluti pal-

mam

Fulg. 3. Ref  
pon. ad Fer  
randū Dia-  
conum.

Baronio ad-  
uertitur.

Galat. 2.

Baron. ad  
an. 511.

Hieronym.  
epist. 111. a.  
pud Aug.

Ferdinandus  
de Velosillo  
in aduer-  
tentijs doct.  
super tom.  
2. Aug. q. 3.

Concilium  
Florentinū  
in Decreto  
de sacramē-  
tis.

Idololatria  
extrinseca fuit  
lex veteris cū  
honore sep-  
ulta.

Hieronym.  
epist. 111. a.  
pud Aug.

Quare Augustinus in  
fere ex do-  
ctrina Hiero-  
nymi su-  
per epistolā  
ad Galatas  
dari menda-  
cium scrip-  
tore Canonico.

Gal. 2.

Sententia  
Hieronymi  
in epistolā  
ad Galatas.

Act. 16.  
Act. 17.  
Act. 21.

mam Augustino porrexerit; & Augustinus viderit nō esse necessarium tractare illas adhuc Petri tempore prædicantis Antiochiæ, licitas, licet euacuatas, & penitus emortuas; ad impugnādam Hieronymi expositionem se conuertit, quæ nullo modo tolerāda erat, alioquin absurdum admittendum, quod mendacium daretur in scriptore Canonico: sic enim beatus Hieronymus exposuit illud Apostoli Pauli dictum; *Restiti ei in faciem, quia reprehensibilis erat.* Ut in superficie Petro restitisse Paulum dicat, non quidem ex corde, & sic externè scripsisse tantum, non tamen animo illum esse reprehensibilem; alioquin ipse Paulus esset procax, & reprehenderet in maiori Petro, quod ipse prius commiserit, dum discipulum Timothæum circumcidit, vel Cenchreis votum persoluit, vel Hierosolymis à Iacobo admonitus se purificauit Hebræorum more.

Ad hanc Hieronymi sententiam rectè rescribit Augustinus dari in Paulo scriptore canonico mendacium; tunc enim scriberet calamo, quod non haberet mente, reprehensibilem scilicet Perrum, & re vera in animo suo non esse, quod est mendacium, & simulatio penitus illicita: nam duplex est simula-

tio,

tio, sicut ipse monet Augustinus, *altera verū tacendo oculimus, altera fallendo.* Prima licita est, & officiosa, illa quæ; vsi sunt Petrus, & Paulus legibus uti adhuc licitis occultando tamen, & tacendo illa esse iam penitus euacuata, cū ille se coniūxit Iudæis Antiochiæ, & iste Timothæum circumcidit, & se totondit in Cenchreis, & purificauit Hebræorum more: posterior verò simulatio; qua verū oculimus fallendo, est illicita, ac mendacium inuoluit, & apertè datur in Paulo, dum, penes Hieronymi expositionem, occultat se animo suo non restitisse Petro, & in eo non iudicasse eū esse reprehensibilem, & tamen lectorem fallit scribēs; *Restiti ei in faciem, quia reprehensibilis erat.*

Quando autem Papa Gelasius facta Petri per simulationem laudat, non est vllō modo pro parte Hieronymi, qui simulationē, qua verum occultamus fallēdo ponit, sed est pro parte Augustini, qui simulationem illam officiosam fuisse docet, qua verum oculimus tacendo, quod aduertendū existimauimus propter illum Conciliorum recopiatorem Ordinis Dominicani Bartholomæum Carrāzam Mirandensem, habentem sic in gestis Papæ Gelasij, *Videtur fauere sententiæ, quā Hieronymus habet de obseruantia legalium, quam Petrus simula-*

uit,

Aug. apud  
Prosperum  
sententiam  
264.

Licita fuit  
vtriusque  
Apostoli si-  
mulatio, cū  
Iudæis facti  
sunt veluti  
Iudæi.

Si Paulus  
scriberet  
quo modo  
exponit Hi-  
eronymus,  
falleret, quā  
non est ad-  
mittendū.

Ad Gal. 2.

Carrāza in  
decretis Ge-  
lasij Papæ  
aduertitur  
apud reco-  
pilationem  
Conciliorū

uit, inquit enim sic, Sanctus Petrus primus Apostolorum, sic existimans novi testamenti gratiam predicandam, ut à legis veteris non recederet institutis, quedam per simulationem legitur inter Iudæos, Gentilesq; gessisse.

Qua de causa Paulus non sit procer reprehensor, & rectè dissuadeat que fecit.

Augustinus facit, quod Petrus non adueretur, quia usus est legali. bus ap. 9.

Ergo verè restitit Petro beatus Paulus, verè que scripsit, quod ille reprehensibilis erat in illa sua simulatione, non quia illa esset mala in se, sed quia præbere iam posset occasionem gentilibus Antiochiæ existimandi legalia esse adhuc post Christi Domini passionem salutifera, à qua quidem occasione procul aberat Paulus, quotiescumque Iudæis factus est Iudæus, & ob infirmitatem eorum usus est legalibus adhuc licitis, tacès iam illa esse mortua, & minimè salutifera, quia scilicet non erant gentiles, qui tali cogerebantur exèplo iudaizare: qua de causa non fuit procer reprehensor cum restitit Petro in faciè, eumq; magno cum zelo admonuit, ut suam detegeret dispensatiuam dissimulationem, quia poterat esse deinceps reprehensibilis ob scandalum gentilium: hæc expressis verbis traduntur ab Augustino, cum ait de Paulo;

*Non idè Petrum emendauit, quod paternas traditiones obseruaret, quod si facere uellet (nempè Petrus) nec mèdaciter, nec incongruè faceret: quamuis*

*enim*

enim iam superflua, tamen solita non nocerent; sed quoniam gentes cogebat iudaizare, quod nullo modo posset, nisi ea sic ageret, tãquam adhuc etiam post Domini aduentum, necessaria salutifera forent, quod vehementer per Apostolatam Pauli veritas dissuasit: nec Apostolus Petrus hoc ignorabat, sed id faciebat timès eos, qui ex circumcisione erant: itaq; & ipse verè correctus est, & Paulus vera narrauit, ne sancta Scriptura, que ad f. dem posteris edicta est, admissa auctoritate mendacij tota dubia fluctuet.

Ecce Petrum excusat Augustinus ab omni labe, eumq; posse uti legalibus asserit adhuc licitis, sed euacuatis, & ex compassione, ac metu periculi Iudæorum, quos senserat valde infirmos, artificiosa (sic appellat Cyrillus Alexandrinus) dispensatione cum ipsis agere, quousque eum vehemèter admonuit Paulus, ut ab illa propter gentiles cessaret, qui tali cogerebantur exemplo putare salutifera esse post Christi passionem illa legalia Iudæorum, & tunc Petrus, quia ob patrocinium à Deo sibi datum ad salutem Iudæorū illis legalibus usus fuit Antiochiæ, destitit ab illis, ob vehementem admonitionem Pauli, qui non minus gratiæ, quam ille ad Iudæos, ad saluandas gentes acceperat: ait enim, ut hæc pugna ab ipsa gratia proprii Apostolatus

Adueritur Petrus propter gentium scandalum, quod posset emendare.

Cyril. contra Iulianum in fine libri 2.

Petrus specialiter Apostolatus Iudæorum, Paulus vero gentiliū habuit.

excita-

excitata demonstratur, & ideò minimè con-  
demnanda, *Creditum est mihi E uangelium prap-  
tij, sicut & Petro circumcissionis, qui enim operatus  
est Petro in Apostolatam; operatus est & mihi in-  
ter gentes.*

Quare cum Philone græco Episcopo Car-  
pathio dixerim, quod Ecclesia ad illud Salo-  
monis; *Filij matris mee pugnaverunt contra me: ta-  
lem, eiusmodiq; pugnam pacificam, ac sanctam* (di-  
cat) *in me sanctissime pugnaverūt filij matris mee,*  
scilicet Apostolorum principes in doctrina  
Christi præcipui Petrus, & Paulus. Quod si  
exitus acta probat, maiorem laudem obtin-  
uit Petro, quia ex misericordia, & timens iu-  
dæis infirmitatem illa simulatione usus est,  
& ob humilitatem ab ipsa cessauit, recipiens  
admonitionem Pauli; *Documentum scilicet nobis  
concordiæ, & patientiæ tribuens* (hæc notat Cy-  
prianus) *ut non pertinaciter nostra amemus, sed  
que à fratribus aliquandò, & collegis nostris utili-  
ter, & salubriter suggeruntur, si sint vera, & legi-  
tima, ipsa potius nostra ducamus.* Recitat Augu-  
stinus eadem Cypriani verba, & alibi magis  
ad laudem Petri inclinatur; *multo namq; est* (ait  
ipse) *mirabilius, libenter accipere corrigentem, quàm  
audacter corrigere deuiantem: est laus utaq; libertatis  
in Paulo, & sanctitas humilitatis in Petro.*

Sed

Sed cum in his verbis deuiantem appellet  
Augustinus, & in multis alijs locis apertè vi-  
deatur asserere Petrum errasse; Baronius op-  
timum quidè animo potius errasse scribit Au-  
gustinum, ita proferens; *Sanctus Augustinus  
Vertex theologorum, dum exemplo Petri Cyprianū  
errantem excusat, Petrum in crimen adducit, cum  
ait; in sanctis scripturis didicimus Apostolum Petrū,  
in quo primatus Apostolorum tam excellenti gratia  
præminet aliter, quam veritas postulabat, de circū-  
cissione agere solitū, à posteriore Paulo Apostolo esse  
correctum; & infra: si potuit, inquam, Petrus cōtra  
veritatis regulam, quam postea Ecclesia tenuit, cogere  
gentes iudaizare, cur non potuit Cyprianus contra  
regulam veritatis, quam postea tota Ecclesia tenuit,  
cogere hereticos, & schismaticos denuò baptizari?  
& c. Ex his apparet (concludit Baronius) quàm  
scaber sit hic locus, quem nec Augustinus (venia tā-  
ti patris dixerim) inoffenso pede pertransiit.*

Sed ut Pater Augustinus rectè docet con-  
tra Manichæos: *Informis ergo illa materia, quam  
de nihilo Deus fecit, appellata est primo cælū & ter-  
ra, & dictum est, in principio fecit Deus cælum, &  
terrā: nō quia hoc iam erat, sed quia hoc esse poterat:  
nam & cælum scribitur postea factum: quemadmo-  
dum, si semen arboris considerantes, dicamus ibi esse  
radices, & robur, & ramos, & fructus, & folia nō*

X quia

Ad Gal. 2.

Philo in  
Cant. 1.Maior laus  
remanet Pe-  
tro, ex hac  
pugna vere  
pacificæ.Cyp. epist.  
71. ad Quin-  
tium.Lib. 2. de  
Baptism. c.  
2. cōtra Do-  
natistas.Aug. epist.  
19.Baronia 1.  
tom. an. 5.  
num. 34.Aug. de Bap-  
tismo con-  
tra Donati-  
stas lib. 2. c.  
1.Aug. lib. 6.  
de Baptism.  
contra Do-  
natist. c. 2.Aug. lib. de  
Genesi cō-  
tra Mani-  
chæos, c. 7.Quare ma-  
teria prima  
cælum, &  
terra dici-  
tur.

quia iā sūt, sed quia indè futura sunt, sic dictū est in principio fecit Deus cælū, & terrā, quasi semē cæli, & terræ, cū in cōfuso adhuc esset calū & terræ materia: sed quia certū erat inde futurū esse calū, & terrā, iā & ipsa materia, calū & terra appellata est. Isto genere loquutionis etiā Dñs loquitur cū dicit. Iā nō dicā vos seruos, quia seruus nescit quid faciat Dñs eius: vos autē dixi amicos, quia omnia quæcūq; audini à patre meo nota feci vobis: nō quia iā factū erat, sed quia certissime futurū erat; nā post paululū dicit illis; adhuc multa habeo vobis dicere, sed nō potestis portare modo, vt quid ergo dixerat ōnia, q̄ audini à patre meo nota feci vobis; nisi quia se sciebat hoc esse factū rū? sic etiā calū, & terra potuit dici materia, vnde nō dum erat factum calū, & terra, sed iam non erat aliunde faciendum. Innumerabiles tales loquutiones in scripturis diuinis inueniuntur, sicut in consuetudine sermonis nostri, cum id, quod certissime speramus futurum, dicimus iam factum, puta.

Iuxta quā doctrinā sic ego interpretor verba Apostoli, quādo ait se restitisse, & vehementer admonuisse Petrū, vt desisteret ab illa officiosa simulatione, qua benè poterat vti, quo usque nullū suspicaretur scandalū in gētilib⁹ Antiochię, quia scilicet, reprehēibilis erat. Hoc est quia iā reprehēibilis esse poterat, & quod cogeret gentes iudaizare, & quod non rectè ambula-

ambularet in veritatē Euāgelij nō quod hæc essent, sed quia fieri possent, & venialiter peccaret Petrus, si nō animaduerneret ad periculum gētiliū, quod occasione eius cōpalsionis in Iudæos eueniret, sed quia Petr⁹ & si maior esset admonitionē minoris suscepit, & suam detegit artificiosā dispensationē, nō euenit quod esset reprehensibilis, & peccaret venialiter, ita præordināte diuina pudentia, vt & Petr⁹ laudaretur de misericordia in Iudæos, & Paulus de magisterio erga gētiles; dum ille vti legalib⁹ adhuc licitis, sed euacuatis, & permissis vsq; ad sufficiētē Euāgelij pmulgationē nō veretur, quousq; necesse sit admoneri p̄ Paulū, & vsquequaq; relinquere op⁹ est dispensationē cōpalsionis, alioquin reprehēibilis esse poterat, & peccaret venialiter, p̄pter inaduertentiā, sed nō peccauit, nec reprehēibilis de facto fuit, quia se cōpressit à solita simulatione: Paulus verò tantū patrocina⁹ est gētilib⁹, vt p̄pter illos auf⁹ fuerit fortiter admonere, & resistere in faciē Apost. principi: sic enim vterq; cōmēdatur in Cōc. Osboriēsi; quod Petrus egit cōpalsione misericordia, hoc Paulus arguit pro magisterio disciplina, qđ ille fecit dispēsatiue, vt infirmi tolleret scādalu; hoc iste corripuit, ne indiscretus quilibet passim adduceret in exemplum.

Quando Petrus persistit in sua simulatione, post a lmonitionē Pauli, & scādalu geatiliū peccaret venialiter, & reprehensibilis omnino esset.

Petrus dē misericordia, & humilitate, Paulus de zelo laudatur

Concilium Osboriense apud Baronium anno 1602.

Ioan. 15.

Ioan. 16.

Sæpè dicitur fieri, aut factū, quod certissimè futurum scimus & si aliqua de causa non fiat.

Ad Gal. 2.



Sic deniq; verba P. Augustini possunt exponi, quando scilicet non facta, sed personas Apostoli Petri, & Cypriani comparat, de illis loquitur per exaggerationem, & ait, si Petri cuius episcopatum cuilibet episcopatu preferendum esse non dubito, a Paulo fuit correctus, hoc est admonitus, quia reprehensibilis erat, & aliter quam veritas postularer, de circuncisione agere solitus, & cogeat gentes iudicizare, non quia hæc facta fuerint, sed quia propter venialem inaduertentiam fieri possent, nisi Paulus (hoc Deo prouidete) ipsum admoneret; quanto magis posset errare Cyprianus de re nondum in Ecclesia definita? huc usque; de illis, quæ Baronius contra Augustinum scribit, circa quæstionem inter Hieronymum, & Aug. adeo celebrè, ut in eam complures impegisse noscatur; & adhuc hodie nonnulli partem Hieronymi defendere videantur, alij verò cum scholasticis ferè omnibus August. cui, & ipsi Hieronymo nihil interessit inimicitiam post eam, ut ex dictis Augustini constat, & Hieronymianis istis ad ipsum: *Æmuli, & maxime heretici, si diuersas inter nos sententias viderint, de animi calumniabuntur rancore descendere; mihi autem decretum est te amare, te suscipere, colere, mirari, tuaque dicta, quasi mea defendere.*

Augustinus non facta Petri, & Cypriani, sed personas comparat.

Nihil dissidij inter August. & Hieron. in hac pugna.

Hierony. epist. 10. apud Aug.

Adhuc aduertendum Baroniū existimo; dum librum Augustini de opere monachorum putat ad quædam hæreticorum germina scriptum; *Sed quis non videat (ait) ex habitu, atque doctrina hæc talia Carthagine iurgia dissimantes germina fuisse Eucharitarum, & Massalianorum, qui deprauate apud Augustinum nominantur Psaliani; hi in tonsi prolixa incedentes coma negabant esse manibus operandum, &c.*

Baro. anno 179.

Verum, non de hæresi, sed de ignauia arguit suos Africæ monachos, ad quos in Retractionibus aperte monstrat illum fecisse librum, & ex fine eius, dum ad ipsos scribit monasticum eorum propositum; *tam bonum, tam sanctum, quod in Christi nomine cupimus, sicut per alias terras, sic per totam Africam pollulare.*

2. Retractio c. 21. Liber de oper. monachorum ad quos fuit scriptus. Lib. de oper. monac. ca. 28.

Nec illi Orientis hæretici negantes, ut dicit, opera manualia, & vtentes coma prolixa; deprauate Psaliani dicuntur in libro de hæresibus apud Augustinum; sic enim in contextu, quia in præfatione vocantur ab Augustino *Psaliani, aliàs Massaliani, siue Eubychæ.*

Præfatio libri de hæresibus.

C A P V T X.

De sapientibus gestis eius contra gentiles.

Primæ Aug.  
gust. lucu-  
brationes  
aduersus A-  
cademicos  
gentiles.

**Q**uas primas Augustinus lucubrationes edidit post conuersionē, aduersus Academicos dubitantes de omnibus, in primis gestis eius contra gentiles cōmemoramus; tanta enim dexteritate ingenij, argumenta illa quibus negāt certam rerum cognitionē destruxit; vt Ciceroniana de Academicis suis anteposuisse studijs ita retractet: *Illud etiam, quod in comparatione argumentorum Ciceronis, quibus in libris suis Academicis usus est, meas nugas esse dixi, quibus argumenta illa certissima ratione confutauī: quamuis iocando dictum sit, & magis ironia videatur, non tamen debuit dici.*

Lib. 7. Ret.  
c. 1.

Probauit  
Deos com-  
mentitios  
gentilium  
fuisse homi-  
nes.  
Æneid. 8.

Homines mortales esse, quos Gētiles falsò Deos appellarēt, in epistola ad Maximū Madaurēsem probat scribēs hæc Virg. carmina;

*Primus ab æthereo venit Saturnus Olympo  
Arma Iouis fugiens, & regnis exul ademptis.*

*Et cetera, quibus (vt nomine, ac verbis eius cū ipsis gētilibus loquar) eum, nēpè Saturnū, atq; huiusmodi Deos vestros vult intelligi homines fuisse.*

Tantum valuit apud gētiles Romanos, eo tempore doctiores, vt interroganti cuidam illorum; *quis est sapientia ad perfectū Christianitatis imbutus, qui ambigua, in quibus hæreo, possit aperire, dubiosq; sensus meos, vera, vel verisimili credulitate firmare?* statim Volusianus, de cuius con-

Volusianus  
gentilis lau-  
dat Aug.

uersione dicemus in vita Sanctę Melanię sã-ctimonialis Augustinianę; respōderit in publico, & grauissimo conuentu; *Vt curq; absq; detrimento cultus diuini, in alijs sacerdotibus toleratur inscitia: at cum ad Antistitem Augustinum venit, legi Dei deest quidquid contigerit ignorari.*

Volusianus  
epist. 2. a-  
pud Aug.

Scientiam de immortalitate animę, quam primus docuit apud Græcos Phericles Asyrius Asyrium amomū esse dicit, quod post aduentum Christi Domini vbiq; inuenitur, nullusq; est adeo vecors, & ignar⁹, qui nō credat, vt ipse loquitur, animā esse immortalē, & impletum hac in parte vaticiniū illud Virgilij, *... Asyrium vulgo nascetur amomū.*

Multū per-  
fuisse im-  
mortalitatis  
animę.  
Aug. epist.

Eclog. 4.

Contra gentiles, qui nihil magis Romę volebant credere de Christo humane salutis auctore, Domino, & magistro animarū, quā de Apollonio, vel Apulleio, vel aliquo alio, de quo magna scripta sunt; multis argumentatus est rationibus, & preclariùs actum cum imperio Romano, postquam doctrinam suscepit paupertatis euāgelicę (quod aliqui Gētiles negabant) quam cum diuitijs, & mundi prosperitatibus innixum falsis olim idolis in seruerit, optimè probauit, & inter alia paupertatem ad cælum vsque tertium euexit, cum Iuuenali scribens;

Destruxit  
illorum er-  
rorem, qui  
diuinitatem  
Christi neg-  
abant, &  
laudauit e-  
uāgelicam  
paupertatē.

Satyr. 6.

Nullum crimen adest, facinusq; libidinis, ex quo  
Paupertas Romana perit.

Augustinus & in magisterium, & in adiutorium probat Christu venisse in huc mundum.

Multis monstravit testimonijs non solum in magisterium, sed in adiutorium contra effectus peccati originalis, ipsum Dei filium a caelo descendisse, & quia cum gentilibus ageret, quibus satis constabat Eclogam Virgilij quartam ex Sibylinis, aut alijs sacris oraculis assumptam, haec eius de Christo Domino congruentè exponit carmina;

Epist. 3.

Quo duce, si qua manent sceleris vestigia nostri  
Irrita perpetua soluent formidine terras.

Ecl. 4.

Præuulgatum fuit Augustini tempore, quod iuxta quoddam oraculum, Religio Christiana non esset duratura, nisi ad annum usque annorum, idque prædictum, vel ab ipso Dæmone, vel ab aliquibus Christiani nominis hostibus dictabatur, ipsa die Pêtecostes, qua Spiritus Sâctus super principes Ecclesię descendit Hierosolymis: sed Augustinus contra hunc inueteratum, & radicibus altis in gentilium animis fixum errorem fortissimè pugnavit, oculis omnium ostendens, eo anno, quo spectabatur destructio religionis

Augustinus ostendit in auctore oraculi cultu contra Christianos prolati malum incidisse; quod in consulatu Manlij spectabatur.

Christianę per imperium Romanum, extinctionem idololatrię, saltem in Africa, contigisse, Sequenti consule (inquit ipse) Manliò Theo-

doro;

doro; quando iam secundum illud oraculum Demonum, aut figmentum Demonu nulla esse debeat Christiana religio: quid per alias terrarum partes forsitan factum sit non fuit necesse perquirere: interim quod scimus in ciuitate notissima, & eminentissima Carthagine Africa Gaudentius, & Iouius comites imperatoris Honorij, quarto decimo Kalendas Aprilis falsorum Deorum templa, euerterunt, & simulacra fregerunt.

Gentiles molliori tractabat manu, ut prius in animis, quam in fanis eorum labefactaret idola; sic enim pro gradibus dicebat de illis: Habent istas abominationes in fundis suis: numquid accedimus, & confringimus? prius enim agimus, ut idola, in eorum corde confringamus; quando Christiani, & ipsi facti fuerint, aut inuitant nostrum tam bonum opus, aut præueniunt nos, modo orandum pro illis, non irascendum illis.

In paganos lenis erat.

Ser. 16. in Matth.

Cum illud lugubre accidit in Colonia Sufectana; quod pagani simulacri sui Herculis iacturam passi aduersus Christianos arma arripuerunt, & sexaginta ex eis trucidarunt, illico Pater Augustinus doctis, & elegantibus verbis occurrit inter alia persuadens maioris valoris esse animas ab ipsis occisas, quam Herculem per Christianos furatum, aut destructu: Collatis singulis nummis ab artifice vestro

Sufectanos gentiles fortiter alloquitur.

Lib. 18. de Ciuita. Dei cap. penult. & ultimo.

Epist. 27. *vobis enim Deum (ait illis) reddite igitur animas, quas manus vestra contorsit, & sicuti à nobis vester Hercules redhibetur; sic etiam à vobis tantorum anima reddantur.*

In Calamensi Colonia paganos varias exercentes abominationes, & Christianos dire vexantes, solito zelo compescere contedit, postquam enim fideles Christi cōsolatus est: *deinde etiam ipsos paganos (inquit) mali tãti caput, & causam petentes, ut ab eis videremur, admisimus, ut hac occasione admoneremus eos, quid facere deberent, non tantum pro remouenda presenti solitudine, verũ etiam pro inquirenda salute perpetua.*

Ne fierent ebrietates, & conuiuia luxuriosa in cæmiterijs, multis rationibus tractauit cum Archipræsule Carthaginensi Aurelio; quæ multum sapiebant gentilitatis; non solũ enim *honores martyrum (inquit) credi solent, sed etiam solatia mortuorum*, addens: *mihì videtur facilius illis dissuaderi posse istam feditatem, ac turpitudinem, si & de scripturis prohibeatur; & oblationes pro spiritibus dormientium, quas verè aliquid ad iuuare credendum est, super ipsas memorias non sint sumptuose, atque omnibus petentibus sine typho, & cum alacritate prabeantur, neque vendantur.*

Balationes illas nimium execrandas, quæ gentilium mores in Africa redolebãt, abstulit;

lit, quia, vt ipse post multa loquitur: *Ista consuetudo balandi de paganorum obseruatione remãsit.*

Alias gentilium abominationes de medio tollere conatus est, nec suo voto frustratus, vt ipse refert in sermone ducentesimo decimo quinto, vbi suis auditoribus & supplicia in hac vita temporalia comminatur, & æterna, nisi respiscant, in alia, si turpitudinem excercerent de hinnula, vel ceruula, & si quando luna obscuratur, aliqui clamarent, aut quinta feria cessarent ab opere, propter superstitiones gentilicas; nimium dolens, quia *adhuc videtis (inquit) aliquos ad fontes, aut ad arbores vota reddere, & sicut iam dictum est, sacrilegos etiam, & diuinos, vel precantores inquirere, philateria etiam diabolica, & characteres, aut herbas, vel succos sibi, aut suis appendere, & c.*

Quamplures in Africa prauos gentilium vsus prædicationis falce succidit in magnam reipublicæ Christianæ gloriam, & excellentissimum prædicationis suæ testimonium; de quibus ita narrat; *Cum apud Casaream Mauritanie populo dissuaderem pugnam ciuilem, & vel potius plusquam ciuilem, quam cateruam vocabant, neque enim ciues tantũmodo, verũ propinqui, & fratres, postremò patres, ac filij lapidibus inter se in duas partes diuisi per aliquos dies continuos certo tempore anni solemniter*

*dimi-*

Multas abominatur gentilium abominationes quibus Africa Christiani dediti licentiose errant.

Serm. 115.

Lib. 4. de deo. Christian. c. 48.

Pugnam ciuilem ex gentilium erroribus ortam in Mauritania penitus extirpauit.

Epist. 202.

Calamæ multa cum paganis agit.

Epist. 64.

Conuiuia, & ebrietates in Ecclesijs more gentilium factas, improbauit.

Balationes destruxit ser. 215

dimicabant, & quisq; ut quemq; poterat occidebat. Egi quidem granditer, quantum valui, ut tam crudele, atq; inueteratum malum de cordibus, & moribus eorum euellerem dicendo: non tamē egisse aliquid me putavi, cum eos audirem acclamantes, sed cum flentes viderem: acclamationibus quippē se doceri, & delectari, flecti autem lachrymis indicabant, quod ubi aspexi immanem illam consuetudinem à patribus, & auis, longēq; à maioribus traditam, quæ pectora eorum hostiliter occidebat, vel potius possidebat, deuicta antequam re ipsa ostēderetur, credidi moxq; sermone finito, ad agendas Deo gratias corda, atq; ora conuerti, & ecce iam sermō octo vel amplius anni sunt propitio Christo, nihil tale tentatum est.

Cum templum Serapidis apud Ægyptios Alexandriæ funditus euerteretur, & aliqua cū admiratione iactarent aliqui ita prædictū à dæmonibus, qui tunc velut cœleste quoddam erat oraculum in terris. Augustinus occasionem assumpsit expugnandi gentiles, & librum fecit inscriptum de diuinatione Dæmonum; vbi multa fatetur scripsisse aduersus præsumptionem miram, & magnam scientiam paganorum.

Quam Paulus Orosius (verbis vtor Papæ Gelasij, & aliorum in Concilio Romano) valde necessariā historiam aduersus Paganorum calum-

lumnias ordinauit, miraq; breuitate contexit; ut ipse testatur in præfatione, cui eam meritò dicauit, debemus Augustino.

Denique, si plura scire voluerimus ab Augustino gesta contra paganos, epistolas eius, tractatus, & speciatim ante omnia; *Viginti duos libros, quos de Ciuitate Dei confecit, in fastidibili sedulitate percurramus, ubi & Babylonia confusa ciuitas Diaboli, & splendida Hierusalem urbs Domini Christi in hominum conuersatione competentiu diuersitate demonstratae sunt.* In ipsis namque nihil prætermittit, quod cōtra paganos valeat, illorum conuincens dementiam, quos contra Symmachum scribētes doctissimi, & zelo religionis Christianę nimis ardentēs Ambrosius, & Prudentius vincere contenderūt, sed adhuc Augustini tempore res humanas ita prosperari volebant, ut ad hoc multorū Deorum cultum, quos Pagani colere consueuerunt necessarium esse arbitrarentur, & quia prohibentur, mala ista (nempē Gothorum irruptionem, & ab eis inflicta, clades) exoriri. Quę penitūs improbata sunt, vnde quidam laudando libros de Ciuitate Dei fixit in prima eorum pagina,

*Hic Augustini constratus fulminē lingue Iuppiter, & falsi deperiēre Dij.*

Delectabatur his libris de Ciuitate Dei Carolus

Augustino debemus hī fieri Orosij.

Cassiod. r. diuin. inst. c. 16.

Libri de Ciuitate Dei præclarissime destrunt omnes Paganorū errores.

Aug. in argum. lib. de Ciuit. Dei.

Conradus Leontorius in antiqua editione librorum de Ciuit. Dei, qui valde laudantur.

Qua de causa scripsit de diuinatione dæmonum.

Aug. de diuin. Dæm. c. 1.

Gelasius in Concilio Romano.

rolus magnus, & cæteris Augustinianis præferebat, vt notat Eginartus in eius vita, primi fuerunt ex omnibus libris Romæ prælo dati, quod patet ex ipsa prima illorum editione Romana. Dicati sunt Marcellino postea martyri, de quo multa, vbi de Donatistis, interim scribimus, quod octauo Idus Aprilis in martyrologio Romano celebratur; nam Carthagine ob Catholicæ fidei defensionem occisus est.

Martyr. Roma. 8. idus Aprilis.

C A P V T X I.

De sapientia contra hæreticos.

Augustinus contra flumen hæreticorum datus à Deo. Rup. 7. de oper. Spiritus Sancti. c. 19.

**V**As aureum omni sapientia plenum habetur Augustinus, ex cuius ore (sicut in eius laudem annotat Rupertus Abbas) non cessauit pluuia salutaris, imo fluere impetus fluminis contra flumen illud hæreticorum, quod, vt superius diximus, post mulierem, id est Ecclesiam de ore suo draco Diabolus emisit; vt præuisum à Ioâne fuit in Apocalypsi.

Et optimo iure Rupertus inter opera Spiritus Sancti refert, quæ micant acumina in libris Augustini: nam, vt cû Prospero loquar; *Inter multa Dei dona, quibus illum abundantissime spiritus veritatis impleuit, habet etiam hanc scientiæ,*

Prosper. in episcad Rufinū, agens de August.

*tia, & sapientia ex Dei charitate virtutem, vt non solum istam adhuc in suis detractionibus palpitationem (intelligit Semipelagianorum hæresim) sed etiam multas prius hæreses inuictis verbi gladio debellaret.*

Omnes hæreses etiam futuras debellauit.

Adimplens omnes perfecti sapientis partes, quem antiqui comparabant Ægyptij cû leone, cane, & lupo; propter iudicium rei præsentis, memoriam præteritæ, prouisionem futuræ, in suis namque scriptis non minus hæreticorum stratagemata confundit omnia,

Pierius in capite.

*Quæ sunt, quæ fuerint, quæ mox vêtura trahantur, Quam promissionem in fine libri de hæresibus, scribès: Quid ergo faciat hæreticum, deinceps inquirendum est, vt cum hoc, Domino adiuuante, visamus; non solum ea, quæ scimus, verum etiam, quæ nescimus, siue quæ iam orta sunt, siue quæ adhuc oriri poterunt, hæretica venena vitemus.*

Virgil. 4. Georg.

August. in fine libr. de hæresibus.

Propter excellentissimum, quod in eo resplendere vidit lumen aduersus hæreticos, contra ipsos scribere post Epiphanium, & Philastrium Quod vult Deus, vir grauissimus, & postea dignus archipræsul Carthagenensis, ab eo expetiuit, & eos ita destrucendos fore præuidit, vt vno multiformi iaculo repente prostrati morticinos spiritus non audeant exhalare. Hæc ille.

Quod vult Deus in ep. ad Aug. quæ est ante lib. de hæresibus.

Prædicat  
contra hæ-  
reses in Afri-  
ca.

Possid. in li-  
br. de vita  
S. Aug. c. 7.

Possidius in  
vita S. Au-  
gust. c. 9.

Odium hæ-  
reticorum  
contra Au-  
gustinum.

Possid. cap.  
12.

Sanctus Possidius in libello de vita, & mo-  
ribus Augustini, celebrat eximiam eius sa-  
pientiam contra hæreticos, & varijs argumē-  
tis exornat è quibus hæc selegimus, quoad  
studium: *Docebat (inquit) ac prædicabat ille pri-  
uatim, & publicè in domo, & in Ecclesia salutis ver-  
bum cū omni fiducia aduersus Africanas hæreses, ma-  
ximeq; contra Donatistas, Manichæos, & Pelagia-  
nos confectis, atq; repetitis sermonibus; ineffabiliter  
admirantibus Christianis, & colletantibus, & hoc  
ipsum, ubi poterant, diffamantibus, sicq; adiuuante  
Domino, leuare in Africa Ecclesia Catholica exorsa  
est caput, quæ multo tempore illis conualescentibus hæ-  
reticis, præcipueq; rebaptizante Donati parte, maiori  
multitudine Afrorum seducta, & oppressa iacebat.*

Vndè tanto prosequuti sunt odio Augu-  
stinum, vt eum vocarent lupum, & occiden-  
dum esse velut anathema, & caput sacrū di-  
ctitarent vbique ipsimet hæretici, *Omniaq;  
peccata à Deo indubitanter esse credendum posse di-  
mitti ijs, qui hoc facere, ac perficere potuissent.*

Nec semel insidijs expetitus ex hæretico-  
rum manibus euasit, vt præmium martyrij  
haberet, & si non mortem; de illis enim ait  
Possidius; *quod aliquoties etiam vias armati ijdē  
Circumcelliones contra famulum Dei Augustinum ob-  
sederunt.*

Narrat

Narrat quoque Possidius illud celebre, ad  
istas frequenter Augustino factas ab Hæreti-  
cis machinationes pertinens, & ad prouidē-  
tiæ diuinæ testimonium erga salutē non so-  
lūm animæ, sed etiam corporis ei necessariā  
tunc tempore cunctis Catholicis, quod etiā  
Augustinus ipse clariùs, & fusiùs repetit hoc  
modo; *Nonnullis errare profuit aliquādò, sed in via  
pedum, non in via morum: nam nobis ipsis accidit,  
vt in quodā biuio falleremur, & non iremus per eū  
locum, ubi operiens transitum nostrum Donatistarū  
manus armata subsederat, atq; ita factum est, vt eo,  
quo tendebamus per deuium circuitum veniremus,  
cognitisq; insidijs illorum nos gratulareremur errasse,  
atq; inde gratias ageremus Deo.*

Ista pauca sufficiunt, vt vniuersa Catholi-  
corum acies Augustinum sibi ducat ante sig-  
nanum aduersus infernales, & importunas  
hæreticorum phalanges, & gratias pro tanto  
ductore, siue doctore sic agat istis tēporibus  
nostris; sicut olim beatus Paulinus Nolanus  
Præsul, in laudē eiusdem Patris Augustini,  
proferens: *Exultemus itaq; & lætemur in eo, qui  
facit mirabilia solus, & qui facit vnanimes habita-  
re in domo, quoniam ipse respexit humilitatem nostrā  
& visitauit nos in domo David patris sui, & nunc  
exaltauit cornu Ecclesie sue in electis suis, vt cornua  
pecca-*

Euasit insi-  
dias paratas

Aug in Em-  
chirid. ad  
Laurentiū.  
c. 17.

Doctorem  
aduersus hæ-  
reticos ha-  
bemus Au-  
gustinum.

Paulinus es-  
pist ad Ro-  
manianum.

Y

peccatorum, sicut per prophetam spondet, hoc est Donatistarum, Manicheorumq; confringat.

Per Augustinum enim confregit Deus hæreticorum capita in Africa, quæ terra tunc erat multorum, & ubique gentium, atque quocumque tempore proposuit, ut deo- tum sequacem eius, quem merito Christianam apem vocare poteris, Bernardum sequi debeas, & ita profiteri: *Securus, & libens pergo inoffenso, ut aiunt, pede in eius sententiam, qui dicebat Deus non nisi ea magnitudine magnus est, quæ est quod ipse alioquin illa erit maior magnitudo, quam Deus: Augustinus hic est valedissimus maleus hæreticorum.*

Finem tandem impono huic capiti, & coronam ex sequenti carmine beati Prosperi contextam; ubi multa scribit in laudem Patris Augustini contra hæreticos, & concludit;

*Istius ergo inter cunctos, qui de grege sancto  
Insanas pepulere feras, industria maior,  
Maius opus totum præstantius imbuat orbem:  
Nam quocumq; gradum conuertit callidus hostis,  
Quaq; per ambages anceps iter egit opertas;  
Huius ab occurso est præuentus, mille viarum  
Insidijs aditum non reperientibus ullum;  
Cumq; foris rabies audiorum exclusa luporum,*

Fren-

Bern. serm.  
Bo. in Can-  
tica.

Prosper. li-  
bro de in-  
gratis. c. 3.

*Frenderet, inq; omnes mendacia verteret artes  
Ne mentes vllarum ouium corrumpere posset,  
Istius ore viri fecit Deus.*

C A P V T XII.

Manicheos vicit.

Postolus Paulus ex Phariseis, Constantinus imperator ex gentilibus imperatoribus, ille Pharisaicam, hic Gentilicam destrueturus proteruiam assumptus est: ita Pater Augustinus, ad Ecclesiam ex schola Manicheorum, ut ipsos destrueret in Hipponensi ciuitate, de qua Fortunatus omnium facile princeps omninò conuictus profectus est, & ad eandem amplius non remeavit, ac si per memoratum Dei hominem (ut notat Possidius) omnium cordibus, vel qui aderant, vel qui absentes, illa, quæ gesta sunt, cognouerant, error ille ablatus, Catholica est intimata, ac retenta sincera fides.

Pro Fortunato deuicto reuenit Hipponē alter inter Manichæos nominatus, cui Augustinus; Denuncio tibi (inquit) in nomine Christi, ut si paratus es, soluas questionem, in qua defecit præcessor tuus Fortunatus, & ita hinc ierat, ut

Y 2 non

Aug. Mani-  
chæorum  
principem  
vicit Fortu-  
natum.

Possidius  
in vita. c. 6.

Epist. 247.



Fortunati  
successor  
Hipponiā  
venit.

non rediret, nisi cum suis disputatione collata, inueniret quid contra respondere posset disputans cum fratribus: si autem ad hoc non est paratus, discede hinc, & noli prauertere vias Domini, & illaqueare, & venenis inficere animas infirmas, ne adiuuante dextera Domini nostri, quo modo non putaueras, erubescas.

Felix victus  
ab Augusti-  
no.

Iste verò Fortunati successor ille infelix Felix videtur mihi, qui postquam duobus diebus publicè disputauit, tandem conuictus, verbis vtor Possidij; Frustrata vanitate, & errore illius sectæ ad nostram conuersus est fidem, atq; Ecclesiam.

Possid. in  
vita Aug. c.  
16.

Aug. r. Re-  
tractationū  
8.

Qui etiam (sicut Augustinus ipse monet) vnus erat ex doctioribus Manichæis: quāuis ineruditus liberalibus literis; sed tamen versutior Fortunato.

Felix in Bi-  
bliotheca  
Colonienſi  
Gernasiani  
ad facem li-  
bri sãcti Au-  
gustini de  
hæresibus.

Nec solum suum pectus erroribus Manichæorum plenum euacuauit, sed omnes sibi cognitos eadem caligine infectos ex animo patefecit in parte Casariensi Mariam, & Lampadiam uxorem Mercurij argentarij, cum quibus etiam apud Electum Eucharistum pariter orauimus: Casariam, & Luciliam, filiam suam Candidam, quæ commoratur Nipase, Victorinam Hispanam, Simplicianum Antonini fratrem, Paulum, & sororem suam, qui sunt Hipponienses, quos

quos etiam per Mariam, & Lampadiam sciui esse Manichæos. Hæc ipse Felix.

Quo tempore Vrsus Tribunus aduersus Manichæos surrexit Carthagine, & multa peregit, Augustinus tunc occurrit, & ostendit ante omnes, quod (id enarrat Possidius) præ cæteris illam execrabilem sectam nouerat, & eorum prodens eiusmodi damnabiles blasphemias ex locis librorum, quos ipsi accipiunt Manichæi, eisq; ad confessionem earundem blasphemiarū eos perduxit.

Possidius in  
vita Aug.  
c. 16.

Libros, vt patet ex Retractationibus eius, plurimos aduersus Manichæos fecit, contra quos (ait Cassiodorus) ita seruore pietatis incanduit, vt diligentius, atq; viuacius aduersus eos dixerit, quam contra alias hæreses disputauerit.

Cassiod. r.  
diuin. inst.  
c. 22.

Vide, si placet, triginta libros eius contra Faustum scriptos, qui conuictus, vel confessus, quod Manichæus erat cum alijs nonnullis, ansam præbuit, vt nullus ampliùs publicè cum Augustino pro Manichæis disputaret, & innumeri ex illis ad Ecclesiam Catholicam venirent, quibus professionem fidei fecerat ad finem decimi tomi Baronij legendam, cum hac præscriptione: *Commonitorium Sancti Augustini Episcopi Ecclesie Catholice, quo modo fuit agendum cum Manichæis, qui conuertuntur, & quos perniteat huius nefandi erroris.*

Libros fe-  
cit 30. con-  
tra Faustū.

Aug. lib. 5.  
contra Fau-  
stum. c. 8.

Commoni-  
torium Aug.  
aduers. Ma-  
nichæos in  
Appendice  
tom. 10. Ba-  
ronij.

## CAPUT XIII.

## Donatistas superauit.

**V**Niuerſam Donatiſtarum tragediã deſcripſit Auguſtinus in Pſalmo Alphabeta-rio, quem compoſuit, vt ipſa ad notitiam, vel etiã humillimi populi decantata veniret, & pars Donati cunctis innotefceret, quæ ſe ſolam in Africa ſaluari docebat, & Catholicoſ eſſe perdendos: ſed nihil magis optabant Catholici, quam omnes ad publicam diſputationem venire, dicentes: *O ſi aliquando conferrent, & illis diſputantibus, veritas appareret?*

Præ cæteris huiuſmodi diſputationem cupiebant Hipponēſes, eo quod haberēt *famoſorum palmam certaminū*, ita vocat Caſſiodor<sup>9</sup>, Auguſtinū, qui ſic ad ipſos: *Veſtri Epifcopi cõuerti à nobis, nunquam nobiſcum pacificè conferre voluerunt, quaſi fugientes cum peccatoribus loqui.*

Quod ſi aliquando cum Auguſtino de fide Catholica agerent, relicta fidei cauſa, ſtatim perſequebantur diuinum eius ingenium, & admirabile diſputandi acumē, vt non ſemel ipſe ſcribit Auguſtinus aduerſus Creſconiū, vbi ſibi inflictas iniurias commemorat, & *Deſine, inquit, talibus, vnus homo ſum, Eccleſia inter nos agitur cauſa, non mea.*

Ad publicam tandem contentionem venit Pater Auguſtinus ex Catholicis cū Fortunio Donatiſtarum Epifcopo, qui volentes ipſum adiuuare, Notarios magno ſtrepitu perturbant, vt cū multis alijs notatione dignis ſcribit, aſſerens, quod poſt multa glorioſius acta cum Fortunio diſputationē transferri petuerit ad aliū locum pacatiorem ita proferēs: *Videtur mihi, vt turbulentas turbas, & impedimētum potius, quam adiumentum aſſerentes omnino deuitemus, & verè ex animo amico, atq; tranquillo ſuſceptum tam magnū negotium, Domino opitulante, peragamus ad aliquam villam nos cõuenire debere.*

Sed adhuc & in alijs locis non poterat collatio publica fieri inter Catholicos, & Donatiſtas, propter iſtorum licentiam, & nimiam peruiſatiam; quapropter Auguſtinus cū populo egit Africano, vt ab imperatore Honorio peteret auxiliū; quo poſſit illa non minùs deſiderata, quàm vrilis diſputatio ad finem perduci; tunc imperator miſit à latere ſuo virum præclarum, nobilem, & expectabilē, vt ex ipſo patet officio, Tribunū Notariū, Marcellinū, cui P. ipſe Auguſt. vt iam diximus, libros de Ciuitate Dei poſteà dicauit, hæc ex Poſſidio cõſtāt, & Auguſtini ipſi<sup>9</sup> Breuiculo; nec non ex actis Honorij imperatoris, cuius

Auguſtinus venit ad diſputationē cum Fortunio.

Epist. 165.

Donatiſtæ nlebãt diſputare cum Catholicis, & ideo uenit in Africam Marcellinus.

Cod. Theo  
do. lib. 3. de  
Religios.

in Codice Theodosiano Rescriptū habetur ad Marcellinum ipsum, vt Donatistas ad collationem cogat cū Catholicis ita procedēs, *Ea, quæ circa Catholicam fidem, vel olim ordinauit antiquitas, vel parentum nostrorum auctoritas religiosa constituit, vel nostra serenitas roborauit, nouella superstitione summotā, integra, & inuiolata custodiri præcipimus. Datum 4. Idus Oct. Rauenna Veranne Cos.* Hoc est anno Dñi CCCCX.

Collatio cū  
Donatistis  
facta.

Sequenti ergo anno Domini CCCCXI. habita est publica cum Donatistis hæc collatio, eam namq; manuscriptam inuenisse Balduinus attestatur, & in prima pagina habitā fuisse *P. C. Verani Kalendis Iunij* (ipse met interpretatur) *Kalendis Iunij, post consulatum Verani, hoc est anno Christi quadringentesimo undecimo post captam urbem Romanam proximo, &c.*

Balduin. in  
notis ad S.  
Opusculum.Locus col-  
lationis.

Locus Collationis habitæ, fuit in Thermis Gargilianis amplus, lucidus, purus, & refrigerans æstiuos calores in mediterraneo Carthagini, vt cum multis alijs ad integram eiusdem collationis, & breuem notitiam scribit Augustinus: *In loco ergo Collationis, hoc est in Thermis Gargilianis.* Ait ille.

In Breui-  
culo c. 14. 1.  
dic.Aug. ibidē  
numerus E-  
piscoporum  
in Collatio-  
ne.

Donatistarum nomina *ducenta septuaginta nouem, annumeratis etiam illis, pro quibus absentibus alijs subscripserant, &c.* Catholicorum autem *om-  
nium*

*nium presentium nomina esse constitit ducenta octuaginta sex, &c.* Hæc Augustinus.

Addit Factum, & superbiam Donatistarū maximam fuisse dicentium, *Quod scriptum sibi esset cum talibus non sedere, nempe cum Catholicis, qui ad hoc ne mora fierent, tunc non responderunt.* Et hoc modo se reos esse in hac causa, nescientes quid facerent, ad significarunt, id Pater Augustinus annotat de illis canens:

Donatista-  
rum super-  
bia.  
Psal. 25.In Psal. cō-  
tra part. Do-  
nari.

*Non accusati, vt rei steterunt  
in questione.*

Solent rei stare, non sedere ante tribunal, vt etiam testes, quorum munus exercere voluit attentissimè Marcellinus Tribunus, & causæ cognitor, qui ante Catholicos pro tribunali sedentes in obsequium episcopalis eorū dignitatis, & exemplum Christianæ modestiæ, *stando se cogniturum esse respondit.*

Episcopi  
Donatista-  
rum stete-  
runt vt Rei:  
Marcellin.  
vt testis.Aug. in bre-  
uiculo. c. 1.  
secunda diei

Augustinus prolixè narrat de Notarijs, de præfectis illorū, de consiliarijs, atque de disputantibus vtriusque partis septem Episcopis, *qui pro causa omnium loquerentur.*

Aug. in ep.  
ad Notistas  
post colla-  
tionem.

Sed, vt Petilianus antea Rhetor Caufidicus, ob differendi copiam Donatistas: ita *Ecclesiæ lingua* (bonus auctor sic vocat Augustinum) Catholicam aciem ex consulto ducebat.

Auctor gra-  
uis apud D.  
Bern. in ser-  
mone de S.  
Stephano.

Marcellinus  
pronuncia-  
uit senten-  
tiam pro Ca-  
tholicis.

Deniq; duravit hæc collatio per tres dies,  
in quorum ultimo, id est sexto ante dies Iu-  
nias, Donatistæ se victos vna professi sunt,  
& vnam esse vniuersalem Ecclesiam; quod  
benè cognouit Marcellinus eosdem à Ca-  
tholicis ritè confutatos, *omnium documentorū  
manifestatione, pronuncians.*

Aug. in fine  
Breuituli.

Nocte sen-  
tentia lata  
fuit.

Non tamen ferri potuit huiusmodi sentē-  
tia contra Donatistas, nisi nocte; quapro-  
pter, ipsis eam dictitantibus inualidā, ita triū-  
phator Augustinus proferebat: *Nocte causa  
finita est, sed ut nox finiretur erroris; nocte dicta  
sententia est, sed fulgens lumine veritatis.*

Lib. ad Do-  
natist. post  
collat. c. 33

Aug. lib. ad  
Donat. post  
Collat.

Donatistæ  
dicebant se  
fuisse clau-  
sos in carce-  
re.

Inclusos in carcere se fuisse, Donatistæ cō-  
questi sunt; *ibi & nos eramus* respondebat Au-  
gustinus. *ô quam bellè! Aut utrisq; facta est in-  
iuria, aut utrisq; adhibita diligentia: sed quo modo  
dicemus iniuriam, quando in tam spatiofo, & luci-  
do, & refrigeranti loco nos fuisse recolimus? aut quo-  
modo erat carcer, ubi erat, & iudex? postremo clau-  
sos fuisse nos ne sciebamus, qui simul intus eramus:  
ipsi unde sciunt, nisi quia fugere fortasse voluerūt?*

Excusatio  
alia.  
Aug. in ep.  
nomine Co-  
cillij Cirren-  
sis ad Dona-  
tistas.

Dicebant etiā Donatistæ à Catholicis cor-  
ruptum fuisse præmio iudicem, & ideò se vi-  
ctos, quib; sic Augustinus: *An fortè volumus,  
ut eis apud vos gratias agamus, quia cum dicant  
iudicem præmio à nobis esse corruptum, ipsi tamen  
multa,*

*multa, quæ pro nobis contra se ipsos dixerunt, & re-  
citauerunt gratis nobis omnia præstiterunt.*

Dicebant denique se propter metum Mar-  
cellini, qui faueret Catholicis, fuisse ad sub-  
scriptionem coactos, ad quorum vnum no-  
mine Chrispinum: *Mappalienses ambos nos au-  
diant, ita, ut scribatur, quæ dicemus, & à nobis scrip-  
ta eis punice interpretentur, & remoto timore Domi-  
nationis eligant quod voluerint.* Ex hoc loco per  
transennam colligo, & sermonem punicum  
vulgarè fuisse apud Africanos præcipuè rusli-  
cos, ut apud nobiles, August. tēpore latinū.

Donatistæ  
dixerunt se  
coactos sub-  
scripsisse.

Aug. epist.  
173.

Sermo lati-  
nus, & puni-  
cus in Afri-  
cā.

Erant in vnaquaque tunc vrbe Donatista-  
rum Episcopi, qui tamen conuersi ad vnita-  
tem Ecclesiæ Catholicæ suas nollent digni-  
tates dimittere Catholicis Episcopis, & for-  
tè propter hoc non posset sententia contra  
illos ad exitum executionis per duci: nam v-  
nus solus Episcopus in vna ciuitate præside-  
re debebat; præuidit Augustinus huiusmodi  
dubium, & egit tum consilio, tum dictione,  
ut omnes Catholici se vellent abdicare ab e-  
piscopatibus, & relinquere Cathedras suas  
conuersis Donatistis Episcopis; quod & ip-  
sis fermè omnibus placuit: etsi non legerim  
quid completum tandem fuerit in tanto ne-  
gotio; Augustinus enim ita narrat in libro  
de

Duo Epif-  
copi erant  
in vnaqua-  
que ciuitate  
Africae al-  
ter Catholi-  
cus, alter  
hæreticus  
Donatista;  
sed vide qd  
Augustinus  
egit.

Aug. lib. de gestis cum Emerito, in medio.  
 de gestis cum Emerito: Dicam charitati vestre, & commemorem rem dulcissimam, & suavisimam, quam, Domino adiuuante, sumus experti: cum ante ipsam Collationem inter nos aliqui fratres de hac re colloqueremur; quia pro pace Christi Episcopi debent esse, aut debent non esse: quod vobis fatendum est circumspicientes omnes fratres, & coepiscopos nostros non facile nobis occurrebant, qui hoc vellet suscipere, & de hac humilitate Domino sacrificare: dicebamus: ut fieri solet, ille potest, ille non potest; ille consentit hoc, ille non tolerat, loquentes magis pro suspitionibus nostris, qui corda illorum videre minimè poteramus.

Pœnè trecenti Episcopi Catholici parati fuerunt cathedras suas relinquere ob unitatem Africæ.  
 Quando autem ventum est, ut hoc palam fieret, in concilio uniuersorum tam frequenti pœnè trecentorum Episcoporum: sic placuit omnibus, sic exercebant omnes, ut parati essent episcopatum pro Christi unitate deponere, & non perdere, sed Deo tutius commendare. Duo ibi vix inuenti sunt, quibus displiceret; unus annosus senex, qui hoc etiam dicere liberius ausus est, alter voluntate sua tacito vultu significauit. Sed posteaquam illum senem liberius hoc dicentē obruit omnium fraterna correctio, illo mutante sententiam, vultum etiam iste mutauit.

Optima Augustini per suasio.  
 Post hæc Augustinus exhortationem adiunxit ad orthodoxos factam in causa relinquendæ dignitatis, si opus esset ad pacem, & vnio-

vnionem Ecclesiæ Catholicæ; Quid enim (ait) dubitamus redemptori nostro sacrificium istius humilitatis offerre? an vero ille de cælis in humana membra descendit, ut membra eius essemus, & nos ne ipsa eius membra crudeli diuisione lantentur de Cathedralis descendere formidamus? propter nos nihil sufficiētius, quàm Christiani fideles, & obedientes simus. Hoc ergo semper sumus. Episcopi autem propter Christianos populos ordinamur. Quod ergo Christianis populis ad Christianam pacem prodest, hoc de nostro episcopatu faciamus.

Si serui utiles sumus, cur Domini aeterni lucris, pro nostris temporalibus sublimitatibus, inuidemus? Episcopalis dignitas fructuosior nobis erit, si gregem Christi deposita magis collegerit, quam retenta disperferit.

Nam qua fronte in futuro seculo promissum à Christo sperabimus honorem, si Christianam in hoc seculo noster honor impedit unitatem? plura si cupis huius argumenti eundem euolue librū Augustini de gestis cum Emerito.

Ex his patet falsum à Donatistis iactari se damnatos, ut suas dignitates, & possessiones dimitterent: quibus Augustinus; Veniant ad Ecclesiam Christi veram, hoc est matrem Catholicam, sint in illa clerici, sint Episcopi utiliter, qui contra illam fuerunt hostiliter. Non inuidemus; imò amplecti-

Aug. lib. de gestis cum Emerito.

Anteponenda est Episcopo salus gregis suis lucris.

Contra ambitiosos.

Donatistæ dicebant se damnatos: propter possessiones amittendas. Epist. 50.

plectimur, optamus, hortamur, & quos in vijs, aut legibus inuenimus, intrare cogimus, & sic non dum quibusdam persuademus, quia non res eorum, sed ipsos querimus.

Aug. epist. 50.  
Cōfiscatio bonorū vtilis est hæreticis.

Omnia bona quæ possidebant hæretici cetera sunt in Africa Catholicis Episcopis.

Augustinus red. sic rationem Pontifici Romano de gestis cum Donatistis.

Non tamen parùm confirmat Augustinus eodem loco seueritatem in ipsos hæreticos, & confiscationem bonorum, per iudices eis impositam: qui ubi saluti nihil detrahebatur, humilitati aliquid addiderunt, quo salus tutius muiretur, experti, credo, aliquorum fictas pœnitentias per affectatas honorum potentias: cogunt enim multas inuenire medicinas multorum experientie morborū.

Quidquid ergo nomine Ecclesiarum partis Donati possidebatur Christiani imperatores legibus religiosis cum ipsis Ecclesijs ad Catholicam transire iusserunt: cum ergo nobiscum sunt plebes earundem Ecclesiarum nobiscum pauperes, qui ab eisdem possessiunculis alebantur, ipsi potius foris positi desinant concupiscere aliena, sed intrent in unitatis societatem, ut pariter gubernemus non illa tantum, quæ dicunt sua, verum etiam, quæ dicuntur, & nostra. Hæc Augustinus in epistola quinquagesima ad Papam Bonifacium, cui rationem, tanquam vniuersalis Ecclesiæ capiti reddit de omnibus, quæ facta sunt in Collatione contra Donatistas, cui etiam misit breuiculum Collationis, ut omnia perspiciat, & emēdet,

gra-

gratiasque agat æterno Deo propter multorum conuersionem ad fidem Catholicam, & vnitatem Christianam.

Similiter Sanctissimo Papæ Cœlestino scribit, quo pacto non paucos Castelli Fessulæ incolas cum periculo vitæ in cognitionem æternæ salutis à tenebris Donatistarum vendicauerit: Paucos habebat (inquit) illa terra Catholicos, ceteras plebes ibi in magna multitudine hominum constitutas Donatistarum error miserabiliter obtinebat, ita ut in eodem castello nullus esset omnino Catholicus: actum est in Dei misericordia, ut omnia ipsa loca in unitate Ecclesiæ cohæreant, per quantos labores, & pericula nostra longum est explicare ita, ut ibi presbyteri, qui eis congregandis à nobis primitus constituti sunt, expoliarentur, caderentur, debilitarentur, excæcarentur, occiderentur, quorum tamen passionibus inutiles, ac steriles non fuerunt, unitatis illic securitate perfecta.

Innumera reliquimus, quæ contra Donatistas Augustinus peregit, in libris eius sparsa, ut gesta cum Emerito, cum Gaudentio, Cresconio, Petiliano, & sexcentis alijs Donatistis; quæ si quis contra hæreticos huius temporis vellet accommodare, & ostendere vnâ esse matrem Ecclesiam Catholicam, & Romanam, optimos quidem inueniet apparatus,

Epist. 267.

Augustinus multos Donatistas ad fidem Catholicam conuertit in Castello Fessulensi.

Collatio Augustini cum Donatistis legebatur in Ecclesijs Africæ tempore quadragesimæ. *Collatio Augustini cum Donatistis legebatur in Ecclesijs Africæ tempore quadragesimæ.*

tus, & si quæ desunt opera contra Donatistas extarent in multis certè nobis auxiliarètur, & imprimis acta Collationis, quæ Marcellinus corroborauit, & summa cum industria Augustinus edidit, tantæ fuerunt auctoritatis, & fructus, vt in Ecclesijs multis Africæ tempore quadragesimæ ad populum legerentur, vt ipse Pater Augustinus scribit, & hortatus est Cæsariensibus Mauritanix: *Quamquam presentibus vobis (ait) fratrem, & coepiscopum meum Deuterium obstringo, vt quemadmodum fit apud Carthaginem, apud Tagastam, apud Constantiam, apud Hipponem, apud omnes diligentes Ecclesias: sic etiam deinceps facere non pigrescat, vt annis omnibus per ieiuniorum dies, id est quadragesima ante Pascha, quando vobis maxime ieiuantibus plus vacat audire, eadem gesta collationis per annos singulos vniuersa à capite in finem ex ordine recitètur.*

Collatio Augustini celebratissima. *Collatio Augustini celebratissima.*

Non solum in Africa, sed in partibus multis alijs in magno pretio habita est, & allegata in gestis Concilij Constantinopolitani secundum huiusmodi collatio, cum legimus *Ex gestis, quæ apud Marcellinum V. C. Tribunum, & Notarium acta sunt capite CLXXVII. Augustinus Episcopus Ecclesie Catholice dixit: non in hominibus spes ponenda est Ecclesie, si boni sunt, neque si mali sūt, iudicanda est Dei Ecclesia periisse: sed tamen istorum*

*causam, tanquam fratrum nostrorum suscipimus, & si nobis ostendi poterunt criminosi, hodie illos anathematizamus, non tamen propter illos Ecclesiam à Deo promissam, & exhibitam deserimus, & relinquimus.*

Antonius Possidius in apparatu sacro, vbi de Concilijs Carthaginensibus agit hanc Collationem Augustini cum Donatistis impressam extare testatur, & alijs exemplaribus eam conferendam esse admonet; beatus verò Possidius laudes Augustini non cessat amplificare, propter eandem collationem: sic enim tandem concludit: *Augustino Dominus, & hic palmam dedit, & apud se iustitiæ coronam reseruauit, ac magis, magisque iuuante Christo, de die in diem augebatur pacis vnitatis, & Ecclesie Dei confraternitas, & id maxime factum est post collationem, quæ ab vniuersis Episcopis Catholicis apud Carthaginem cum eisdem Donatistarum Episcopis facta est, adiuuante gloriosissimo, & religiosissimo imperatore Honorio, propter quod perficiendum etiam à suo latere Tribunum, & Notarium Marcellinum ad Africam iudicem miserat. Hæc Possidius addens; & totum illud bonum (hoc est vnitatis Ecclesie, post Collationem cum Donatistis factam) vt dixi per sanctum illum hominem, nempe Augustinum, consentientibus nostris Episcopis, & satagentibus, & capium, & factum est.*

Possidius in apparatu Collationis hæc extat.

Possidius in vita Augustini.

Augustinus tribuit vniuersa vitoria de Donatistis reportata.

Lib. 7. cap.  
4.Orosius ce-  
lebrae colla-  
tionem cū  
Donatistis  
in Africa.Marcellinus  
qui adfuit  
in cellatio-  
ne cum Do-  
natistis mar-  
tyr fuit illu-  
stris.Lib. 3. con-  
tra Pelag.C. Theod.  
lib. 2. de  
pœnis.

Paulus Orosius de magna pace, qua fruita est Africa propter hanc publicam victoriam de Donatistis ita memorat: *His diebus, precipiēte Honorio, pax, & unitas per uniuersam Africā Ecclesie Catholica reddita est, & corpus Christi; quod nos sumus, redintegrata discissione, sanatum est, imposita executione sancti precepti Marcellino Tribuno viro imprimis prudenti, & industrio, omniumq; studiorum bonorum appetentissimo, quem Marinus Comes apud Carthaginem (incertum zelo stimulatus an auro corruptus) occidit, qui continuo reuocatus ex Africa, factusq; priuatus, vel ad pœnam, vel ad pœnitentiam conscientie sue dimissus est.*

Marinus iste Comes fuit, qui Tyrannidem Heraclianam à Consule scilicet Heracliano pro Donatistis excitatam in Africa impiē, & petulanter exercuit: vnde Sanctus Hieronymus ait, *Marcellinus sub inuidia Tyrannidis Heraclianę ab hereticis innocēs, occisus est, & inter illustres Ecclesie martyres, vt diximus in Kalendario repositus octauo Kalendas Aprilis.*

Honorius autem Imperator duo rescripsit hoc tempore ad Africanos; alterum est *Heraclianū hostē publicum indicantes digna cēsumus auctoritate puniri, vt eius reserentur insauaste ceruices.* Alterum rescriptum est, in quo omnia Marcellini gesta facta, teſtaq; voluit imperator, &

L. 55. de  
hereticis.

& imperpetuū firmiter custodiri, sic iubens, vt videre est in Codice Theodosiano; *Notione, & sollicitudine Marcellini spectabilis memoria viri contra Donatistas gesta, qua translata sunt in publica monumenta, habere volumus perpetem firmitatem: neque enim morte Cognitoris perire debet publica fides. Dat. III. Kalend. Septemb. Constantino, & Constante Coss.*

Marcellino sanctissimo Ecclesie Catholice martyri successit, per idem tempus *Dulcitus Tribunus Notarius; hic erat in Africa executor imperialium iussionum contra Donatistas, & cat.* qui, vt rectē contra ipsos procederet, Patrē Augustinum, consuluit, & huiusmodi consilium ab eo suscepit, vt desideratam eorum pacem, & vnitatem Ecclesie Catholice stabiliret: *Non debui contemnere petitionem tuam, qua desiderasti à me institui, quemadmodum te oportet hereticis respondere, quorum salus in Domini misericordia, instantiaq; tua strenuitatis inquiritur.* Hęc Augustinus ad Dulcitiū.

Crispinum Donatistam condemnari fecit & operam dedit, vt tam eius, quàm cæterorum condemnatio denas auri libras fisco exigens principis dimitteretur indulgentia: & *Domino adiuuante perfectum est, & cætera.*

Aug. 2. Re-  
tract. c. 59.  
Dulcitus  
Marcellino  
succedit.Aug. epist.  
61.Augustinū  
procurauit,  
vt pecunias  
fisco non in-  
ferrent Do-  
natistæ.  
Folsid. cap.  
12.



De gestis contra Pelagianos.

Narus est Augustinus contra Pelagium.

S. Vincent. Ferrerius in ferm. de S. Augustino. Num. 8.

Vlphilas in Breuiario suæ gentis. Prosper. de ingrat. c. 3. Ecclef. 33.

Pelagius, & Cœlestius hæretici.

Augustinus epist. 92.

**P**elagius (vt in Apologia de arbitrij libertate Orosius annotat) erat natione Britannus, ideò per Aquilonem, siue Boream significatus, vt & Augustinus in Africa natus, quæ est pars mundi Australis (notante Vincentio per aureum templi candelabrũ, quod erat in parte Australi, vt lucerna contra Boream è regione respicerent. Quod imprimis aduertendum operi pretium existimauimus; antiqui namque auctores eodem tempore (non eadem die) natum vtrumq; rectè ponderarunt, & illud Ecclesiastici: *Contra malum bonum est, & contra mortem vita, sic & contra virum iustum peccator, & sic intueri in omnia opera Altissimi, duo contra duo, & vnum contra vnum:* ita contra Pelagium est Augustinus.

Duas verò cathedras erexit Dæmon Pelagianæ machinator hæresis, alteram in Oriente, quam Pelagius, alteram verò, quam regebat in Occidente Cœlestius, imò Scelestus eius discipulus: *Huius autem perniciosissimi erroris auctores esse perhibetur Pelagius, & Cœlestius;* ait noster.

Aduer-

Aduersus illos in vtraq; mundi parte magistros quam optimos suis Catholicis præstitit æternus, & præpotens Deus:

*Hi sunt Hieronymus, Augustinusq; beati, Quos pro lege sequi lex iubet Ecclesie.*

*Patres enim, & qui iam quieuerunt martyres, & concordēs Cyprianus, Hilarius, & Ambrosius, & quibus etiam nunc permanere adhuc in carne necessarium est, qui sunt columna, & firmamentum Ecclesie Aurelius, Augustinus, & Hieronymus multa iam aduersus hanc nefariam hæresim absq; designatione nominum hæreticorũ scriptis probatissimis ediderunt.* Hæc Orosius in Apologia de arbitrij libertate contra Pelagium.

Et quantum ad Augustinum: *ipse triginta tractatus composuit contra Pelagianos* (ait Possidius) *& per annos fermè decem laborauit, librorum multa condens, & edens, & in Ecclesia populis ex eodem errore frequentissimè disputans, & c.*

Libros de peccatorum meritis, & remissione, deq; baptismo paruulorum, & epistolam ad Marcellinum de iisdẽ, ipse dicit suas primas fuisse scriptiones contra Pelagianos: *In his autem libris* (ait ipse) *tacenda adhuc arbitratum sum nomina eorũ, sic eos facilius posse corrigi sperans, imò etiam in tertio libro, quæ est epistola, sed in libris habita, propter duos, quibus eam annectendam*

Hieronymus, & Augustinus Ecclesie Doctores.

Petrus Verenerabilis in car. pro Petro Pi&auie si.

Orosius in Apologia de arbitrij libertate.

Multi contra Pelagium scripserunt.

Possid. in Indiculo.

Possid. in vita ca. 18.

Lib. 2. Re-tract. c. 33.

Quomodo se habuit Augustinus in primis scriptis contra Pelag.

peravi, Pelagij ipsius nomen non sine laude aliqua posui; quia vita eius à multis predicabatur; & eius illa redargui, quæ in ipsis scriptis, non ex persona posuit; sed quid ab alijs diceretur exposuit, quæ tamen postea iam hereticus pertinacissima animositate defendit.

Scriptit quoque Augustinus epistolam contra errores Pelagij, quam dedit Hilario eos detegenti apud Siciliam, nulla facta Pelagianorum mentione; quippè qui adhuc latitabant, de hac epistola ait Orosius presbyteris Hierosolymitanis eam ante Pelagium præsentem, ut legerem præcepistis, & legi.

Pelagius, ut se commendaret Augustino acceptum, & habitum in pretio, passim ostendebat, & lectitabat epistolam ab eo sibi datam: unde Augustinus cuiuslibet verbi ad eum scripti rationem reddit, eandemque epistolam legendam quibuscunque in libro de gestis Pelagij non dum prælo dato, sed iam in lucem ex Bibliotheca manuscripta Canonicorum Regularium Florentiæ apud Sanctum Bartholomæum Fesularum, sic dicens: *Ego quidem in epistola mea, quam protulit, non solum ab eius laudibus temperavi, sed etiam, quantum potui, sine eius commotione questiones de Dei gratia rectè sapere admonui: dixi enim quippè in salutatione, Dominum, quod*

quod epistolari more etiam non Christianis quibusdam scribere solemus, nec id mendaciter, quoniam omnibus ad salutem, quæ in Christo est, consequendam, debemus quodammodo liberam servitutem.

Dixi dilectissimum, quod nunc dico; & si iratus fuerit adhuc dico; quoniam, nisi erga eum dilectionem non tenuero, illo irascente, ipse mihi magis nocere bo.

Dixi desideratissimum; quoniam valdè cupiebam, cum presenti aliquid colloqui, iam enim audieram contra gratiam, quæ iustificamur, quando hinc aliqua commemoratio fieret, aperta eum contentione conari.

Denique, literarum ipsarum brevis textus hoc indicat: nam cum egissem gratias, quod me scriptis suis exhilarasset, certum faciendo de sua salute, ac suorum, quos utriusque si correctos volumus etiam corporali salute saluos velle debemus.

Mox ei bona optavi à Domino retribui non ad salutem corporis pertinentia, sed ea potius, quæ putabat esse, vel fortè adhuc putat in solo arbitrio voluntatis, & propria voluntate posita, simul optans, & propter hoc vitam æternam.

Deinde, quia literis suis, quia respondebam talia quedam in me bona, multum, benigneque laudauerat etiam ibi petiuit ab eo, ut pro me oraret, quo potius à Domino talis fierem, qualem me esse iam crederet,

Quare desideratissimum dicit Pelagium.

Quare desideratissimum dicit Pelagium.

Quare de salute Pelagij scire percuravit.

Bona spiritualia optavit Pelagius.

Quæ petiuit, & quo verbo, Augustinus à Pelagio.

Epist. 98.

Oros. in Apologia de arbitrij libertate.

Pelag. scripsit Augustino & responsum eius ostendit Hierosolymis.

Aug. de gestis Pelag. c. 26.

Quæ de causa petiuit Dominum in epistola ad Pelagium.

ut eum sic admonerem contra quod ille sapiebat ipsam quoque iustitiam, quam in me laudandam putauerat, non esse volentis, neque currentis, sed miserentis Dei. Hoc est totum, quod breuis illa epistola continet, eaque intentione dicta est: nam ita se habet.

Epistola Augusti ad Pelagium.

Domino dilectissimo, & desideratissimo fratri Pelagio, Augustinus in Domino salutem.

Pelagius scripsit Augustino.

Gratias ago plurimum, quod me literis tuis exhibere dignus es, & certum facere de salute vestra: retribuatur tibi Dominus bona, quibus semper sis bonus, & cum illo eterno viuas in eternum; Domine dilectissime, & desideratissime frater. Ego autem & si in me non agnosco praecordia de me tua, quae tua benignitatis epistola continet beneuolam tamen animo erga exiguitatem meam ingratus esse non possum, simul admonens, ut potius ores pro me, quo talis a Domino sum, qualem me iam esse arbitraris, & alia manu.

Pelagius laudauit Augustinum.

Memor nostri incolumis Domino placeas Domine dilectissime, & desideratissime frater. In ipsa quoque subscriptione, quod posui, ut Domino placeat magis hoc esse significavi in eius gratia, quam in sola hominis voluntate: quando id nec hortatus sum, nec precepi, nec docui, sed optavi, quemadmodum vero, si horterer, aut praeciperem, vel docerem pertinere hoc, & ad liberum arbitrium demonstrarem, nec tamen Dei

Augustinus de gestis Pelagii c. 28.

Augustinus commendator gratiae libertatem non extinxit arbitrium.

gra-

gratiae derogarem: ita, quia optavi, Dei quidem commendavi gratiam, non tamen arbitrium voluntatis extinxi.

Ut quid ergo in iudicio protulit hanc epistolam? secundum quam si ab initio sapisset nullo modo fortassis, licet a bonis fratribus, sed tamen peruersitate depositionum eius offensis ad episcopale iudicium vocaretur, &c.

Pelagius ostendit Augustinum epistolam in Concilio Pallestinae.

Ad concilium respiciunt haec vltima Diospoli, quae est antiqua Pallestinae ciuitas celebratum, in quo Pelagius Augustini epistolam supra dictam relegit, & Episcopos fefellit asserens ita suas intellexisse sententias, ut nihil a veritate discederet; cum apertissimos doceret errores, & pertinaciter illos defenderet, in libris ante, & post illud Concilium conscriptis, ut prolixè scribit ipsemet Augustinus tam Ioannem Hierosolymitanum Episcopum, quam Papam Innocentium admonens; ne illo modo crederent Pelagio, tanquam ab haeresi purgato in illo concilio mittens eis epistolam, quam sibi miserant duo Pelagij discipuli pro expugnato eius errore; atque librum contra ipsum Pelagium, quem puto esse de natura, & gratia inscriptum ad Thimasium, & Iacobum: sic enim vocabantur Pelagij discipuli per Augustinum con-

Pelagius aliter respondit, quam docuit in Concilio.

2. Retract. c. 47. Lib. 1. contra Iulian. Pelag. c. 5. Epist. 252. & epist. 95.

Z, 5 uerfi,

uerſi, & in gratiarum actionem hæc ei reſcribentes:

*Domino verè beatiffimo, & merito venerabili Epifcopo Auguſtino, Thimafius, & Iacobus in Domino ſalutem.*

Epiftola Iacobobi & Thimafii ad Auguſtini apud librum Auguſtini de geſtis Pelagij cap. 24.

*Ita nos reſecit, & recreavit gratia Dei miniſtrata per verbum tuum, ut proſus germanè dicamus miſi: verbum ſuum, & ſanavit eos, Domine beatiffime, & merito venerabilis Pater; ſanè ea diligentia venticlaſſe ſanctitatem tuam textum eiusdem libri reperimus, ut ad ſingulos apices reſponſa redditæ ſtupemus, ſive in his, quæ reſutare, deteſtari, ac fugere deceat Chriſtianum: ſive in illis, in quibus non ſatis inuenitur errare. Quamvis neſcio qua vtilitate in iſtis quoq; gratiam Dei credidit ſupprimendâ: ſed unum eſt, quod nos in tanto beneficio afficit, quia tarde hoc tam præclarum Dei munus effulſit: ſiquidè concigit abſentes fieri quosdam, quorum cecitati tam præcipue veritatis illuſtratio deberetur, ad quos & ſi tardiùs non diffidimus, propitio Deo, eandem gratiâ peruenire, qui vult omnes homines ſaluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire. Nos verò & ſi olim ſpiritu Charitatis, qui in te eſt, docti ſubiectiõnem eius abijceremus erroris; in hoc etiam nunc gratias agimus, quod hoc, quod ante credidimus, nunc alijs*

Stupor fuit diſcipulis Pelagij Auguſtina de Crina de gratia Chriſti.

Laus Auguſtino magna fuit in materia de gratia.

*aperire didicimus, viam facilitatis uberiore ſanctis ius ſermone pandente; & alia manu.*

*Incolumentam beatitudinem tuam, noſtriq; memorè miſericordia Dei noſtri glorificet in æternum. Hanc epistolam prælo datam non adhuc inueni; commemorat tamen eam ipſe Pater Auguſtinus in epiftola nonageſima quinta.*

Epift. 95.

*Admonuit Auguſtinus Sanctum Paulinũ Nolanum, ne amicus eſſet Pelagio ſuos errores publicè defendenti, ſic ſcribens, Quod Pelagium, & ſeruum Dei dilexeris nouimus: nunc autem quemadmodum diligas, ignoramus, & nos non ſolum dileximus, verum etiam diligimus eum: ſed aliter nunc diligimus, aliter aliquãdo dileximus: tunc enim, quia nobis recte fidei videbatur: nunc autem ut ab ijs, quæ inimica, & aduerſa gratiæ Dei ſentire dicitur, illius miſericordia liberetur.*

Epift. 105.

Admonet Paulinũ de hæreſi Pelagiana, ut Pelagium detinet.

*Cum Pelagius epistolam erroribus ſuis plenam Demetriadi miſerit, quæ ſanctimonialis facta eſt opera, & admonitione eiufdè Auguſtini, eandem laudatiſſimam Dei feminam, Proban, & Iulianam aduerſus Pelagianos errores diligenter informauit, & huiusmodi accepit reſponſum à matre Demetriadis Iuliana: Nouerit ſacerdotium veſtrum longè me ac domunculam meam ab huiusmodi perſonis eſſe diſcretam, omniſq; familia noſtra ad eò Catholicam*

Admonet Proban, ne credant ſe Pelagio.

Iuliani, epift. 54. apud Aug.

ape-

licam sequitur fidem, ut in nullam heresim aliquando deviauerit; nec unquam lapsa sit non dico in istas sectas, quæ vix capi antur: sed nec in eas, quæ paruos videntur habere errores.

Epist. 252.

Episcopus Pallestinæ admonuit de Pelagio versipelle, & fallaci, qui aliter in suis libris, quam ante ipsos in concilio exposuerat mentem suam; & ad Summum Pontificem Innocentium primum relationes misit duorum Conciliorum, quæ celebrata sunt contra Pelagianos, alterum Carthagine; alterum Mileui apud Numidiam; *Placuit mihi (ait) & vobis propter curam scripturarum, quam mihi patres, & fratres mei coepiscopi duobus Concilijs Numidia, & Carthaginis imponere dignati sunt, ut per quinque dies nemo mihi molestus sit, &c.*

Scribit ad Pallestinos, &amp; summum Pontificem Innocentiũ

Epist. 110.

Cõcilia cõtra Pelagiũ in Africa.

Lib. de ing. c. 2.

Hæc autem duo Concilia facta sunt ex auctoritate ipsius Pontificis Romani; sicque commemorantur à Sancto Prospero:

*Tu causa fidei flagrantius Africa nostra  
Exequeris, tecumq; suum iungente vigorem  
Iuris Apostolici solio fera viscera belli  
Conficis, & lato prosternis limite viuos  
Conuenere tui de cunctis Urbibus almi  
Pontifices, geminoq; senum celeberrima catu  
Decernis quod Roma probet, quod regna sequatur  
Nec sola est illic synodorum exerta potestas*

Cen

*Seu quos non possent ratione euincere nostri  
Vi premerent: discussæ artes, virusq; relictum est  
Heretici sensus: nullumq; omnino relictum  
Docta fides, quod non dissolueret argumentum.*

Pelagius libellum fecerat purgationis suæ, quem miserat ad Summum Pontificem Romanum, qui tunc erat Innocentij successor Zozimus, hic de eadem re certum fecit Augustinum, ei que misit ipsius Pelagij purgationem, de qua sic ipsemet Augustinus: *Ista eius verba (nempe Pelagij) pro magna eius purgatione transmissa, tam sunt ambigua, ut possint eius dogmati præbere latibula.*

Occasione huius purgationis Carthagine celebratum est concilium, quo Pelagius omnino cõuictus, & inde anathematizatus est; de qua re sic Prosper in Chronico: *Consulatu Honorij decimo, & Theodosij octauo; Concilio apud Carthaginenses habito ducentorum decem, & septem Episcoporum ad Pontificem Zozimum synodalia decreta perlata sunt; quibus probatis per totum mundũ heresis Pelagiana damnata est.* Et in libro de ingratis summoperè Aurelium Carthagenensem tunc Africæ primatem, & nostrum Augustinum ob hoc concilium idem Prosper ita laudat:

*An alium in finem posset procedere sanctum*

Cõnci-

Zozimus  
Papa mag-  
ni facit Au-  
gustinum.Lib. de pec-  
cato orig.  
c. 17.Concilium  
celebre cõ-  
tra Pelag.Prosper. in  
chron. ann.  
418.Prosper de  
ingratis. c.  
2.

Concilium, cui dux Aurelius, ingeniumq;  
Augustinus erat.

Augustinus  
præcipue  
fuit in cau-  
sa Pelagij  
condemna-  
di.

Possid. e. 18

Summi Pō-  
tifices excō-  
municant  
Pelagium.

Honorius  
fauet Catho-  
licis contra  
Pelagium.

Narrat beatus Possidius Pelagianos per vni-  
uersum orbem damnatos à Summis Ponti-  
ficibus in magnam Ecclesiæ vtilitatē, & hæc  
omnia magna ex parte studio, & labore Pa-  
tris Augustini peracta: sic enim habet in vita  
eius. *Et quoniam iisdem peruersi sedi Apostolicæ per  
suam ambitionem eandem perfidiam persuadere cona-  
bantur, instantissimè etiam Conciliis Africanis San-  
ctorum Episcoporum gestum est, ut Sancto Papa  
urbis Romæ & prius venerabili Innocentio, & po-  
stea Sancto Zozimo eius successori persuaderetur,  
quam illa secta Catholica fide, & abominanda, &  
damnanda fuisset: at illi tantæ sedis antistites suis  
diuersis temporibus eosdem notantes, atque à mem-  
bris Ecclesiæ præcidentes datis literis ad Africanas,  
Orientis, & Occidentis Ecclesias, eos anathemati-  
zandos, & diuidendos ab omnibus Catholicis cen-  
suerunt; & hoc tale de illis Ecclesiæ Dei Catholica  
prolatum iudicium etiam pijsimus imperator Ho-  
norius audiens, ac sequens, suis eos legibus damnatos  
inter hereticos habere debere constituit: vnde non-  
nulli ex eis ad sanctæ matris Ecclesiæ gremium; vnde  
resilierunt, redierunt, & adhuc alij redeunt, in-  
notescente, & perualescente aduersus illum dete-  
stabilem errorem rectæ fidei veritate, & erat il-  
le*

le memorabilis vir Augustinus præcipuum Do-  
minici corporis membrum, circa vniuersalis Ec-  
clesiæ vtilitatem sollicitus semper, ac pernix, &  
cetera.

Præcipuum  
Dominici  
corporis mē-  
brum Aug.

De quo, sic illustris auctor in fronte Mil-  
leloquij; *Inter magnos Ecclesiæ Catholica Docto-  
res præclarum fuisse, & esse beatum Augustinum,  
quis ignorat Episcopum? quem diuina eruditione mi-  
rabilem tum omnes orthodoxi in toto terrarum orbe  
venerantur præcipue tamen Apostolica sedis Anti-  
stites scripta eius sua auctoritate firmantes tanto ma-  
iori studio simpliciter amplexi sunt, quanto ampliori  
solatio eis se usos esse testatur: nam contra multos ho-  
stes Ecclesiæ dimicantes, & maxime contra vesti-  
pelles inimicos gratiæ Dei doctrina eius instructi,  
vel potius eadem illustrati gratia, semper extitere  
victores, cuius victoria præmia in tantum, donan-  
te Deo, posteris profunt, ut ieiunos copiosius pascant,  
& fortes armis spiritualibus muniunt: Catholica si-  
quidem diuina legis ipsius explanatio non solum esu-  
rientibus alimonia: sed, & dimicantibus efficitur  
armatura: ita non immerito illius successores, cui  
pascendas oves Dominus ore proprio commenda-  
uit, pastoralis officij socium, & copiosa gregi Do-  
minico pabula de pratis Scripturarum procuran-  
tem per amplius dilexerunt, suum verissimum pu-  
tantes bonum, quod per fraternam scientiam con-  
gratu-*

Eugippius  
de floribus  
Paradisi.

Summi Pō-  
tifices vni-  
tur Augusti  
no contra  
hæreses.

Catholica  
est explana-  
tio diuinæ  
legis apud  
Augustinū.

gratulabuntur inuentum scientes hunc intelligibilem ad condiendos animos saltem etiam peccatoribus abiectissimis profuturum: quorum omnium ego prorsus abiectior, ex aliquantis eiusdem beati viri praeclaris operibus per pauca ruminando, & quodammodo lambendo decerpsi.

Innocentis laudat Aug. doctrinam. Sūmus Pontifex Innocentius primus doctrinam in Concilijs traditam Africanis, & relatam ab ipso met Augustino in epistolis

ita laudat, & confirmat: *Satis vestris monitis, & sic satis abundantibus nostrae legis exemplis probatur esse responsum; nec quidquam superesse duximus, quod dicamus, cum nihil praetermissum à vobis, nihil constet esse suppressum, quo illi refutati, & penitus agnoscantur esse conuicti, &c.*

Inno. epist. 91. apud August. Idem Pontifex plura, aut alia testimonia, quam Augustiniana adduci contra Pelagianos non esse opus ita censet: *Cum vestra relatio tantis, ac talibus testimonijs sic referta, ut his solis valeat praesens dogma rescindi, opusque non esse reconlitis, cum ex ijs, quae facile vobis occurrentia posuistis, nec audeant obuiare, nec possint.* Inferius addit; *Gemino igitur bono Charitas fungitur: nam & Canonum potimini gratia seruatorum, & beneficio vestro totus orbis utetur.*

Innocentis epistol. 96. apud August. Idem in epistola ad Augustinum relationes eius contra Pelagium *Plenas fidei asserit,*

totoque

totoque zelo religionis Catholica firmatas, addens, quod earum tenor aduersus hostes gratiae integraratione consistit; *ut & illis omnem tollere possit errorem, & idoneum dato cuius nostrae religionis exemplo, quem sequi debeant, dignum possit praebere doctorem.*

Africanorum Conciliorum decretis (vbi doctrina refulget Augustini contra Pelagium) *beata recordationis Papa Zozimus sententiae suae robur adnexuit, & ad impiorum detruncationem gladio Petri dexteris omnium armauit antistitum.* Haec beatus Prosper.

Prosper contra Collat. c. 1.

Zozimus Papa laudat Aug. doctrinam.

Xistus etiam Papa, ut ad ipsum Augustinum scribit, doctrinam Africanorum conciliorum corroborauit, & consequenter Augustinianam; pronuntians sententiam contra Pelagianos, & venerabilem Aurelium Carthaginis archipraesulem admonens *litteris Apostolicae sedis de illorum damnatione ad Africam missis.*

Xistus Papa laudat doctrinam Aug. contra Pelagium.

Aug. epist. 105.

Doctrinam etiam suam comunicauit Augustinus cum Bonifacio Papa, & gesta ei misit aduersus Pelagium, addens ipsum *nouellum & perniciosum errorem sic ecclesiastica auctoritate compressum, ut multum miremur esse adhuc quoslibet, qui per quemlibet errorem gratiae Dei conentur obsistere; si tamen haec gesta didicerunt.*

Communi-  
cauit Aug.  
sua doctrinam Bonifacio.  
Epist. 106.

## CAPUT XV.

## De laude Augustini propter Semipelagianos.

**Q**Vi Augustinianę doctrinę iniuriam in materia de gratia etiam confirmantibus eam cunctis, ac præcipuè Apostolica sedis Põtificibus intulerunt, ista beatus Prosper, addens, quod viginti, & amplius annis contra inimicos gratiæ Dei, catholica acies huius viri (nempe Augustini) ductu pugnat, & vincit, vincit dico, qui, non patitur respirare, quos vicit, & in quorum excidium una cunctorum sacerdotum manu sententiam scripsit.

Quos Catholica acies non patitur respirare Semipeligiani sunt quidam Malsilienses, Galli, alijq; audentes Augustinum reprehendere in materia de gratia, & si nouerint, vt de illis scribit beatus Prosper, Non solum Romanam, Africanamq; Ecclesiam, & per omnes mûdi partes vniuersos promissionis filios cum doctrina huius viri sicut in tota fide, ita in gratiæ confessione congruere.

Innumeris laudibus cumulat Augustinũ ipse beatus Prosper, & prolixè notat illos presbyteros Malsilienses aduersus ipsũ murmurantes

à Papa Cœlestino fuisse cõdemnatos, ita concludens: Per hunc virum (nempe Papam Cœlestinum) intra gallias istis ipsis, qui sanctę memorię Augustini scripta reprehendunt maleloquentia, est adempta libertas, quando consultantium actione suscepta, & librorum, qui errantibus displicebant pietate laudata: quid oportebat de eorum auctoritate sentiri, sancto manifestauit eloquio, euidenter pronuncians, quantum sibi presumptionis istius nouitas displiceret, qua auderent quidam auersus antiquos magistros insolenter insurgere, & indisciplinata calumnia predicationi veritatis obstrepere: Augustinum inquit sanctę recordationis virum pro vita sua, atq; pro meritis in nostra semper communionem habuimus; nec unquam hunc sinistrę suspicionis saltem rumor aspexit, quem tanta scientia olim fuisse meminimus, vt inter magistros optimos etiam à meis semper prædecessoribus haberetur. Bene ergo de eo omnes in communi censerunt; utpote qui ubicunq; cunctis, & amoris fuerit, & honori. Contra istam laudationis tubam, contra istam sacratissimam testimoniij dignitatem audet quispiam maligne interpretationis murmur emittere? & perspicuã, syncerissimęq; sententię nubem obliqua ambiguitatis obrendere, &c.

Huc vsque Sanctus Prosper aduersus Collatorem, & ceteros Malsilienses, & ad finem

Prosper li-  
bro contra  
Collatorẽ.  
c. 1.

em ipeligi-  
ani fuerunt  
aliqui Gal-  
li, & alij.

Prosper. epi-  
stol. ad Ruf-  
inum.

Lib. contra  
Collatorẽ.  
c. 41.

Cœlestinus  
Papa p. Au-  
gustino scri-  
bit ad Epit-  
cos Gal-  
liæ.

Papa Cœle-  
stinus de Au-  
gustino.



libri, quem suspicor factum, vt responſiones  
 obiectionibus vincentianis *ex Apoſtolicæ ſedis*  
*auſtoritate*, ſic tandem deſenſionem conclu-  
 dit: *Sufficienter vt arbitror, demonſtratum eſt re-*  
*prehенſores Sancti Auguſtini, & vana obijcere, &*  
*recta impugnare, & praua defendere: peremptoriūq;*  
*armis in eſtimum bellum mouentes dictis diuinis, atq;*  
*humanis conſtitutionibus rebellare.*

Proſp. in fi-  
 ne lib. con-  
 tra Collat.

Deinde contra Caſſianum, qui ſub nomi-  
 ne Collatoris Auguſtinum ſugillabat, & er-  
 roris arguebat, ac nouitatis in materia de  
 gratia ſic canit ipſe beatus Proſper:

*Quidam doctiloqui libros ſenis Auguſtini*  
*Carpere, & aduerſum condere fertur opus.*  
*Uſq; adeo ne bonum ingenium, & ſacundia diues*  
*Oſtentare artem non aliter potuit,*  
*In noua proſtratas acies niſi bella cieret,*  
*Impiaq; extinctis hoſtibus arma daret?*  
*Hæc pugna, in centor, mors eſt tua; te ſtylus iſte*  
*Conſcicit, & verbis perderis ipſe tuis;*  
*Dumq; doces quantū valeat mens libera, mōſtras*  
*Velle tuum tibi met ſufficere vt pereas.*  
*Verte gradum, fuge perniciem, ſtratosq; rebelles*  
*Oris Apoſtoli fulmine ubiq; vide:*  
*Nec te mutato defendi nomine credas,*  
*Si paſtorem ouium ledere vis, lupus eris.*

Carmen S:  
 Proſperi ad  
 uerſ. Colla-  
 torem.

Item

Item in eundem Caſſianum, quem vocat vi-  
 peram, & ſequacem Pelagij Britanni, & Iu-  
 liani Pelagiani, qui erat Cāpanus hoſtis gra-  
 tiæ infeſtiſſimus, & in Fauſtum, qui fuerat  
 monachus Lirinensis, appellatum anguicu-  
 lum, & ſuſcitatum ab ipſo Caſſiano contra  
 Auguſtinum ita idem Proſper canit:

Pelagius;  
 Iulianus, Caf-  
 ſianus, Fau-  
 ſtus, Augu-  
 ſtino infe-  
 ſti.

*Contra Auguſtinum narratur ſerpere quidam*  
*Scriptor, quem dudum liuor aduſſit edax,*  
*Qui caput obſcuris contectum vt cunq; cauernis*  
*Tollere humo miſerum perpulit anguiculum*  
*Aut hunc fruge ſua æquorei pauere Britanni*  
*Aut huic campano gramine corda tument*  
*Quæ concepta fouet, promat, quæ parturit, edat:*  
*Seu vetere armatur dogmate, ſeu nouo*  
*In quoſcunq; ſinus ſpirarum torqueat orbis,*  
*Et fallax multa torqueat arte caput.*  
*Currentem attritos ſuper aſpidas, & baſiliſcos*  
*Declinare ſenem viperæ non poterit.*

Proſperi  
 carmina cō-  
 tra Collato-  
 rem Augu-  
 ſtini hoſtē.

Sanctus etiam Fulgentius Auguſtini doctri-  
 nam in libro de prædeſtinatione Sanctorum  
 ſummopere laudat, & ſequitur, & magni fa-  
 cit quæ pro illa aduerſus Gallos, & Genuē-  
 ſes ſcripſit: Nos itaq; Chariſſime (ait ad Moni-  
 mum) hæc interim pauca de libris Sancti Auguſtini,  
 & de reſponſionibus Proſperi ad hoc maluimus huic  
 libello inſerere, vt cuncti nouerint, quid debeant de

Fulgentius  
 Auguſtini  
 ſequax.

Lib. r. ad  
 Monimum  
 c. 30.

predestinatione Sanctorum, impiorumque sentire, simulque ut appareat eiusdem beati Augustini dictis tenorem nostre sententiae convenire.

Septem etiam libris Faustū Rhegiensem ad Palidoniā vsque ipse Fulgentius impugnavit, de quibus sanctus Isidorus ait: *Legimus de Gratia Dei, & libero arbitrio Fulgentij libros responsionum septem Fausto Gallie Rhegiensis ubi bis Episcopo Pelagianę pravitati consentienti respondētis; ubi nititur eius profundā destruere calliditatem.*

Petrus Diaconus, qui cum alijs græcis venerat Romam in causa fidei Sancti Basilij, & aliorū afferit antiquam esse doctrinam, quā Pater docuit Augustinus, & consequenter prava esse dogmata Casiani, & Fausti contra ipsam noviter inventa pronuntiās: *Quorum omnium Sanctorum Patrum imbuti doctrinis anathematizamus Pelagium, & Cælestium (ita legendum, non Cælestinum, ut est in editione Plantiniana) simulque etiam Iulianum Eclanensem, & qui illis similia sapiunt, præcipue libros Faustij Galliarum Episcopi, qui de monasterio Lirinēsi prouectus est, quos contra prædestinationis sententiam scriptos esse non dubium est. In quibus non solum contra horū omnium Sanctorum Patrum, verum etiam contra ipsius Apostoli contradictionem veniēs humano labori subiungit gratiæ adiutorium, atque totam omnino Chri-*

De viris illust. c. 14.

Petrus Diaconus in libro Confessionum suarum ad Fulgentium, & alios Africanos.

Christi euacuans gratiam, antiquos Sanctos non ea gratia, qua & nos secundum quod docet beatus Petrus Apostolus, sed natura possibilitate salvatos esse profitecur.

Cassiodorus beatum Prosperū, & consequenter Augustini doctrinam laudat, & Casiani cōdemnat in materia de gratia scribēs: *Qui Casianus tamē de libero arbitrio à beato Prospero iure culpatus est: unde monemus, ut in rebus talibus excedentem, sub cautela legere debeatis.*

Maxentius Theologus antiquus: *Anathematizamus (inquit) omnē sensum Pelagij, & Cælestij, & omnium, qui illis similia sapiunt (Semipelagianos intelligit Casianū, & Faustū, & eiusdem farine alios) suscipim⁹ omnia, quæ in diversis locis contra ipsos acta sunt, & scripta à presulibus Apostolicę sedis Innocentio, Bonifacio, Zozimo, Cælestino, & Leone, & Attico etiā Constantinopolitano, & Augustino.*

Sanctus Casarius Arelatensis Episcopus contra ipsos Gallos Casianum, & Faustum, & alios scripsit, qui negabant gratiam Dei præuenire liberū arbitriū, & asserabant hoc sine illa posse mereri, ut hisce verbis ait Genadius: *Casarius Arelatensis Urbis Episcopus vir sanctitate, & virtute celebris scripsit egregia, & grata valde, & monachis necessaria opuscula: de gratia quoque & libero arbitrio edidit testimonia diuinarum*

Cassiod. de diuin. inst. c. 29.

Maxent. in capitulis contra Pelag. & Nestor. in fine.

Casarius pugnat pro August.

Gen. in script. Eccles. 86.

Scripturarum, & Sanctorum Patrum iudicijs munita, ubi docet nihil hominem de proprio agere aliquid boni posse, nisi diuina gratia prauenerit, quod opus etiã Papa Felix per suam epistolam roborauit, & latius promulgauit.

Hormisda  
ad Possesso  
rem.

Papa Hormisda in epistola ad Possessorem Faustum condemnat, & ceteros eius asseclas ita scribens: *Hi uerò quos de Fausti cuiusdã Gallicis dictis contulisse literis iudicatis id sibi responsionũ habeant neq; illum, neq; quemquam, quos in auctoritate Patrum non recepit examen Catholice fidei, aut ecclesiasticæ disciplinæ ambiguitatem posse gignere, aut religionis præiudicium comparare fixa sunt à Patribus, quæ fideles sectari debent statuta.* Hæc Papa Hormisda inferius approbans Augustiniana.

S. Ado ann.  
492. in chr.

Sanctus Ado in Chronico sic habet: *Faustus ex Abbate Lirinensis monasterij apud Rhegium Gallie Episcopus factus, Pelagianũ dogma destrueri conatus in errorem labitur: unde qui eius sensus in hac parte Catholicos prædicant, sicut Gennadius, de illustribus uiris, omnino errant: ita enim liberum arbitrium docere conatur, ut illa munitio eius, uirtus, & salus, non à Christo, sed à natura sit, contra hunc scribit lucidissima fide Auitus Viennensis Episcopus eius redarguens errorem (similiter, &) Ioannes uir eruditus Antiochenus presbyter.* Hæc sanctus

Ado

Ado per Ioannem hunc intelligens, quem nos supra Maxentium (appellatur enim Ioannes Maxentius) aduertendũ, ut ad finem decimi tomi notat & rectè Baronius, dicentẽ, atq; illum, qui ipsum transtulie, epistolam Papæ Hormisdæ, quam superiùs allegauim⁹, fuisse alicuius Hæretici.

Aduertitur  
Ioannes Ma  
xētius theo  
logus.

Errasse Gallos, qui Sancti Patris Augustini doctrinã de prædestinatione non receperunt, aut malè intellexerunt, vnus illorũ nomine Leporius adsignificat, qui Patrem Augustinum consulens: *Non solum in Africa, ubi tunc erat, atq; nunc est tam errorem suum cum dolore, atq; sine pudore confessus est: sed etiam ad omnes admodum Gallie ciuitates flebiles confessiones, ac planctus sui literas dedit, &c.* Hæc Cassianus.

Leporij Pa  
linodiã ca  
nit.

Cassian. li  
bro 1. de In  
carn.

Gennadius in uiris illustribus ita scribit: *Leporius adhuc monachus postea presbyter præsumens de puritate uitæ, quam arbitrio tantum, & conatu proprio non Dei se adiutorio obtinuisse credebat, Pelagianum dogma cæperat sequi: sed à Gallicanis doctoribus admonitus, & in Africa per Augustinum emendatus scribit emendationis suæ libellum in quo & (satisfacit de errore, &) gratias agit de emendatione, &c.*

Gennad. in  
Leporio.

Faustus etiam veram fuisse doctrinam Augustini, contra quam ipse sequens Cassianũ

Faustus se  
retractat.

Aa 5

prius

prius scripserat coram omnibus ostēdit, vbi conuictus est à Sancto Fulgentio Rupensi præfule: nām ipsemet fuit, qui postea summopere Augustinianam doctrinam defēdit aduersus illos, qui prædestinatorum heresim ad annos Domini CCCCXV. exsuscitarunt asserentes, nec piē viuētibus prodesse bonorum operum laborem, si ad damnationem præsciti; nec impijs obesse etiam si improbè viuerent, si à Deo prædestinati fuissent ad vitam: nam Lucidum quendam magni nominis presbyterum reuocauit, cuius ad concilium Legionense extat epistola confessionis suæ plena, sic habens; *Correctio vestra salus publica; & sententia vestra medicina est: Unde & ego summum remedium duco; ut præteritos errores accusando excusem, & salutifera confessione mea diluam, &c.*

Sigib. in chron. ann. 415.

Heresi prædestinatorū

Lucidus in epist. ad Concil. Legionense.

Quo tempore datus Augustino titulus Aurelij.

Per hoc temporis, ut puto, titulo Aureliano donatus est Augustinus, & optimo iure, ut magis in orbe nominaretur, cum eum hæreseos aliqui condemnabant existimantes & perturbationes Gallorum, qui erant semipelagiani, & hæreticorū qui prædestinati vocabantur occasione eius doctrinæ exortas fuisse; cum re vera non minus gratiæ dona, quā arbitrij libertatem optime defenderit, & docuerit;

cuerit, sed ipsorū aliqui Augustini dictis perturbati sunt, vel quia non ea intelligebant, vel malè intellecta vsurpabant: ut & ipse Faustus deprehensus est à Sancto Fulgentio fecisse, quod Sāct<sup>o</sup> Facundus Hermianensis aduersus Motianum scribit in hæc verba, *Motianus hereticus volens ad interdictā transgressorū communionem ignaros quosq; deflectere quædam B. Augustini dicta circūferat, & quæ ille contra Donatistas conuenienter loquutus est: inconuenienter ipse ad discipulam simplicium cause nitatur aptare præsentem: sic aliquando etiā Faustus Gallus in questione liberi arbitrij malè intellectis, & incongruè adhibitis ipsius beati Augustini sententijs fallēbat, & in assensione sui erroris ducebat incautos, qui tamē à sanctæ memoriæ Fulgentio Ruppēsi detectus, atq; conuictus, quid autem in hac miremur: neq; enim melius loqui potuit Augustinus, quam Prophetæ, quam Apostoli, & Euangelistæ quorum mentibus similiter male intellectis, & incongruè adhibitis tam multi suos defendere conantur errores.*

Facund. libro 6. contra Motianum.

Defensio Augustini. Iaræ doctrinæ quam optima.

Hormisd. ad Felsio rem.

Doctrinam Augustini laudat Hormisd. Papa

Confirmat etiam Papa Hormisd. doctrinam Augustini, tanquam optimam in materia de prædestinatione sic dicens: *De libero autem arbitrio, & gratia Dei, quod Romana, hoc est Catholica sequatur, & seruet Ecclesia, licet in varijs libris beati Augustini, & maxime ad Hilariū,*

&

¶ Prosperum possit agnosci tamen, in scrinijs ecclesiasticis expressa capitula continentur, quæ si tibi desunt, & necessaria credis, destinabimus.

Ex supradictis Hormisdæ Papæ verbis colligimus, quod ipsa Romanæ Ecclesiæ statuta circa materiã de gratia, & libero arbitrio illa sint, quæ non papa Leo primus, vt existimant Louanienses, & cæteri qui sequuntur Collectorem Conciliorum sed (vt annotat Baronius) sanctus Hilarus, aliter Hilarius Papa etiam sanctissimus ex doctrina prorsus Augustiniana desumpta, Patribus Cõcilij secundi Arausici circa gratiam, atque prædestinationem misit, de quibus ita Cæsarius in eodem Concilio protulit: *Peruenit ad nos esse aliquos, qui de gratia, & libero arbitrio minus cautè, & non secũdum fidei Catholica regulam sentire velint, vnde, & nobis secundum auctoritatem, & admonitionem Sedis Apostolicæ iustum, & rationabile visum est; vt pauca capitula ab Apostolica nobis sede transmissa, quæ ab antiquis Patribus de certis scripturarum voluminibus in hac præcipuè causa collata sunt, ad docendos eos, qui aliter, quam oportet senserunt, ab omnibus obseruanda præferre; quibus lectis, qui huc vsq; non sicut oportebat de gratia, & libero arbitrio credidit; ad ea quæ fidei Catholica conueniunt animum suum inclinare non differat.*

Sum-

Summus Pontifex Gelasius opera Augustini laudat, & quæ fecit Prosper aduersus Calsianum, & Faustum Rhegiensem numeratos ab ipso inter apocriphos, & nullius nominis auctores in materia de gratia, & arbitrij libertate, de qua in libris de prædestinatione Sanctorũ contra Semipelagianos agit Augustinus, & ita concludit: *Qui legunt hæc; si intelligunt, agant gratias Deo; qui autem non intelligunt, orent, vt eorum ille ipse sit doctor interior, à cuius facie est scientia, & intellectus, qui vero errare me existimant etiam, atq; etiam ea, quæ dicta sunt, considerent, ne fortassis ipsi errent.*

Sanctus Prosper contra Semipelagianos ipsum consuluit; & (vt videas quanti faciat) ait, *Omniũ nostrum fatigatio, providente hoc præfenti seculo Dei gratia in tuae charitatis, & scientiæ vigore sperat; adde eruditionem humilibus, adde increpationem superbis.*

Sanctus Hilarius Episcopus Arelatensis auctorem in gratia, & libero arbitrio præcipuè eundem agnoscebat Augustinum ei scribès: *Quidquid pro ea gratia, quam in te pusilli cum magnis miramur, volueris, aut valueris gratissima accipiemus, tamquam à nobis charissima, & reuerendissima auctoritate decretum.*

Sanctus Hieronymus, omnes intus, & in-

cute

Gelasius in  
Cõcilio Romano.

Lib. 2. de  
præd. Sancti in fine.

Prosp. epistol. ad August. in tom. Hieronij 7.

Hil. epistol. ad August. quæ est etiam in tom. eius 7.

Sub Papa Hilario factum est cõcil. 2. Arausicanum.

Bar. an. 463

S. Cæsarius in fine Concilij Arausici. 2.

Hier. lib. 3. aduersus Pelag. in fine.

cute versutias agnouit hæresis Pelagianæ, & ampliori studio contra illas omnino super sedendum censet, ne fortè dicat aliquis illud Horatij;

*In syluam ne ligna feras*

*Aut enim (addit) eadē diceremus ex superfluo; aut si noua uoluerimus à charissimo ingenio occupata sunt meliora.*

Hinc Baronius, ut alios taceam recentiores optimè meritos de Augustino, sicut Herculem inter homines; ita eum reputat inter Theologos in doctrina gratiæ dicens eā non recentem esse, sed antiquorum Patrum definitionem, eādēq; Apostolicæ sedis auctoritate firmatam, *Quæ (sic inquit) ut suis locis superius est declaratum, Sancti Augustini se professæ est de gratia, & libero arbitrio probare sententiam.*

Bar. in Appendice ad tomum 10.

C A P V T XVI.

*De gestis Augustini erga Catholicos.*

Marz. Pa. V Ser. de erâ. stat. S. Monicæ.

Nulli pœnâ doctri pl) debemus, quam Aug.

**N** Vlli pœnè, ut ita dicam, Sanctorum maiora merita debemus, quam Augustino: quidquid enim simul omnes Apostoli, atq; alij Apostolorum seclatores rigarūt, hic coronauit, hic tetendit, hic velut circumposito aggere, materiam præbuit, qua ex Deo feli-

*feliciora incrementa susciperent.* Huc vsque Martinus Papa V.

Et ut ad specialia veniamus; theologiam scholasticam, & subtilem Augustinus super omnes ampliauit ita tractās quæ beatus Paulus de Deo trino, & vno, de gratia, & prædestinatione, de fide, & operibus, de litera, & spiritu, & cæteris huiusmodi materijs; *ut Christianam doctrinam maximè illustrauerit, quem imprimis sequenti sunt, qui postea theologiam disciplinam, & ratione tradiderunt.*

Theologia scholasticā ampliauit.

Breuiar. Romanum in August.

Exemplo sit horum princeps, & plusquam humanus, Angelicus, inquam, Doctor, optimo iure laudatus ab Urbano Papa, & ante omnium oculos ea de causa propositus, ut perfectè sciamus: *quantum à Deo scientia dotatus ordinem Fratrum Predicatorum, & uniuersalem Ecclesiam illustrauerit, ac beati Augustini vestigia insequens Ecclesiam eandem doctrinis, & sciētijs quamplurimis adornauerit.*

Vrb. in ep. ad Tolofac.

D. Thomas S. Aug. fuit sequax.

Nullum verò mysterium altioris indaginis Catholica suspicit academia, quam de Trinitate, in quo tam Græcos, quam Latinos post se reliquit Augustinus, & *ut scriptura ait introductus in Cubiculum Regis & decoratus veste multifarie sapientiæ Dei exhibuit Ecclesiā sine macula, aut ruga.* Hæc de ipso scribit Gēnadi.

In materia de Trinitate præcipuus.

Gennadius in August.

Mul-

Aug. 3. de  
Trinitat. in  
prologo.

Ioan. 1.

Gal. lib. 2.  
Euāg. inft.  
6. 10.

Abfal. in  
fer. 46.

Cæteris do  
ctoribꝫ præ  
eminet.

Abfol. ab B.  
ferm. 46.

Quatuor in  
Augustini  
doctrina no  
tanda.

Multa namq; de Triadis excellentia tra-  
dit, *quæ sufficienter edita, aut non sunt, aut non inue-  
niuntur, aut certè difficile à nobis inueniri queunt,*  
ista notat ipsemet Augustinus. Primus inter  
Latinos aduersus Arianos multa deprehen-  
dit, exempli gratia, hæreticam distinctionē  
ad illud Ioannis; *Et uerbum erat apud Deum, & Deus erat uerbum:* negantes enim Verbi diui-  
nitatem legebant, *Deus erat;* illic colon: dein-  
dè *Uerbum hoc erat.* Hæc Episcopus Caurien-  
sis Galarza notat in laudem ipsius.

Abfalon Abbas ex primis Canonicis Re-  
gularibus Sancti Victoris apud Parisios pro  
celebrando eius festo publicum sermonem  
habuit, & inter alia sic: *Multiplèx & subtilis li-  
terarum dispositio, in qua Augustinus cæteris Eccle-  
siae Doctoribus præeminet.*

Deindè ostendit, quam multa fecerit in  
utilitatem Ecclesiæ adijcieus: *Quadripartita  
enim Scripturarum serie, tanquam quatuor paradisi  
fluminibus faciē terrę irrigauit.* Hæc dicit quia  
vniuersam Augustini doctrinam ad quatuor  
in libris, epistolis, & tractatibus reconditam  
inuenimus, ad mores optimos, ad scholasti-  
cam disciplinam, ad sacræ paginæ peritiam,  
atque cælestem contemplationem.

Specialiter docuit fidei fundamenta luci-  
dissi-

dissima cum expositione, de ipso namq; Cas-  
siodorus: *Symbolum quoq; nostra fidei testimoniū  
recti cordis, promissionis insolubile sacramentū, fre-  
quenti expositione patefecit, ut profundius intelligen-  
tes illa quæ credere nos profiteamur, cautiſsimi promif-  
sa seruemus.*

Sanctus Gregorius Papa, disponens eccle-  
siasticam doctrinam ait in opere Romæ de  
sacramentis in lucem edito; *Vir autem etate  
perfecta, aut femina, antea pleniter instruatur, se-  
cundum quod beatus Augustinus ordinauit in libro  
de Catechizandis rudibus, de fide, & Christiana con-  
uersatione, &c.*

De bono coniugali scripsit ob Iulianum  
Pelagianum hæreticum reipublice Christia-  
næ infestissimū, à Cathalogo Sanctorum,  
quem fecit Petrus à Natalibus expūgendū:  
per summam enim incuriam eadem fermè  
de hoc hæretico inuenimus in illo Sanctorū  
libro, quæ in Gennadij scriptoribus ecclesia-  
sticis indigna certè auribus Christianis, &  
Augustino amicis qui sic ipsum Iulianū Pa-  
pæ Bonifacio scripsisse narrat: *Dicunt etiā istas,  
quæ modo aguntur nuptias à Deo institutas non fuisse,  
quod in libro Augustini legitur, contra quæ ego mo-  
do, quatuor libellis respondi, cuius Augustini dicta  
inimici nostri, in ueritatis odium susceperunt.*

Lib. de di-  
uin. lect. c.  
32.

Symbolū  
expoluit.

Lib. 10. de  
Sacram. pa-  
gina 251.

Catechismꝫ  
eius lauda-  
tur.

Petrus à Na-  
tal. lib. 3. c.  
38.

Gennadius  
in Iuliano  
Pelagiano.  
Aug. lib. 1.  
contra duas  
epist. Pela-  
gij.

Videtur hic hæreticus aliqua vidisse, quæ Pater Augustinus scripsit contra Iouinianū nuptias anteponentem virginitati, & fortè incidit in librum eiusdè Augustini de adulterinis cōiugijs, cuius meminit in Retractionibus: sed Augustinus omnibus calūnijs Iuliani respondit, & ipsum funditus destruxit ad coniuges etiam mirificam doctrinam exhibens, & ita sibi datam occasionem: *Quoniam iactabatur Iouiniano responderi non posse cum laude; sed cum vituperatione nuptiarum, propter hoc librum edidi, cuius inscriptio est de bono coniugali.*

Posteaquàm scripsi de bono coniugali stectabatur, ut scriberem de sancta virginitate; atq; id Dei munus & quam magnum, & quanta humilitate custodiendum esset, uno, sicut potui, volumine ostēdi. Hæc ipse.

De perfectione viduitatis etiam eleganter scripsit, & de agone Christiano, vbi doctrinam dedit monachis vtilissimā, vniuersam denique Christianę pietatis œconomiam distribuit in sermone Domini in monte; percurrere, si vis plura ad mores, nonnum, & decimum eius tomum; luce clarius apparebit tibi, quod ita canimus; *Lux Doctorum mellifluus Augustinus toto terrarum orbe, radio mirę claritatis resulsit, & Ecclesiam sanctam fidei orthodoxa*

Præfatio  
Missæ San-  
cti Aug.

Omnes sta-  
tus docuit.

Scripte de  
virginitate.

Retr. 13.

Retr. 11.

Retr. 17.

Iulianū con-  
fudit scri-  
bens de bo-  
no coniuga-  
li.

verè Augustinus illustravit, ac status fidelium vniuersę Christianę vitę Augustinus moribus decorauit, clericos docuit, laicos monuit, deuos in viam veritatis reduxit, &c.

Platonicam doctrinam amauit; atque relictis superfluis, ad Ecclesiam adduxit vniuersam eius elegantiam: hinc ad ipsum Nebridius: *Epistolas tuas perplaceat ita seruare ante oculos meos: sunt enim magnę, non quantitate, sed rebus, & magnarum rerum magnas continent expositiones, illę mihi Christum, illę Platonem, illę Plutonium sonabant; erunt igitur, & ad audiendum propter eloquentiam dulces; ad legendum propter bonitatem faciles; ad intelligendum propter sapientiam salubres.*

Tanta est Augustini magnitudo in cathedris, & pulpitis Christianorum, vt in proverbium vulgatum abierit quod; sicut cibaria sine condimento, ita sermones insipidi sint absque Augustino, quem Sanctus Ado Viēnensis in libro sex ætatū, ab alijs tributo Venerabili Bedę sic allegat, vt *omnium Ecclesiarū Doctorem* appellet *eximium*, & verè loquatur, vt & Hieronymus in exponendis sacris scripturis iuxta sensum, quem vocant literalē, Doctor maximus eū salutās; *Dñe vere sancte.*

Libros de doctrina Christiana, locutiones

Nebrid. apud Augustin. 7.

Omnium Ecclesiarū Doctor.

Ado in Actate. 6.

Hier. epist. 17. apud Augustin.



Omnes ingenij sublimis partes impleuit.

Hier. epist. 30. apud August.

Multa primus in Africam inuexit circa viros Ecclesiasticos.

Hug. serm. 54.

de Genesi, & singulis libris, vsque ad Iudicium librum fecit, & alia in magnam Ecclesie Catholice vtilitatem: vnde Hieronymus ad ipsum: *Certe quidquid dici potuit, & sublimi ingenio de scripturarum sanctarum hauriri fontibus, a te positum, atq; disertum est.*

Ipse fuit, qui in partes Africe primum inuexit monachismum; primum ibi restituit Apostolicam viuendi normam; primum coniunxit monachismum cum clericatu: nam, antequam fieret presbyter, omnes ferme monachi erant laici; & vt monachos informauit officijs clericalibus in suis monasterijs; ita clericos siue canonicos instruxit exercitijs regularibus in Episcopatu quae omnia probata remanet in libro nostro quarto, & tractat Hugo Victorinus ita dicens: *Beatus Augustinus, cuius hodie solemniam celebramus, eminenter exiit, qui suum discipulatum, gregemq; perfectissime docuit, & ad seruiendum Deo nihilominus instituit, qui etiam suam animam ad benedicendum Dominum prouocauit; quia lumen supernae cognitionis sibi collatum non ignorauit.*

Hoc habet summè proprium, inter Catholicos Doctores, & vel caeci fatentur: quod ingenia praecipue occupat, & facile dissoluit obiectiones, lectori suo satis, & abundè faciens in omni-

omnibus, vt det manus, aut non efferat in prelium, inter alios, qui prior annotauit, & hac prerogatiuam indixit, filius eius fuit ingenio praeditus acutissimo, ei persimilis Adeodatus respondens orationi eiusdem valde diffusae: *Quod omnia, qua contradicere paratus eram praecipue occupauit, atq; dissoluit nihilq; omnino abs te derelictum est, quod me dubium faciebat, de quo non ita mihi responderet oraculum (hoc est Deus intus docens) vt tuis verbis asserebatur.*

Sanctos mirifice coluit, & veneratus est in studijs suis: qua de causa sic Richardus ille Victorinus ita cum eius anima loquitur: *Hodie suscepta es ab Angelis, locata cum Archangelis, magnificata a prophetis, honorata ab Apostolis, Martyribus, Confessoribus, atq; virginibus paradisi, in quorum omnium laudibus manu, atq; lingua laborasti.*

Sanctus Sidonius Appollinaris in prima Doctorum classe eum collocat, & antistitem facit in argumentando, *Nemo instruit (ait ille) vt Hieronymus, destruit vt Lactantius, astruit vt Augustinus.* Sanctus Ennodius Ticinensis, eundem laudat in scriptis omnibus dicens, quod Augustinus a quo omnes sit ille scriptorum maximus. S. Anselmus Episcopus Cantuarensis eundem in dictis cunctis magni facit, & ait, vt sua corroboret in Monologio; *Nihil potui*

Præoccupat aliorum ingenia.

Lib. de magistro in fine.

Rich. apud Milleloq. Aug. infrate. Sanctos mirifice coluit

Sid. lib. 4. epist.

En. epist. ad Caesarium.

Anselm. in Monologij prologo.

inuenire me dixisse, quod non Catholicorum, & maxime Augustini dictis cohererent: Sanctus Iuo Carnotensis etiam præsul eximie prudētiae, atq; religionis in tractatibus eum commendat, & sententiam eius tanquam aurum appendit his verbis; *Summa consilij est, quam habemus à Patre Augustino dicente in tractatu de disciplina Christiana, ama charitatem, & fac quod vis.*

Velut Oraculū fuit in terris, ad quod omnes homines vndique recurrerent, vt præter alia testantur eius epistolæ doctæ simul, atq; piæ, & ideò prolixæ (nec enim paucis materiæ celebres enodantur) & præcipuè mutua inter ipsum, & Hysichium, de die iudicij tractantes, eo enim tempore de illo multi fiebant sermones ob mirificam Christi Domini apparitionem super montem oliueti apud Hierosolymam: de qua sic ait Marcellinus; Monaxio, & Plinta Coss. nempè anno Domini CCCCXIX. *Multæ Pallestine ciuitates, villesq; terremotu collapsæ sunt. Dominus noster Iesus Christus super montē Oliueti Hierosolymæ vicinū se de nube manifestauit. Multa & tunc vtriusq; sexus vicinarū partiū nationes tā visu, quā auditu perterritæ atq; credula sacro Christi fote abluta sunt, omniūq; baptizatorū in tunicis Crux Christi Saluatoris, diuinitatis nutu ex templo impressa refulsit.*

Eccle-

Ecclesiam Catholicā multis modis exornauit, & imprimis alta, & noua proferens ex thesauro cordis sui; quod adhuc iuueni, sed iam in theologicis versato sic ei Licentius aliquando scripsit:

*O bone carpe iter annorum; sapientia quantum*

*Crescit amore sui inueniens noua culmina sēper.* Episto. 39. apud Aug.

Nam primus de Ideis in Christianorū scholis; de cognitione matutina, & vespertina; de peccato originali disputauit; & excellenter docuit, quæ pertinent ad processionem spiritus Sancti, ad prædestinationis altitudinē, ad arbitrij libertatem, ad gratiæ dona, & huius generis alia; fecisse dicitur benedictionē cærei Paschalis, multasq; Ecclesiæ orationes, quas summoperè defēdit, & perpetuauit aduersus Pelagium ipsarum hostem; præstitit nobis remedia contra quascunque hæreses; & in summa, dicere possumus, & debemus de eo, quod hisce verbis primus Ordinis Eremitarum Episcopus, primarius etiam discipulus ipsius Augustini Sanctus Alipius: *Habemus ducem, qui nos in sua veritatis arcana, Deo iam monstrante, perducet.*

Concilijs Africanis ferè omnibus suo tempore celebratis suam præstitit eruditionem, & præsentiam, habens tantum sapientiæ, &

Bb 4 eru-

Iuo epist. 31.

Epist. 79.

Epist. 90.

Marcel. in chronico.

Quare scripsit Augustinus de iudicio ultimo ad Hysichium.

Multa in thesauris, & intro duxit in Athenas Christianorum alta, & ingeniosa, iucunda, & utilia.

Alip. apud Aug. 3. contra Acad. c. 10.

Concilijs multis adfuit.

**Possid. in vita Aug. 7.** eruditionis ecclesiasticæ, ut beatus Possidius de ipso scribit: *Coram Episcopis hoc illi iubentibus qui plenariè totius Africæ concilium Hippone agebāt de fide, & symbolo presbyter adhuc Augustinus disputavit, & disputata scripta reliquit, ut ipse notat in Retractationibus.*

**2. Retract. 40.** *Tantumq; mihi tributum est, ut ubicumq; me presente, loqui opus esset ad populum, rarissimè tacere, atq; alios audire permitterer.* Hæc ille.

**August. in prologo Retract.**

**Possid. cap. 8. in vita S. Aug.** Satagit, ut in Concilijs statueretur, quod vniuersa Ecclesiæ decreta legerentur necessaria ad Episcoporum ordinationem: Possidius hæc annotat, & decreta in tertio Carthaginensi sic habentur: *Placuit, ut in ordinandis Episcopis, vel clericis prius ab ordinatoribus suis decreta Conciliorum auribus eorum inculcentur; ne se quid contra statuta Concilij fecisse pœniteat.* Ut ipsum pœnituit Augustinum, quia ordinatus fuit adhuc viuo Valerio, & prohibitum postea agnouit à Concilio Nycæno; ne duos simul haberet Episcopos vna, & eadem Ecclesia.

**Con. 3. Carthag.** *Procurauit quod omnia legerentur in ordinatione Episcoporum eis necessaria.*

**6. Con. Carth. cap. 8.** Culmen auctoritatis inter omnes ade prus est; hinc præter alios testes citandus nunc occurrat Faustinus Episcopus ita proloquens in Concilio sexto Carthaginensi: *Ad sanctum, & venerabilem Ecclesiæ Romanæ Bonifacium vestra*

**Multum va luit in Concilij.**

*stra scribere dignetur sanctitas, ut & ipse quod S. Augustinus statuerè dignatus est, deliberare possit: utrumnam & hoc concedendum sit; an reticendum; hoc est de appellationibus inferioris gradus.*

Inter gesta cum Catholicis diuinæ sapientiæ copiam numerare debemus: nullus enim ex Patribus plura reliquit, aut excellentiora; quapropter, ita eum commemorat non recens auctor Ordinis Benedictini Diederius: *Celsissimus ille Augustinus de superis ad nos delapsus impresentiarum si adesset, qui totum mundum iam libris suis impleuit.*

Honorius imperator ipsum vocauit ad concilium Spoleti celebrandum in Italia; Theodosius verò etiam imperator ad concilium Ephesinum contra Nestorium: ille in epistolæ suæ fine, quæ habetur in tomo quinto Baronij sic ait: *Precor, ut desiderabilem aspectum benedictionis tuæ sine excusatione concedens omnipotenti Deo gratum hunc iudices laborem, &c.*

Quæ ad ipsum Imperator Theodosius scripta, en accipe:

*Sancto, & venerabili Augustino Episcopo Hipporegiensi Theodosius imperator.*

*Pulchritudo librorum tuorum, potestas tibi data ad prædicandum Dei verbum, & fructus vniuersam*

Totum mundum libris impleuit.

Diederius in præfatione lib. de il latio. S. Benedicti.

Vocatus est in Italiam.

Honor. ep. ad Aug.

Epist. Theodos. ad Augustinum ubi que neminatam.

sam per Ecclesiam à te facti, causa fuerunt tunc nomi-  
neris ubiq; gentium: Deo gratias (qui tēporibus adeò  
calamitosi nostros labores videns ex alto tantum  
concessit Ecclesie Doctorem) ago omni cum humili-  
tate quantum in me est, ob obligationem, quæ incum-  
bit mihi, defendendæ ipsius Ecclesie: nihil enim uti-  
lius meo potest imperio contingere, nec alia re possum  
illud amplius propagare, & firmitus habere, quam ho-  
norato Christi nomine, & fide eius defensa à quo  
omnis salus, & vita, & cetera nostra emanant.

Hoc sanctus Constantinus, hoc dominus, & auus  
meus Theodosius me docuit, quem pro viribus sequi  
desidero: quia gloriam suam non in magno posuit im-  
perio, sed in pietate erga Ecclesiam, & ministros eius.

Non ignoras Pater, quid acciderit huic nouæ Ro-  
mæ, quomodo serpat pestilentia per totam Græciam:  
quandoquidem Nestorius Episcopus noster pius, &  
sanctum se fingens, impietatem, & errorem tandem  
propalauit, & ex patre factus est hostis, ex pastore,  
fur, & latro multas effundens hereses aduersus Do-  
minum nostrum Iesum Christum, & eius matrem  
sanctissimam, quam cum filio, iuxta decreta Sau-  
ctorum Patrum, semper colimus.

Heretici etiam Pelagiani per sancta Concilia  
condemnati ex doctissimis tuis libris contra ipsos con-  
scriptis adhuc ceruicem conantur erigere, & ipsi Deo  
resistere.

Quæ mala propter iniquitates nostras euenire fa-  
teor: sed ne induremur tanquam Pharao, inspiratum  
est à Domino remedium, & decreuimus ad S. D. N.  
Cælestinum totius Ecclesie antistitem scribere conci-  
lium cogat obseruato antiquitatis more, & ut nostrū  
pectus agnosceret, rogauimus eligat quā uolet nostri  
imperij ciuitatem, & cum Episcopis definiat, quæ nos  
sequuturi sumus omnes inferiores.

Ad ipsum (scilicet Ecclesie Pontificem Cæ-  
lestinum) tanquam primarium pertinet omnibus  
adhibere remedium: mihi restat, qui filius eius sum,  
& Ecclesie, ipsi deseruire, & adiuuare in rebus spe-  
ctantibus ad augmentum Catholica fidei.

Te igitur; qui omnibus in rebus lux es totius mundi,  
& præterea admiratio, terrorq; hæreticorum, qui an-  
te te non audent apparere, maximoperè rogamus, ut  
urbi Epheso, ad quam Concilium conuocatum est,  
interesse uelis, & possis dicere reliquum uitæ con-  
sumptum esse, sicut & præteritum in gloria, & ho-  
nore Domini nostri Dei; cuius amore uitam, salutem,  
& cetera committere debemus cunctis periculis: non  
ergo te mare deterreat, aut itineris longitudo, aut ali-  
quid aliud: omnia sunt omni cum patientia sufferen-  
da: quando prosper finis tuo aduentu spectatur.

Ebagnius Magistrianus ad te profectus est; ipse  
alia dicet, quibus petitioni nostræ magis annuas ob to-  
tius Ecclesie bonum.

Cercilium  
Ephesinū  
tēpere Cæ-  
lestini.

Ad quæ spe-  
ctat adhibe-  
re remediū  
aduersus hæ-  
reticos.

Lux mundi  
Augustinus  
admiratio,  
& terror hæ-  
reticorum.

Ebagnius  
Magistrina.

Quæ

Nostra

Doctor à  
Deo datus  
Augustinus.

Constanti-  
nus, & The-  
odosius ma-  
ior:

Nestor se-  
prius finxit  
bonam.

Pelagiani  
condemna-  
ti per scrip-  
ta Aug.

Conclusio  
epistolæ.

Roman. in  
lib. 1. hist.  
S. Aug. cap.  
33.

Liberatus  
in Breuiar.  
c. 5.

Paschasius  
apud Suriū  
die 1. Ianua  
rij.

Sermon. 1.  
de S. Aug.  
Augustinus  
quasi dono  
exornat Ec  
clesiam.

Nostra omnia, & imperium ipsum tuis commen-  
damus orationibus: scimus enim quantum merearis,  
& valeas apud indiuiduam Trinitatem. Dat. in no-  
stro Palatio noua Roma, quarto idus Augusti; Coff.  
Basso, & Antiocho. Epistolam hanc inuenit  
frater Hieronymus Roman<sup>o</sup> (vt ipse scribit)  
in celebri sanctæ Iustinæ monasterio Pata-  
uino latinè scriptam, & indè eam transtulit  
in Hispanicum sermonem, quem nos in eius  
chronico traditum ad vnguem sequimur, &  
fermè de verbo ad verbum transferimus sen-  
sum enucleâtes, & animi sententiam incul-  
tis verbis; denique bonam, de illa mentionē  
facit Liberatus in suo Breuiario dicens: *Scrip-  
sit imperator & beato Augustino Hipponensi Epis-  
cops per Ebagnium Magistrianum, vt ipse concilio  
(Ephesino) prestaret suam presentiam, & c.*

Exemplum fuit Antonius Ægyptius vir-  
tutis; similiter ipse noster sapientiæ; vndè san-  
ctus Adhelardus ab aliquibus (vt magistri Al-  
bini epistola ferunt) Antonius vocabatur a nonnul-  
lis, vt supra dictum est, Aurelius Augustinus.

Pro bono, vtilique totius Ecclesiæ, illo do-  
no ornatus fuit, de quo sæpius diximus, &  
Thomas Villanouanus hisce verbis: *Pollent  
quidem in Ecclesia varijs donis; alius deuotione, alius  
paupertate, alius humilitate, alius castitate, alius alia  
gra-*

gratia quacunq; diuisiones enim gratiarum sunt; neq;  
sanctus dici potest, qui in aliqua virtute non existat  
insignis iustus: sed quod est sapientia proprium scrip-  
turas intelligere, penetrare, sacramenta innodat a  
dissoluere, obscura propalare, & similia; hoc sibi au-  
dissime vendicat Augustinus.

Vt enim filij Israel ex Ægypto aurum, &  
argentum in terram promissionis intulerūt: Libros gen-  
tium pene-  
trauit.  
vndè iter facientes per desertum cum dome-  
stica, & nitida, pulchraq; columba conferū-  
tur, sicut Paraphraustes Chaldaicus exponit,  
quæ de argentata erat, & posteriora dorsi eius Psal. 67.  
in pallore auri. Sic ipse gratiam accepit intel-  
ligendi vniuersam secularis doctrinæ ratio-  
nem, & eam communicauit vberimè Ca-  
tholicis, gratias æterno magistro sic agens:  
*Attendi in aurum, quod ab Ægypto voluisti vt au-  
ferret populus tuus, quoniam tuū erat vbiunq; erat.* 7. Conf. 9.

Audax ostendit Augustinianæ aureum sa-  
pientiæ flumen vbiq; gentium diffusum di-  
cens: *Thesaurum sapientiæ desideravi, sed minus ac-  
cepi, quam volui, licet minus non debet dici, sed mu-  
nus, quod oraculum legis contulerit Augustinus, sa-  
crator iustitiæ, instaurator spiritualis gloriæ, dispensa-  
tor salutis æternæ, & ad ipsum conuertens vocē:  
Tam tibi mundanus orbis notus est, quam notus:  
tam tu ei cognitus, quam probatus.*

Epist. 139.  
apud Aug.

Non

Gentilis Augustinus factis ostendit gentiles esse doctissimos.

7. Conf. 9.

Non parum abstulit minoritatē ab Iacob, & magna quidem ex parte iam fecit, ut populus gentilis maior vel etiam cæcis appareat in cognitione Dei, quam Iudaicus per Esau adsignificatus: *Placuit enim (ait Deo) auferre opprobrium diminutionis ab Iacob, ut maior seruiret minori, & vocasti gentes in hereditatem tuam, & ego ad te veneram ex gentibus.*

Cum Pater ipse Augustinus esset in villa Cassiciacum appellata præparans se ad baptismum admirabilem Dei visitationem, ut alibi diximus, legens Psalmum quartum, & speciatim perueniens ad hunc eius versum; *Signatum est super nos lumen tuum Domine, hoc est, exponente Genebrardo, erit auxilium tuum, tanquam signum ante fideles tuos, qui valde multiplicabuntur ob fructum sacramentorum tuorum: sequitur enim, à fructu frumenti, vini, & olei sui multiplicati sunt.* exclamavit, & electus visus est ad portandum per vniuersum Catholicorū orbem, vexillum sapientiæ, quod cum auxilio Dei multum facit, ut magnificemus eū, nam *omnibus in ore erat Augustinus, ut nihil pœnè ex sacris literis possit, nisi eo duce intelligi, nisi, eo interprete explicari.* Hæc ait Martinus Papa V.

Quod si carmina vis audire, hæc Iouianus Pontanus ei canit;

Psal. 4.

Genebr. in Psal. 4.

Martinus Papa V. in sermo. de trinitate. S. Monicæ.

Pontanus de diuinis laudib. in Hym ad S. Aug.

*Nil etenim Augustine tulit te te Africa maius,  
Cuius ab ingenio creuerit alma fides;  
Per te religio Christi stetit integra, per te  
Diuinæ legis mystica operta patent.  
Tu secreta Dei pandis, tu tradita patrum,  
Et verum, & pietas manat ab ore tuo.*

Denique, nullus scribendi finis erit circa magnam, imò miram, Augustini facultatem ad laborandū pro re Christiana: in suis enim scriptis Deo acceptus, & charus sacerdos (cum beato Possidio loquor) *quantum, lucente veritate, videre conceditur, recte, ac sane, fidei, spei, & charitatis Catholice Ecclesie vixisse manifestatur.*

*Quod agnoscunt, qui eundem de diuinis scribentē legentes proficiunt: sed ego arbitror plus ex eo proficere potuisse, qui eum, & loquentem in Ecclesia presentem audire, & videre potuerunt eius præsertim inter homines conuersationem non ignorauerunt, ad quam, si vis introduci, ducem sequere sequentem huius operis librum numero sextum, meritò vltimum.*

Possid. in fine vitæ S. Aug.

Possid. vbi supra.

Transitio ad sextum librum.



DE VITA,  
ET LAVDIBVS

S. P. N. AVR. AVGVSTINI  
Hipponensis Episcopi, & Ecclesiæ  
Doct̄oris eximij.

Liber sextus.

Sanct̄itatem eius indicat.

CAPVT I.

De mortificatione, & alijs exemplis.

Ezech. 7.



T Aquila vn̄ erat ex quatuor apud  
Ezechielem animalibus; & facies eius  
desuper ipsorum quatuor: ita noster alios

Augustinus  
se vicit sa-  
pientem.

Ecclesiæ Doct̄ores sapientia, semetipsum vi-  
cit sanct̄itate: eum igitur ascendētem super  
plenitudinem sapientiæ suæ, & quam celer-  
rimè per viam virtutis ad cælum volantem,  
non proprijs, vt aiūt, coloribus pingere, sed  
saltem adumbrare cupientes, à sensibili cor-  
poris æqualitate, quæ mentis indicat equita-  
tem, incipimus.

oculos mor-  
tificat.  
10. Confes.  
14.

Resisto (inquit) seductionibus oculorū, ne implicē-  
tur pedes mei, quibus ingredior viam tuam, & erigo  
ad te inuisibiles (ô Deus!) vt euellas de laqueo pe-  
des meos.

Aur. Aug. Liber sextus. 201

De mortificatione audiendi sic habet; Cū <sup>Aures.</sup> <sup>10. Conf. c.</sup>  
mibi accidit, aut me amplius cantus, quam res, qua <sup>33.</sup>  
canitur moueat, pœnalitèr me peccare confiteor, &  
nunc mallem non audire cantantem.

De illecebra odorum non satago nimis cum absūt, <sup>10. Cōf. 32</sup>  
non requiro cum adsunt, non resp̄uo, paratus sum eis <sup>Odorandi</sup>  
carere. <sup>vis,</sup>

Quotidianum bellum gerebat in ieiunijs  
sepius in seruitutem redigens corpus suum,  
& Deo dicens: Hoc me docuisti, vt quemadmodū <sup>10. Confes.</sup>  
medicamenta, sic alimenta sumpturus accedam. <sup>31.</sup>  
<sup>De gustu.</sup>

De balneis, ceteraq; corporis voluptate nihil inter-  
rogas, tantum ab ea appeto, quantum in valetudinis  
opem conferri potest. Ait ipse. <sup>Tactus.</sup>

Sciebat eum, qui verbo non peccat, perfe-  
ctum esse virū; ideò, quotidiana fornax (inquit  
Deo) est nostra lingua; imperas nobis, & in hoc ge-  
nere continentiam: da quod iubes, & iube quod vis. <sup>Sermo.</sup>  
<sup>10. Confes.</sup>  
<sup>15.</sup>

Omnem à se procul curiositatem amanda-  
bat defigens animi obtutus in vtilia, & salu-  
taria: Canem currentē post leporem iam non specto,  
cum in Circo sit; at vero in agro, si casu transeam, <sup>10. Confes.</sup>  
auertit me fortassis ab aliqua magna cogitatione, atq; <sup>35.</sup>  
ad se conuertit illa venatio, non deniare cogens cor-  
pore iumētī, sed cordis inclinatione, &c. Hæc ipse.

Rhetoricæ flosculos, & nimium literarū,  
quos vocamus humaniores, studium, & alia

Cc ludi-

De

Literæ hu-  
maniores.

Epist. 56;

ludicra, ac parui pōderis, vt scribit, ad Diof-  
corum, spernebat Episcopus, de se enim, tā-  
quam de alio loquitur in Basilica Hipponē-  
si dicens, nunc sedet Episcopus, qui aliquando ista  
pueris vendidit: sed nec te volo esse adhuc puerum  
& me iam esse puerilium rerum, sicut nec vendito-  
rem, ita nec largitorem.

Possidius in  
vita Aug. c.  
22.

Vestis:

Vestis eius, & calceamenta, & lectualia ex mo-  
deratu, & competenti habitu erant, nec nitida ni-  
mium, nec abiecta plurimum: quia his plerumq; vel  
iactare se homines solent vel abijcere: ex utroq; non  
qua Iesu Christi, sed qua sua sunt iidem querentes: at  
iste beatus, vt dixi, medium tenebat, neq; in dexte-  
ram, neq; in sinistram declinans.

Idem Possi-  
dius in vita  
Aug. c. 22.  
Mensa.

Mensa usus est frugali, & parca, quæ quidem  
inter olera, & legumina etiam carnes propter hospi-  
tes, vel quosq; infirmiores continebat.

Ser. 50. de  
diuersis.Possid. cap.  
32.  
Vinum.

Abstinentiā escæ & potus obseruabat quā-  
tūm valetudo permetteret, non permittens  
suos edere extra horam prandij, nisi aliquis  
esset æger, aut post ægritudinem necessitas  
postularet ante prandium eum refici: prādium  
tamen & cœnam extra nemo habebit. Ait ille.

Semper autem vinum habebat in mensa scili-  
cet, vt notat Possidius, addens illum dicere  
solitum; Non ego immunditiam obsonij timeo, sed  
immunditiam cupiditatis.

Coclearibus tantum argenteis utens, cetera va-  
sa quibus mensa inferebantur cibi, vel testea, vel lig-  
nea, vel marmorea erant: non tamen necessitatis  
inopia; sed proposito voluntatis.

Vasa mēsa:  
Possid. cap.  
32.

Hospitalitatem semper exhibuit. Hæc annota-  
uit Sanctus Possidius in libello de vita eius,  
addens: In ipsa mensa, magis lectionem, quàm epu-  
lationem, potationemq; diligebat.

Hospitali-  
tas.  
Possid. vbi  
supra.  
Lectio.

A superfluijs, & noxijs fabulis, & detra-  
ctionibus omnem conuiuiam sese abstinere  
admonebat, & contra pestilentiam hu-  
manæ consuetudinis hoc distichon in men-  
sa scriptum, vt auctor est ipse Possidius, ha-  
bebat:

Detractio-  
nes vitæq;Possid. in c.  
22. vitæ Au-  
gust.

Quisquis amat dictis absentum rodere vitam

Hanc mensam indignam nouerit esse sibi.

Semper Pauperum memor erat, eisq; inde ero-  
gabat; unde, & sibi, suisq; omnibus secum habitan-  
tibus; hoc est vel ex redditibus possessionum Eccle-  
siae, vel ex oblationibus fidelium.

Pauperes.  
Possid. 23.

Nec suos consanguineos vel in proposito, vel ex-  
tra constitutos in sua vita, & morte, vulgi more  
tractauit, quibus dū adhuc superesset, id si opus fuit,  
quod & ceteris erogauit, non vt diuitias haberent,  
sed, vt, aut non, aut minus egerent.

Possid. cap.  
31.

Aliquando proposuit populo Hipponensi,  
quod vellet omnes Dei seruos, & ministros

Paupertatis  
amor.



**Paupertatis amor.** eodem modo viuere, quo in veteri testamen-  
to altari deseruiētes ex oblationibus plebis,  
non verò ex possessionum redditibus, se pa-  
ratum dicens illis cedere; *sed nunquam id laici*  
**Possid. 23.** *suscipere voluerunt.*

**Possid. cap. 24.** *Nunquam clauem, nunquā annulum in manu*  
*habens.* Hæc pertinent ad dispensationem rei  
familiaris, quæ claudi solebat, atq; signari.

**Administra-  
tio tempo-  
ralium.** Omnem substantiam, & curā tam Eccle-  
siæ, quàm domus in administratione tempo-  
rali ad vices valentioribus clericis delegabat, &  
*credebat.*

Præpositi domus, & accepta, & erogata di-  
ligenter in monumentis notabant, quæ, anno  
completo eidem recitabantur, quo sciretur quantum  
acceptum quantumq; dispensatum fuisset, vel quid-  
quid indispensatum, vel dispensandum remansisset.

**Non emit-  
agrum.** Domum verò, vel agrum, seu villam nunquam  
*emere voluit.*

**Legata.** Quæ dabantur Ecclesiæ recipi iubebat, & si  
aliquas aliquādo recusauit hæreditates: quo-  
niā iustū, & equū esse videbat, ut à mortuorū vel  
filijs, vel parētibus, vel affinibus magis possiderētur.

**Non vult  
pecuniasho-  
minis aua-  
ri.** Quidam ciuis Hipponensis nobilis apud  
Carthaginem viuens, Ecclesiæ misit Hippo-  
nensi tabulas cuiusdam donationis; sed bre-  
ui rogauit, ut illæ donationum tabulæ suo  
filio

filio redderentur, ex Augustino direxit pau-  
peribus erogandos solidos centum, quo ille  
cognito, *Ingenuit hominem vel finxisse donatio-*  
*nem, vel eum de bono opere pœnituisse, & quanta*  
**Possid. c. 24**  
**in vita Au-  
gust.** *potuit, Deo suggerente, cordi eius, condolēti animo ex*  
*eadem refragatione dixit, in illius scilicet increpatione,*  
*& correctione, & tabulas, quas ille sponte*  
*miserat nec desideratas, nec exactas, confestim red-*  
*didit, pecuniamq; illam respuit, atq; rescriptis eundē,*  
*sicut oportuit, & arguit, & corripuit.*

**Possidius  
ibidem.** *Frequentius verò dicebat magis securius, ac tutius*  
*Ecclesiam legata à defunctis dimissa debere suscipere,*  
*quam hæreditates forte sollicitas, & damnosas, ip-*  
*saq; legata magis offerenda esse, quàm exigenda.*

**Fabricæ.** *Fabricarum nouarum nunquam studium habuit*  
*deuitans in eis implicationem sui animi, quem semper*  
*liberum habere volebat ab omni molestia temporali:*  
*non tamen illa volentes, & edificantes prohibebat;*  
*nisi tantum immoderatos.* Hæc Possidius vbi scri-  
bit etiam quod deficiente pecunia, vel pau-  
peribus eroganda, vel à gazophylatio ad su-  
stentationem seruorum Dei sumenda, popu-  
lum admoneret, subdens: *De vasis Domnicis*  
*propter captiuos, & quamplurimos indigentes fran-*  
**Possid. cap. 24.** *gi, & conflare iubebat, & indigentibus dispensari.*

**Liberalitas  
in pauperes.** Vitam cōmunem semper agebat cum suis  
religiosis Ecclesiæ Hipponensis clericis

Disciplina  
domestica.

Episcopus, & pater, eorum domo, mensa, & eisdem vtens sumptibus: illos & exemplo, & verbo nunquam iurare docebat, quod si vel leuiter aliquis prolapsus esset, & aliquo modo iuraret, *Unam de statutis perdebat portionem: numerus enim erat suis secum commorantibus, & conuiuantibus poculorum prefixus.*

Possid. in c.  
25.Possid. cap.  
26.Augustinus  
etiam con-  
uictum fo-  
roris fugie-  
bat.

*Feminarum intra domum eius nulla vnquam conuersata est, nulla mansit, nec quidem germana soror, quæ vidua Deo seruiens multo tempore, usq; in diem obitus sui preposita ancillarum Dei vixit, sed neq; patris sui filia, & fratris sui filia, quæ pariter Deo seruebant; quas personas Episcoporum concilia in exceptis posuerunt: dicebat verò, quia & si de sorore, & neptibus secum commorantibus nulla nasci possit mala suspicio; tamen quoniam illa persona, sine alijs necessarijs, secumq; manentibus feminis esse non possent; & quod ad eas etiam aliæ à foris intrarent, de ijs posse offendiculum, aut scandalum infirmioribus nasci, & illos, qui cum Episcopo vel quolibet clerico fortè manerent, ex illis omnibus feminarum personis vna commorantibus, aut aduentantibus, tentationibus humanis posse perire, aut certè malis hominum suspicionibus pessime diffamari, & c.*

Possidius  
in vite Au-  
gust. c. 26.

*Dicebat nunquam debere feminas cum seruis Dei, vna manere domo, ne (vt dictum est) aliquando scan-*

*scandalum vel offendiculum, hoc tali exemplo poneretur infirmioribus.*

*Quod verbo, docebat exemplo: nam si forte ab aliquibus feminis, vt videretur, vel salutareretur, rogabatur, nunquam sine clericis testibus ad eas intrabat, vel solus cum solis vnquam est loquutus, nec si secretorum aliquid interesset.*

Possid. vbi  
supra.Possid. cap.  
27.Iacob. 1:  
Officium  
erga desti-  
tutos, & æ-  
grotantes.

*In visitationibus verò modum tenebat ab Apostolo definitum, vt non nisi pupillos, & viduas in tribulationibus constitutas visitaret, & si forte ab ægrotantibus ob hoc peteretur, vt pro eis in presenti Deum rogaret, eisq; manus imponeret, sine mora pergebat. Feminarum autem monasteria non nisi urgentibus necessitatibus visitabat.*

Possid. cap.  
27.Tria à san-  
cto Ambro-  
sio didicit.

*Tria seruabat in institutis Sancti Ambrosij comperta, vt uxorem cuique nunquam posceret, neq; militare volentem ad hoc commendaret, neq; in sua patria petitus iret ad conuiuium.*

*Frequens fuit, & ardens dispensator euangelicæ doctrinæ non solum suam, sed alias plebes exhortans ad vitæ perfectionem: nam vt notat Possidius, ibat rogatus ad visitandas, instruendasq; & exhortandas Catholicas plebes, & subdit hoc esse, quod ipse frequentissime faciebat, & c.*

Possidius  
in vit. c. 12.

*Causas audiebat diligenter, ac piè cuiusdam sententiam ante oculos habens dicentis se malle inser-*

Possid. in vi-  
ta Aug. ca.  
19.

incognitos, quam inter amicos causas audire: eo quod de incognitis, pro quo arbitrata equitate iudicaretur, amicum posset acquirere, de amicis verò unum esset, contra quem sententia proferretur, perditurus. Et eas aliquando usq; ad horam refectionis; aliquando autem tota die ieiunans, semper tamen noscebat, & dirimebat, intendens in eis Christianorum momenta animorum, quantum quisq; vel in bonis operibus proficeret, vel ab ijs desiceret.

Severentia  
cuiusdā di-  
cētis se mal-  
le iudicare  
incognitos  
quam ami-  
cos.

Quos præ-  
cipue instru-  
ebat.  
Possid. cap.  
19.

Prædicans verbum, atque instans opportunè importunè, arguēs, hortans, increpās, in omni longanimitate, & doctrina introdu-  
citur, præcipueq; operam dans instruere eos, qui es-  
sent idonei, & alios docere.

Conuersa-  
tio.  
Possid. c. 19

Suavem semper habuit de ijs, quæ Dei sunt, vel allocutionem; vel colloquutionem fraternæ ac domestice familiaritatis.

Reprehen-  
sio peccati  
publici.  
Possid. 19.  
Intercessio.  
Possid. 20.

Peccantes coram omnibus arguens, ut & ceteri timorem haberent.

Pro alijs aliquando intercedebat, & rogabat tam honestè, atque temperatè, ut non solum onerosus, ac molestus non videretur, verum etiam mirabilis extitisset.

Possid. 21.  
Ordinatio  
clericorū.

In ordinandis verò sacerdotibus, & clericis consensum maiorum Christianorum, & consuetudinem Ecclesie sequendam esse arbitrabatur.

Sanctorum concilia sacerdotum per diversas provincias

vincias celebrata, cū potuit, frequentavit, non in eis, quæ sua sunt, sed quæ I E S V Christi quarens.

Possid. c. 21  
Cōcilij ad  
fuit.

## CAPUT II.

## De humilitate Augustini, &amp; alijs virtutibus.

Humilis ait; à te Domine Deus meus cui humilem famulatum, ac simplicem debeo, quāvis mecum suggestionum machinationibus agit inimicum, ut signum aliquod petam; sed obsecro te per Regē nostrum, & patriam Hierusalem simplicem, & castā, ut quemadmodum à me longè est ista consensio, ita sit semper longè, atq; longius.

10. Confes.  
35.

Reuelatio  
nes non pe-  
tebat.

Amplius delectabatur veritate, quàm laudibus; Nam si mihi proponatur (inquit) utrum malletem furens, aut in omnibus errans ab omnibus hominibus laudari, an constans, & in veritate certissimus ab omnibus vituperari video quid eligam.

10. Confes.  
37.

Laudes no-  
lebat.

Nomen suum videns scriptum in priori loco, quàm aliorum, qui priores essent Episcopi doluit, & Victorinum scribentem reprehendit, Novi (inquit) quam post multos Episcopus factus sum.

Locos pri-  
mos fugie-  
bat.

Epist. 217.

Utebatur aliquando in signandis epistolis; annulo, qui exprimit faciem hominis attendentis ad latum; imitatus enim erat Christum Dominū,

Sigillum;

Epist. 217.

qui, inclinato capite ad latus dexterum tradidit spiritum, & in vita prædicauit; *Si quis te percusserit in maxillam dexteram, præbe ei, & sinistram.* Id est, interpretante ipso Augustino; *Siquis in te meliora fuerit persecutus, & inferiora ei præbe, ne vindicta potius, quam patientiæ studens contempnas æterna pro temporalibus; cum potius temporalia pro æternis contemnuenda sint, tanquam sinistra pro dexteris.*

Matth. 5.

Epist. 5.

Interpretatio sigilli Augustini quod temporalia sint contemnuenda pro æternis.

Non peccauit post baptismum.

1. Conf. 17.

Abdicare se voluit Episcopatum quia suffragatus est ei ad eandem dignitatem, qui male se habuit.

Epist. 261.

Nunquam grauitèr peccauit postquam baptizatus est; quod si de peccatis in confessionibus, de paruis, & venialibus agit post baptismum ita contritus, vt suggestionem leuissimam sentiens laudis humanæ dicat Deo: *Tu nosti de hac re ad te gemitum cordis mei, & flumina oculorum meorum.*

Antonium quendam iuuenem, sui monasterij alumnum, sed non sibi cognitum in officio gubernandi, præfecit Episcopum Fulsalensibus, apud quos ille malè se habuit, & graues excitauit quæstiones, quas delatas ad Papam Cœlestinū huius nominis primū noster Augustinus sciens hæc inter alia Summo Pontifici scripsit: *Me sane quod confitendum est beatitudini tuæ in isto utrorumque periculo, tantus timor, & meror excruciat, vt ab officio cogitem gerendi Episcopatum abscedere; si per eum,*

cuius

cuius Episcopatum per imprudentiam suffragatus sum, vastari Ecclesiam Dei, & quod ipse Deus auertat, etiam cum vastantis perditione perire contempsero.

Anchoram spei defigebat in CHRISTO valdè humilis, & sciens omnia, quæ faciebat opera bona per IESVM Christum humanæ salutis Auctorem esse Patri Æterno grata, huic ita loquebatur: *Merito spes valida in illo est, quod sanabis omnes languores meos per eum, qui sedet ad dexteram tuam, & te interpellat pro nobis; alioquin desperarem.*

Multas passus est tentationes; *Multa enim ago (ait) in cogitationibus meis pugnans aduersus malas suggestiones meas, & habens conflictationem diuturnam, & prope continuam cum tentationibus inimici subuertere me volentis.*

Multis iniurijs affectus est ab Hæreticis Manichæis, Donatistis, & Pelagianis, nam, vt de alijs taceam, ita loquutus est de his vltimis: *Spero in DOMINO nostro quod non sine mercede, qua in Cælis est, illi me lacerante maledico, quibus me pro paruulis ne fallaci laudatori Pelagio perditum relinquantur, sed veraci Saluatori Christo liberandi offerantur, oppo-*

Ægri-

Aegritudi-  
nas.

Aegritudines passus multas, & fermè con-  
tinuas, mutauit enim valetudinem, vt solet  
fieri, à principio suæ monasticæ conuerfa-  
tionis; hinc ait: *Corpore autem ego in lecto sum, nec  
ambulare enim, nec stare, nec sedere possum, Ragadis,  
vel Exogadis dolore, & tumore.*

Epist. 149.

Labores.

Ob multas infirmitates, & pœnitentiæ ex-  
ercitia (quod de Paulo etiam legi) magis se-  
nex videbatur in vultu, quàm erat ætate: vn-  
de sic ad populum Hipponensem loquitur:  
*Ego sicut videtis per ætatem modo senex, & per infir-  
mitatem corporis olim senex fui.*

Ser. 49. de  
diuersis.Epist. 227.  
Detractio-  
nes à suis ac-  
cepit.

Populo seruiebat Hipponensi tanquã pa-  
ter, & tamen multi erant illic, qui detrahendo  
nobis cæterorum animos, à quibus diligi videremur,  
aduersus nos perturbare conantur. Hæc ille inter  
suos multa passus.

Pauca de se  
scribit Au-  
gustinus, si  
comparen-  
tur cū mul-  
tis, quæ cū  
Deo tracta-  
uit.

Aliqui fortè, cum videant cæteros Sãctos  
pauca de se scribere, præcipuè ex his, quæ cū  
Deo agunt, & loquuntur; minus humilè re-  
putabunt hac in parte nostrum Augustinũ,  
qui plus de iisdem scripsit, quàm cæteri alij:  
sed, si attendant quantus in ipsis actis, & col-  
loquijs diuinis fuerit ipse noster, etiam pau-  
ca reputabunt, quæ scripsit, & sterilem in de-  
cimo libro Confessionum inuenient, vbi de  
se agit Episcopo, & in apice perfectionis cõ-  
stitu-

10. Conf. c.  
3.

stituto, quem librum (vt patet ex principio)  
tantò lentius fecit, quia necesse erat agere  
de virtutib<sup>9</sup> suis, & qualis esset in officio epif-  
copali, quantò libètiùs alios nouem, in qui-  
bus agit qualis fuerat ante vtramque con-  
uersionem ad Ecclesiam Catholicam, & mo-  
nasticam religionem: quæ omnia propter  
aliorum fecit exemplum, nam cum leguntur,  
& audiuntur excitant cor ne dormiat in desperatio-  
ne, & dicat non possum, sed euigilet in amorem mise-  
ricordie tue, & dulcedine gratie tue, qua potens est  
omnis infirmus, qui sibi per ipsam fit conscius infirmi-  
tatis suæ. Hæc Augustinus Deo, commemo-  
rans fructum cõfessionum suarum vsque ad  
nonum librum collectum à multis fratribus,  
vt autem videas quam humiliter, & submissè  
de se sentiat, & ipsos diligat, atque profectũ  
illorum, modestissimus ad decimum Con-  
fessionum scribendum de virtutibus accin-  
git se, dicens, *Sed quis adhuc sim, ecce in ipso tem-  
pore confessionum mearum, & multi hoc nosse cupiunt  
qui me nouerunt, & me non nouerunt, & c.*

In decimo  
Confessio-  
num libro  
agit de se iã  
Episcopo,  
& perfectio  
viro.

10. Conf. 3.

Fructus cõ-  
fessionũ S.  
Augustini.

10. Conf. 3.

Et confessiones vitæ, & examen sapientiæ  
suæ debebat quisque sapiens facere (vt Sãn-  
ctus Anselmus Episcopus Lucensis idem eis  
proponens Augustini exemplum admonet)  
& verbis eius vtor, quod etiam Augustinus ipse in  
proæ-

Ansel. libr.  
1. aduersus  
Guilbertũ.

Imitandus  
Augustinus  
proponitur  
in Retracta-  
tionibus.

proœmio Retractationum commonefacit dicens: sed  
sicut volet quispiam accipiat, hoc facio, me tamen  
Apostolicam sententiam, hac etiam in re oportet in-  
tueri, quæ dicit, si nos ipsos diiudicaremus à Domino  
non diiudicaremur.

Libec Au-  
gustini spe-  
culum ap-  
pellatus.

Possid. cap.  
88.

Cum Helia  
compara-  
tur, & Pau-  
lo.

Epist. 36.  
apud Aug.

Cum libris Retractationum, Confessio-  
nes adiunge, & compara speculum, quod  
Sanctus Possidius laudauit specialiter in vi-  
ta eius, vt exercitia commendaret humilita-  
tis, & sanctæ deuotionis: *Librum fecit* (inquit)  
*ea colligens, quæ in utroque testamento ad anima*  
*perfectionem traduntur, & illum inscripsit specu-*  
*lum, vt qui vellet, legeret, atque in eo velquam*  
*obediens Deo, inobediens uè esset, agnosceret.*

Nihil magis in eius scriptis apparet, quam  
humilitatis virtus, & Dei dilectio, proximiq;  
saluandi desiderium, vnde cum Helia, &  
Paulo confertur, qui fuerunt in utroque te-  
stamento humiles, & amore flagrantes ve-  
hementer erga Deum, & homines: sic enim  
ad Licentium scribebat beatus Paulinus, ex-  
citans eum ad vitam monachalem exemplo  
ipsius Augustini suscipiendam: *Verè enim Põ-*  
*tifex, & vere consul Licenti eris; si Augustini ve-*  
*stigijs, propheticis, & Apostolicis disciplinis, vt sa-*  
*crato beatus Heliseus Helie, vt illustri Apostolo*  
*Timotheus adolescens adhareas indiuulso per itinera*  
*diui-*

diuina comitatu, vt & sacerdotum corde perfecto  
discas mereri, & populis ad salutem magistri ore con-  
sulere.

Duo munera inculcat Paulinus Nolanus  
in supradicto Augustini exemplo, quæ in ip-  
so resplendebant, vt luminaria magna in cæ-  
lo; quorum primum ad sacerdotem pertinet,  
alterum verò ad prædicatorem, illud ipse Li-  
centius celebrat cū ipso loquens Augustino;

*Et cum luciferos præcordia vesper in ortus*  
*Distulerit, sanctumq; super benedixeris ignem*  
*Sis memor ipse mei.*

De officio prædicandi non pauca scribit ip-  
semet Augustinus, & veluti Paulus ad ipsum  
electus videtur in confessionibus dicēs Deo;  
*Quando autem sufficio calami lingua annunciare*  
*omnia hortamenta, & omnes terrores tuos, & con-*  
*solationes, & gubernationes, quibus me perduxisti*  
*prædicare verbum tuum, & sacramentum dispen-*  
*sare populo tuo.*

Episcopus fuit quam optimus: vnde illis,  
qui ex monasterijs desumuntur ad episco-  
pales dignitates tanquam speculum propo-  
nitur à beata Virgine Deipara per reuelatio-  
nem altissimam agente cum sancta Brigitta.  
Quod si Episcopus, vt aurum igni, ita proba-  
tur in tribulatione Pauperū, pro vno factus

Sacerdos,  
& prædica-  
tor Augusti-  
nus.

Licent. epi-  
stol. 39. a-  
pud Aug.

Electus est  
ad prædica-  
dam.

Confel.  
2.

Episcopus  
fuit excellē-  
tissimus.

Lib. 3. Re-  
uel. S. Bri-  
gittæ. cap.  
28.

est

Pecunias pe-  
tebat ad pau-  
peres susten-  
tandos.

Epist. 215.

Ser. 29. de  
Tempore.

Sanctū Ste-  
phanum co-  
luit specia-  
liter.

Augustinus  
optimè cō-  
ficiēte fuit,  
& famæ.

Ser. 29. de  
diuersis.

Aug. in 6.  
tomo in cō-  
tione cōtra  
Iudæos.

est medicus Augustinus, & ei Episcopus ac-  
commodata pecunia succurrit, quam vt po-  
stea solueret à populo suo eleemosynam pe-  
tiuit per literas, & vt illas haberent, tanquã  
se presentem.

Prothomartyrem Stephanum aduocatū  
ante Deum specialem adoptauit, & ei mul-  
tum se deuouit; qua de causa aliquando dixit  
populo Hipponensi; *Date veniam, quia diutur-  
num non reddo sermonem: nostis enim fatigationem  
meam, ut heri ieiunus tanta agere possem, & non  
deficere, ut, & hodie uobiscum loquar, orationes  
Sancti Stephani præstiterunt.*

Imitator fuit Apostoli Pauli non solum in  
doctrina, sed in vitæ testimonio, famæ, & cō-  
scientiæ debitorem vbique se considerans;  
vnde coactus hæc ad populum ex gradibus  
ait; *Credo autē ante oculos vestros esse conuersionem  
nostram, ut & nos dicere fortasse audeamus, quam-  
uis illi multum impares, qui dixit, imitatores mei esto  
te, sicut ego Christi.*

Orationi deditus erat, & omnibus spiri-  
tualibus exercitijs; in exemplum venit, quod  
post Christianas vigilias, orationem fecerit  
ad Catechumenos, contra Iudæos, Paganos,  
& Arrianos ita proloquēs; *Si enim de opere trās-  
acta noctis consideremus, & quid egerimus Domino  
donan-*

*donante, explicare uoluerimus, inuenimus nos in no-  
cte, non opera noctis, sed diei peregisse: neq; enim de-  
lectatione somni sopitos sensus nostros agnouimus, neq;  
vanis phantasmatis animas nostras illusas, nec ip-  
sa corpora nostra stramentorum calore depressa in  
alto sopore requies inclinauit, sed uigilando, orando,  
psallendo contra aduersarium diabolum dimicando,  
& magnam lucem infusam cordibus nostris sensimus,  
& in nocte opera diei peregimus.*

Pro amicis, quos in adolescentia habuit er-  
roris socios, orabat hoc modo: *Deus magne,  
Deus omnipotens, Deus summæ bonitatis, quem in-  
uolabilem, atq; incommutabilem credi, atq; intelli-  
gi fas est, trina unitas, quam Catholica Ecclesia colit,  
supplex oro expertus in me misericordiam tuam, ne ho-  
mines, cū quibus mihi à pueritia in omni conuictu fuit  
sūma cōsensio, in tuo cultu à me dissentire permittas.*

Pro se, suisq; omnibus in obsidione Hip-  
ponensi, sequentem, vt dicunt, fundebat ora-  
tionem; *Ante oculos tuos Domine culpas nostras fe-  
rimus, & plagas, quas accepimus, circumferimus; mi-  
nus est quod patimur, maius est quod meremur; pec-  
cati pœnam sentimus, & peccandi pertinaciam non  
uitamus; in flagellis tuis infirmitas nostra uertitur,  
iniquitas non mutatur; mens agra torquetur, & cer-  
uix non flectitur; uita in dolore suspirat, & in opere  
non se emendat; si expectas, non corripimur; si uin-*

Vigilias in  
Ecclesia pe-  
ragebat ma-  
gno cū ex-  
emplo

Orabat pro  
socijs suis,  
quos habue-  
rat in anti-  
quo Man-  
chæorū er-  
rore.  
Lib. de dua-  
bus anima-  
bus in fine.

Oratio S:  
Augustini  
in obsidio-  
ne Hippon-  
nensi, quam  
Cardinalis  
Hieronymus  
feripandus  
inuenit, &  
multis tra-  
didit in Cō-  
cilio Trid.

dicas non duramus; confitemur in correptione quod egimus; obliuiscimur post uisitationem quod fleuimus; si extenderis manum facienda promittimus; si suspenderis gladium promissa non facimus; si ferias, clamamus, ut parcas; si peperceris, iterum prouocamus, ut ferias: habes Domine confitentes reos; nouimus quod, nisi dimittas, rectè nos perimus: presta Pater omnipotens Deus sine merito quod rogamus, qui fecisti ex nihilo qui te rogarent.

Deuotissimus fuit tum Deiparæ infantulum lactanti, tum Christo Domino in cruce affixo: nam inter utrumque depingi solet, dicens; *Positus in medio quo me uertam, nescio.* Rationem uerò dubietatis suæ præbet ita; *Hinc* (id est ex Crucifixo) *pascor ex uulnere;* *Hinc* (id est ex Deipara Virgine) *lactor ab ubere.*

Multas fecit orationes, quæ nobis animū ostendunt pientissimum erga Deigenitricem; inter quas multum resplendet hæc eius exclamatio: *O beata Virgo MARIA, quis tibi ualeat iura gratiarum, ac laudum præconia impendere, quæ singulari tu assensu mundo succurristi perditis? quas tibi laudes fragilitas humani generis persoluat, quæ solo tuo commercio recuperandi additum inuenit? Accipe itaque quascumque exilès, quascumque meritis tuis impares gratiarum actio-*

nes;

nes; & cum susceperis uota, culpas nostras orando excusa. Admitte nostras preces intra sacrarium exauditionis, & reporta nobis antidotum reconciliationis: sic per te excusabile, quod per te ingerimus; fiat impetrabile, quod fida mente poscimus. Accipe quod offerimus, redona quod rogamus, excusa quod timemus: quia tu es spes unica peccatorum, per te speramus ueniam delictorum, & in te beatissima nostrorum est expectatio premiorū.

**SANCTA MARIA** succurre miseris, iuuua pusillanimes, resoue flebiles, ora pro populo interueni pro clero, intercede pro deuoto femineo sexu. Sentiant omnes tuum iuuamen quicumq; celebrant tuam commemorationem. Assiste parata uotis poscentium, & repende omnibus optatum affectum sint tibi studia assidue orare pro populo Dei, quæ meruisti benedicta redemptorem ferre mundi, qui uiuit, & regnat in secula seculorum.

Nec silentio præteream orationem de passione Domini nostri Iesu Christi, quam ipse Sanctus Pater Augustinus fertur edidisse, pro qua diligentius dicenda Bonifacius octauus (ut notant Louanienses) spirituales indulgentias dedisse narratur, sic autem sese habet: Deus, qui pro redemptione mundi, uoluisti nasci, circumcidi, à Iudæis improbari, à Iuda traditore osculo tradi, uinculis alligari, & sicut agnus innocens ad uictimam duci, atq;

Dd 2 ad

Augustini  
pictura no-  
tas ipsum  
fuisse Dei-  
genitricis,  
& passionis  
deuotum.

Oratio eius  
ad Deigeni-  
tricem.

Ser. 8. de  
Sanctis.

Oratio de  
passione Do-  
mini.  
In fine ap-  
pendicis to-  
mi decimi  
operum S.  
Augusti.



ad conspectus Annæ, Caiphe, Pilati, & Herodis indecenter offerri, à falsis testibus accusari, flagellis, & opprobrijs vexari, sputis conspui, spinis coronari, colaphis cedi, arundine percuti, facie velari, vestibus spoliari, cruci clavis affigi, in cruce leuari, inter latrones deputari, felle & aceto potari, & lancea vulnerari; tu Domine per has sacratissimas pœnas tuas, quas ego indignus recolo, & per sanctam crucem, ac mortem tuam, libera me à penis inferni, & perducere me digneris, quo perduxisti latronem tecum crucifixum qui cum Patre, & Spiritu Sancto vivis, & regnas Deus per omnia secula seculorum, amen.

Lachrymæ Lachrymarum dono præsertim in senectute fuit ornatus; ait enim de illo Sanctus Possidius; *Fuerunt ei lachrymæ panes die ac nocte, amarissimamquè & lugubrem præ ceteris sue senectutis, iam pœnè extremam ducebat, & tolerabat vitam.*

Multi etiã mala videns in Africa, & præcipuè Hippone tẽpore Vuandalorum patrari, qui eandem urbem ob Bonifaciũ Comitẽ eis resistentẽ fortius expugnarunt, post quatuordecim menses obsidionis, ubertim flebat, vt prolixè notat Possidius. Nec solum pro cõmuni bono, sed pro suo, in vltima ægritudine largos fũdebat imbres ex oculis, dolẽs ex corde devita præterita, docensq; exẽplo, & verbo, *etiam*

etiam laudatos Christianos, & sacerdotes absq; digna, & competenti pœnitentia exire de corpore non debere.

In vltima ægritudine testamentum (vt notat Possidius) nullum fecit; quia vnde faceret pauper Christi non habuit.

Multum religiosos fratres suos tam in monasterijs, quàm in Ecclesijs viuentes, & ipfas sanctimoniales, in eremis, in vrbibus Africæ institutos, in vltima vitæ suæ periodo vnicè dilexisse, ab ipso Possidio qui præfens erat, insinuatur, eos namque omnes *Ecclesie dimisit*, atque libros tam à se, quàm ab alijs Doctoribus scriptos, nam (vt ipse Possidius ait) *Ecclesie Bibliothecam, & omnes codices diligentèr posteris custodiendos semper iubebat.* Nec oblitus est ornamentorum Ecclesiæ, ea fidei præbyterio commendans, qui sub eodem domus Ecclesiæ curam gerebat.

Tandem ad vltimum vsque spiritum non prætermisit & exemplo & sermone suos edificare sodales, & commissas oues Hipponẽses: *Erat enim non solum eruditus scriba in regno cœlorum, de thesauro suo proferens noua & vetera, & vnus negotiatorum, qui inuentã pretiosam margaritam, quæ habebat venditis comparauit, verum etiam ex ijs, ad quos scriptum est, sic loquimini, & sic*

Possid. cap. 31.  
Testamentum.

Clerum, & monasteria dimisit Ecclesiæ, atq; Bibliothecam.

Possid. in e. vltim. vitæ S. Aug.

Ornamenta, & cætera Ecclesiæ commendauit in fine vitæ.

Possid. in fine libellide vita Aug.

Scriba, & doctor magnus.

Possid. in vita Aug. Matth. 13.

Iacob. 2.

Matth. 15. *facite: & de quibus Saluator dicit, qui fecerit, & docuerit sic homines, hic magnus vocabitur in regno caelorum.*

Possid. cap. 31. *Psalms David, quos poenitentiales vocamus, lacens in lecto contra parietem positos diebus (sue infirmitatis intuebatur, & legebat, & iugiter, ac ubertim flebat, & ne intentio eius a quoquam impediretur, ante dies ferme decem quam exiret de corpore, a nobis postulauit presentibus, nequis ad eum ingrederetur, nisi ijs tantum horis, qui tunc me dici ad inspiciendum intrarent, vel cum ei inferretur refectio; & ita obseruatum, ac factum est, & omni illo tempore orationi vacabat.* Hæc Possidius.

Prosper in chronico. Anno 430. *Theodosio decimo quarto, & Valentiniano tertio (hoc est anno Domini CCCCXXX.) verbis utor beati Prosperi, Augustinus Episcopus per omnia excellentissimus moritur quinto Kalendas Septembris, libris Iuliani inter impetum obsidentium Vandalorum, in ipso dierum suorum fine respondens, & gloriosè in defensione Christianæ gratia perseverans.*

Possidius in sine libelli vitæ Sancti August. *Agebat annos ætatis (sicut notat Possidius) septuaginta sex, ut à trigésimo conuersionis suæ ad mortem vsque, quadraginta sex annos numeres, & eum cum Salomonis templo compares, quod totidè annis edificatum est; & benè hæc Augustino conueniunt, de quo Prosper in libro de Ingratis;*

Prosper de in grat. c. 3.

*Et vita, & requies Deus est, omnisq; voluptas. Vnus amor Christi est, vnus Christi est honor illi Omnia, & in sancto regnat sapientia templo.*

Multi, & grauissimi Sacerdotes aderant, & iusta persoluentes, Christiano more eum sepeliebant, ut notat Possidius, addès; *Pro eius commendanda corporis depositione, sacrificium Deo oblatum est.*

Sacrificium pro mortuo oblatum.

Possid. in fine libelli de vita, & moribus S. August.

Multi auctores beatum Augustinum postea celebrarunt, & primus occurrit Sanctus Victor Vticensis Episcopus dum ait: *Qua tēpestate Hipporegiorum obsessa est ciuitas, quam omni laude dignus beatus Augustinus librorum multorum confector Pontifex gubernabat: tunc illud eloquentia, quod ubertim per omnes campos Ecclesiæ decurrebat, ipso metu siccatum est flumen, atq; dulcedo suauitatis dulcius propinata in amaritudinem absynthij versa est.*

Victor lib. 1. persecut. Vandalicæ.

Laus eius in morte.

De cuius gloria, beatę memorię vir Petrus Damianus ita concionatur; *Augustinus vir beatissimus, nobilis genere, sed nobilior moribus, spiritus superbie pauperrimus, misericordia affluens visceribus, miserorum consolator mirificus, Christum crucifixum sequens nudum, mundo crucifixus, in cuius ore non est inuentus dolus. à Summo Sacerdote præelectus, seipsum illi hostiam viuam incessanter offerens, in ipso fonte pietatis suis affluens lachrymis*

Petrus Damianus in sermone de S. Aug.

Gloria eius

ab omni rubigine vitiorum immaculatus; nunc sanctorum presulum stola indutus, coronam martyrii multipliciter consequutus Apostolorum collegio, & gratia coaquatus, &c.

C A P V T III.

De exercitijs per quæ ascendit ad culmen perfectionis supra scripta.

Septem gradus, per quos ad culmen perfectionis in hac vita certissimus ascensus. Augustinus.

Primus gradus est timor.

Lib. 2. de doct. Christian. c. 7.

**P**ater Augustinus septem gradus assignat, per quos ad summam perfectionem sapientiæ certissimus ascendere quisque poterit, nec dubitandum est huius artis doctorem ad heroicam usque laudē, in ea sese exercuisse; hi autem gradus, tantum ab Spiritu Sancto qui est magister interior animarum, pendent, ut dona eius appellentur & ut Ecclesiæ Catholicæ magisterium à supremo incipiens nobis eos tradit; ita ipse Augustinus à primo procedit, & sic inculcat: *Ante omnia opus est Dei timore converti ad cognoscendam eius voluntatem; quid nobis appetendum, fugiendum & precipiat; timor autem iste cogitationē de nostra mortalitate, & futura morte necesse est incutiat, & quasi clauatis carnibus omnes superbia motus signo crucis affigat.* Hæc de primo gradu.

Deinde opus est mitescere pietate, neque contradicere di-

re diuina scriptura, siue intellecta si aliqua vitia nostra percutit, siue non intellecta, quasi nos melius sapere meliusque percipere possimus; sed cogitare potius, & credere id esse melius & verius, quod ibi scriptum est, etiam si lateat, quam id, quod nos per nosmetipsos sapere possumus.

Secundus gradus est pietas.

Post istos duos superscriptos gradus timoris, atque pietatis, ad tertium venit, qui est scientia, & cognitio sui: *Necesse est ergo (inquit Augustinus) ut primo se quisque in scripturis inueniat amore huius seculi, hoc est temporalium rerum implicatum, longe se unctum esse à tanto amore Dei, & tanto amore proximi, quantum scriptura ipsa prescribit: tum vero ille timor quo cogitat de iudicio Dei, & illa pietas qua non potest, nisi credere, & cedere auctoritati Sanctorum librorum, cogit eum se ipsum lugere: nam ista scientia bonæ spei hominem se non iactantem, sed lamentantem facit.*

Tertius gradus est scientia.

August. ubi supra.

Timens diuinum iudicium, & amans scripturarum pietatē affectus est intima sui cognitione, & impetrat sedulis precibus consolationem diuini adiutorij, ne desperatione frangatur, & esse incipit in quarto gradu, hoc est fortitudinis, quo esuritur, & sititur iustitia, hoc enim fortitudinis affectu ab omni mortifera incunditate rerum transeuntium sese abstrahit, & inde se auertens conuertit ad dilectionem aeternorum, incommutabilem scilicet unitatē.

Augustinus ibi.

Quartus gradus est fortitudo.

Quintus gra-  
dus est in  
consilio po-  
licus.

Aug. eodē  
lib. de do-  
ctr. Christ.  
c. 7.

Postquā fortiter despicit quæ sunt in mū-  
do, & omninò conuertitur ad ea, quæ ante  
se videt vnice dilecta, & incommutabilia;  
vbi quātum potuit, aspexit æternorum vni-  
tatem in longinqua radiantem, suiq; aspectus infir-  
mitate sustinere se illam lucem non posse persensit,  
in quinto gradu, hoc est in consilio misericordie pur-  
gat animam tumultuantem quodammodo, atq; ob-  
streperentem sibi appetitu inferiorum conceptis sordi-  
bus.

Sextus gra-  
dus est ap-  
pellatus in-  
tellectus.  
Aug. in co-  
dem supra  
dicto libro,  
& capite.

Assumpto autem consilio se in dilectione  
proximi grauiter exercet, in eaque perfici-  
tur spe iam plenus, atq; integer viribus cum  
peruenerit vsque ad inimici dilectionem,  
*Ascendit sextum gradum, vbi iam ipsum oculum  
purgat, quo videri Deus potest, quantum potest ab  
ijs qui huic seculo moriuntur quantum possunt; nam  
in tantum vident, in quantum moriuntur huic se-  
culo, in quantum autem huic viuunt, non vident.*

Septimus  
gradus est sa-  
pientia.

August. ip-  
se in eodem  
loco.

Ab hoc sexto gradu, qui intellectus dici-  
tur, ad septimum venit tam simplici corde, atq;  
muniato, ut neq; hominibus placendi studio detor-  
queatur à vero, nec respectu deuitandorum quorum-  
libet incommodorum suorum quæ aduersantur huic  
vita: talis filius ascendit ad sapientiam, quæ vltima,  
& septima est, placatus, tranquillussq; præfruitur:  
Initium enim sapientia timor Domini; ab illo enim  
vsq;

vsq; ad ipsam, per hos gradus tenditur, & perueni-  
tur.

Huc vsque ostendimus qua via Pater Au-  
gustinus ad perfectionem venerit, & licet so-  
lum verba eius nostris admixta scripserim,  
facile possumus res in medium afferre, qui-  
bus ipsum demonstramus ascendentem, &  
veluti nostros ante oculos terentem ipsos  
gradus: nam, vt cum Poeta loquar;

Exempla  
quibus pro-  
batur Augu-  
stini perfe-  
ctio.

*Segnius irritant animos demissa per aures.  
Quam quæ sunt oculis subiecta fidelibus.*

Horat. in  
arte.

Ob timorem Domini qui primus est gra-  
dus, præter alias multas virtutum exercita-  
tiones, in illam mentis agitationem venit,  
quam ita profert conterritus peccatis meis, &  
mole miseria mee, agitaueram in corde meditatusq;  
fueram fugam in solitudinem.

Ob timorē  
Dei abdica-  
re se voluit  
episcopatu  
& viuere in  
solitudine.  
10. Confes.  
43.

Sed quia vita eius episcopalis Deo erat  
gratissima, & Christiano populo necessaria;  
ideò de hac fuga in solitudinem, cum Deo  
solus tractans ait illi; Prohibuisti me, & confir-  
masti me: dicens, ideò pro omnibus Christus mortuus  
est, ut qui viuunt iam non sibi viuant, sed ei, qui  
pro ipso mortuus est.

Prohibitus  
fuit, reire  
in solitudi-  
nem.

10. Confes.  
43.  
2. Cor. 5.

Pietatem cordis in toto Retractationum  
opere perhibet, & in secundo gradu sic se ex-  
ercuit,

Pietas, & mansuetudo cordis in desiderio retrahendi se ceratur. Epist. 5.

ercuit, legens scripta diuina & sua, vt nihil magis exoptaret, quam delere errata, si quæ haberet vel in suis scriptis, vel in moribus; *Si enim, dicebat, mihi Deus, quod volo prestiterit, vt omnium librorum meorum quæ mihi rectissimi me displicent, opere aliquo ad hoc ipsum instituto colligam, atq; demonstrarem, tunc videbunt omnes homines, quæ non sum acceptor personæ meæ.*

Scientiam suarum culparum vidit, & omnem delictum in libro De monis deletum.

Ex hoc vltimo vocabulo clarum manet, quantum in tertio gradu scientiæ, & consciëntiæ, siue cognitionis suæ versatus fuerit, nam & libros retractauit, & cõfessiones vitæ suæ fecit, cupiens in hac vita delictum omne suum deletum esse: ideò Dæmonem aliquando vidit, ac librum in manu eius apertum, vbi scriptum erat Augustinum præ obliuione, & curarum studio; completorium semel non recitasse, sed abrafam postea & deletam funditus illam scripturam cognouit, vbi debito satisfecit, & amarè fleuit incuriam suam, hæc multi narrant, inter quos Leonardus de Vtino venit in mentem, & legenda Sanctorum, quæ Lombardica historia vocatur addens: quod iratus Dæmon Augustino dixerit; *Turpiter me decepisti, pænitet me, quod librum meum tibi ostendi, quia peccatum tuum orationum tuarum virtute delesti, & his dictis confusus euauit.*

Leonard. in ferm. de S. Augustino legenda. Lombard. in Aug.

Forti-

Fortitudo Augustini circa virtutes, & contemnentia temporalia

Fortitudo in contemnentis honoribus, diuitijs, & voluptatibus excellenter apparet in omnibus eius operibus: & peculiariter in deuotis soliloquijs animæ ad Deum quæ sũt in primo tomo, nam, quæ cum libro meditationum circumferri solent sub eius nomine, non ita patent esse Augustiniana, etsi renouatam animi eius iuuetutem in contemnentis rebus mundi ex libris Confessionũ, & alijs Augustinianis satis patefaciãt, vt & multæ eius epistolæ, præcipuè illa, quæ sic habet: *Novi concupiscẽtias carnales esse frenandas, tantũq; remittendum in delectationes sensuum corporalium, quantum sectanda huius mundi, agendaq; vitæ satis est; omnesq; molestias temporales pro veritate Dei, & salute eterna nostra, & proximi patienter, fortiterq; tolerandas.*

Epist. 507

Hoc deniq; consilium habuit, quod quantum nos amor proximi purgauerit, tantum in illum puriorem Dei ire cõpellimur, ideò tam frequenter pauperes commendat in sermonibus, & in vna epistolarum ad suos Hipponenses ita scribit: *Nunciatum est mihi, quod morem vestrum de vestiendis pauperibus fueritis oblitum, ad quam misericordiam cum presens essem, vos exhortatus sum, & nunc exhortor.* In libro de quinque hæresibus exhortationes huius rei,

Consilium rectæ dilectionis in proximum & Deum.

Epist. 138

fic

Lib. de quin que hæref. cap. 4. sic apponit: *Consuetudine hospitalitatis liberatus est à periculo ciuitatis (Loth) & temporale euasit incendium, & æternum consequutus est premium.*

De sexto gradu qui est intellectus, quæ ad mouent.

Lipsius lib. 1. de magnitud. Romæ. c. 2.

Ferdinādus de Hispania fuit vir illu strissimus.

Monimen Terrallope

Sed de amore Augustini tam erga Deum, quam proximos certiore te reddit intellectus eius, qui sextus gradus est exercitij spiritualis; non enim nisi magna, & cœlestia intelligere conabatur, hac in vita videre eximis visceribus desiderans, *Romā in flore, Paulum in Cathedra; Christum in carne.* Nec ultimo frustratus est, nam ei Christum Dominum apparuisse narrant auctores non contemnēdi, quorum primus est Ferdinandus ille de Hispania Pontificis Romani cubicularius, Cardinalis titulo duodecim Apostolorum legatus Apostolicus Romæ, quando Apostolica curia residebat Auinione Episcopus Terrassonensis vrbs, in episcopali cuius palatio sic olim intercisum erat in memoriam tanti præfulis: *Ferdinandus de Hispania iurium, & amplitudinis, ac dignitatis Episcopalis præstantissimus defensor, conseruatorquè.* Hæc de illo Michael Martini in suo patornitatu Bilbilitano, & Zorita in annalibus, libro decimo, capite 54. & alijs; in sermone igitur Auinione habito coram Cardinalibus illustrissimis, & imprefso simul cum alijs multis Iordani de Saxonia sic

fic habet iste Ferdinandus, *Gloriosus Confessor Christi totus heroicus, totus diuinus, ab omni malo longius recedens, humanum modum in omni virtute transcendens, & ad summum bonum, ceteris propinquius accedens intantum ut haberet dicere sanctus Prosper in prædicto tractatu, seu sermone. quod vita Augustini aliorum seruum Dei vitam culpabilem, & reprehensibilem apparere faciebat, & propter hoc meritò possumus illi dicere, quis similis tui magnificus in sanctitate: nam propter hanc magnificentiam sanctitatis à filio Dei vocari meruit magnus Pater Augustinus: narrat enim Prosper in prædicto sermone, & satis est notabile, quod beatus Augustinus Christum Dei filium Saluatorem nostrum in carne videre, & tangere, atq. eius pedes lauare meruit, & eum audire dicentem sibi: magne Pater Augustine filium Dei in carne hodie videre meruisti. Istud fuit singularissimum, nec unquam legi quod post ascensionem in cœlos sic alicui appareret, &c.*

Hunc Diui Prosperi tractatum de laudib. Augustini, quæ suæ, non inueni: nec scio causam, quapropter in nouis B. Prosperi additionibus non sit excussum, cum, & alij graues auctores ipsum reputent esse Prosperi; nempe Ambrosius Coranus de quo Trithemius in suis scriptoribus Ecclesiasticis, atque Ioannes Maburnus, siue Mabuenus Canonicus

Ferdinādus de Hispania in Dauter-dani serm. qui est 10. S. Aug.

Exod. 15:

Filius Dei magnū, & patrem vocauit Augustinum.

Tractatus Sancti Prosperi de laudibus Augustini desideratur saltem in angulo operis eius de Prosperi.

Coran. in vi  
ta S. Aug.  
præcio data.

cus Regularis à Louaniensibus commemo-  
ratus super censuram sermonum Augustini  
ad fratres in Eremo: ait enim Coranus in vi-  
ta eiusdem Augustini: *Eam hospitibus charitatē  
observabat, ut quot poterat, in proprium susciperet  
domicilium, & tanquam Christi personam coleret,  
& veneraretur, semper memor Saluatoris dicētis;  
quod uni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis: ob  
eam causam non immerito, seu Diuus Prosper re-  
censuit, cum ex multa pauperum frequentia vice  
quadam cuiusdam lauisset, & oscularetur pedes, ab  
eo audire meruit: magne Pater Augustine filium  
Dei hodie in carne videre meruisti, &c.*

Matth. 25.

Mab. in Ro  
leso tit. 20.  
al p hab. 41.

Ioannes Maburnus hæc cum ipso loquitur  
Augustino; *Es & pater magnus, hanc tibi pater-  
nitatis dignitatem summus indidit rerum parens, cu-  
ius cum lauisses pedes: dixit tibi, magne Pater Au-  
gustine filium Dei hodie in carne videre meruisti.  
O superbiam, ò honorem nunquam auditum, nun-  
quam lectum! in hoc priuilegio non communicat alie-  
nus, quis unquam de Sanctis Dei ab ore Dei se esse  
magnum audire, itemq; patrem appellari meruit? dixit  
de Baptista quod inter natos mulierum non surrexit  
maior; non legitur quod Christus Ioanni hoc dixerit,  
aut quod ab eius audierit ore, & hinc est quod omnis  
Ecclesia Sanctorum caput suum insequens in hymno  
decantat,*

Hymnus in  
lau sem Au-  
gust. à ver-  
bis Christi  
Domini,  
Magne Pa-  
ter Augusti-  
ne, dicitur  
inæpeus,

Magne Pater Augustine.

Septimus gradus, optimo iure vocatur sa-  
pientia, cuius initium est timor Dei; per quā  
intelligimus ipsam charitatem, & in eo ver-  
fatus Augustin<sup>o</sup> in multis vitæ suæ locis ostē-  
ditur præcipuè cum de modo contēplatio-  
nis agimus, in quo vixit Deo, mortuus mun-  
do, ac omnibus eius curis; sed nunc occurrūt  
Seueri Mileuitani præfulis verba ad ipsum  
scripta; Augustinum enim omni sapientia  
cælesti repletum sic testantur: *Viscera inquam  
mihi, ut refundantur cupio, viscera tua, viscera  
pinguia, viscera pura, viscera simplicia, nisi quod  
duplici sunt vinculo redimita gemine charitatis; vis-  
cera tua, viscera persusa lumine claritatis, & resul-  
gentia veritatem horum me manationi, vel resul-  
tationi subijcio, quo nox mea in lumine tuo deficiat,  
ut in diei claritate simul ambulare possimus.*

Sapientia  
pro charita-  
te accipitur

Epist. 37.  
apud Aug.

Viscera Au-  
gustini fusa  
contra chag-  
ritatem!

In alijs pallium, siue vestimentum charitas  
videtur; in Augustino contemplatur Seue-  
rus eam esse viscera: nam vestimentum ali-  
quando deponitur, viscera semper hominē  
comitantur, & plena sapientiæ ad redundā-  
tiam in Augustino ipso, nobis illud ostendit  
quod vel sola traditione ad concionatores  
non infimi nominis hoc tempore perueni-  
re potuit (nam in antiquis auctoribus non  
Ee legi)

Charitas be-  
ne compa-  
ratur visce-  
ribus.

Mag-

legi) narrat Pelbertus in sermone quarto Dominicæ decimæ tertiæ post Pentecosten relatus ab alio eiusdem Ordinis auctore, quod aliquandò Augustinus audiuerit cælitus sibi dictum, *Augustine diligis me?* & quod velut alter Petrus responderit, *Domine tu nosti, quia amo te.* Interrogatus iterum de modo, in hūc modū satisfecerit, *Si lampades essent ossa mea, & sanguis oleus totus exardescerem tui amore, & si vena mea vincula forent, illis me tibi deuinctū, adstringerem in aeternum.* Tādem rogatus quid pro ipso Deo faceret protulit; *Si Deus essem, & tu Augustinus, tecum dignitatem commutarem, ut esses Deus sicut es, & ego Augustinus, ut sum.*

Didacus Vega in serm. Dominicæ 13. post Pentecosten.

Amor vincit Augustini sapientiam aliter nō poterat agere de Deo, & mutatione.

C A P V T IIII.

*Res Augustini aliquo admirationis pondere collustrantur.*

**I**N Numidia natus est Augustinus, cuius hominibus in tota Africa nulli rudiores, dicente Dionysio,

*Tunc sequitur Nomadum longè diffusa per agros Progenies, alij sumentes pabula quarunt Cum pueris victum, syluis, atq; inde feroces.*

Dionysius de situ orbis.

Admi-

Admirationi ergo est ingenium, & sapientia eius in tantum ei concessa, ut *neminem certe inuenias, quem ipsi Augustino proponas, siue ingenij vim, siue acumen, aut præstantiam rerum scriptarum æstimes: siquidem tam vera est in eo pietas, talis fides, tanta eius doctrina, & eruditio, ut nemo sit, qui vel transuersum unguem ab eius sententia discedere ausit.* Hæc Baptista Ægnatius.

Baptista Ægnatius in lib. de excelsis.

Mirum fuit ingenium eius.

Cum esset Mediolani Eulogio discipulo quondam suo in somnis apparuit, & obscurum Ciceronis locum ei Rethoricam docti Carthagine, declarauit: *Qua nocte somniantis ego illi, quod non intelligebat exposui; imò non ego, sed imago mea, nesciente me, & tam longe transmare aliquid aliud siue agente, siue somniantis, & nihil de illius curis omnino curante.* Ista ipse Augustinus.

Apparet Eulogio.

Lib. de supra pro mortuis. c. 11.

Angelus mulieribus apparens, & in veteri testamento vultum habuit terribilem nimis, & in nouo aspectum sicut fulgur: attamen nunciantem Augustini conuersionem vidit mater Monica *aduenientem ad se iuuenem splendidum, hilarem, atq; arridentem sibi.*

Iud. 13. Matth. 28.

Angelus prædicat conuersionem.

3. Conf. 112.

Nec solum Angelus in terris Augustini conuersionem prædixit beatæ Monicæ, cum *vidit me* (ait Augustinus) *iuxta se in eadem regula.* Sed etiam Episcopus quidam Africanus,

Ee 2 non



3. Conf. 1 f.

Episcopus  
quidā præ-  
dicat Augu-  
stini cōuer-  
sionem.

4. Conf. 11.

7. Conf. 10.

Converti-  
tur cælitus.

Paulin. in  
eap. ad Ci-  
therium.

Dentium do-  
lor sanatus.

9. Conf. 4.

nō beatus Ambrosius, aut Valerius, sed alius  
cuius nobis nomē incognitum, eidem nāq;  
matri Monicæ sic indixit; *Vade à me, ita uiuas,*  
*fieri non potest, ut filius istarum lachrymarum pe-*  
*reat.*

Ad Christianam religionem conuersus est  
per admirabilem mentis ecstasim videns lucē  
*Domini incōmutabilem*: similiter ad monasticā  
vitam, cum cælitus audiuit *Tolle, lege*; & episto-  
lam Apostoli ad Romanos in capite decimo  
tertio legit: nam ut hic cum Sancto Pauli-  
no loquar;

*In suarum literarum corpore  
Paulus magister adsuit,  
Amansq; puro corde lectorem sui  
De mortis abduxit manu.*

Præparans se ad baptismum suscipiendum  
in villa Casiciacum appellata, præter multas  
Dei consolationes omni dignas admiratio-  
ne, dolore dentium tunc excruciatu loqui  
non poterat: quapropter in cera scripsit, &  
dedit sodalibus ut legerent petitionē cordis  
sui, atque pro salute desiderata precarentur;  
*Mox ut genua supplici affectu fiximus, fugit dolor  
ille; sed quis dolor? aut quomodo fugit, expaui fateor,  
Domine Deus meus; nihil enim tale ab ineunte æta-  
te expertus fueram.* Hæc ipse.

Eo-

Paulus D.  
Ambrosio  
apparuit.

Damasceni  
orat. 2. de  
imaginibz.

Canticum  
Te Deū lau-  
damus læti-  
ficauit Am-  
brosium.

Iacobus de  
Valent. in  
Cantic. Te  
Deum.

Apud Cen-  
tuncellas e-  
uenit mira-  
culū de pue-  
romare cō-  
prehendere  
volente in  
fouea.

Eodem tempore quadragesimæ quo Me-  
diolani fuit veniens ex villa ad nomen dan-  
dum inter competentes sancto præfuli Am-  
brosio, non dormienti, sed in mentis stupore consti-  
tuto sese ostenderant nempe Sanctus Gervasius, &  
Protasius, cum quadam persona, beato Paulo Apo-  
stolo simili, ut eius pictura tabulis expressa facile  
declarabat. Huc usque Sanctus Ioannes Da-  
mascenus.

Nec solum ante baptismum Augustini per  
idem temporis Mediolanensis præsul Am-  
brosius videns Paulum in terris exhilaratus  
fuit, sed etiam in ipso die baptismatis repen-  
tè cantans illud celeberrimum Ecclesiæ Cā-  
ticum, eo quod præuidit (hæc ait Iacobus de Va-  
lencia) *Ipsum scilicet Augustinum, futurū Chri-  
sti prædicatorem, & viarum Christi directorē: nam  
sicut Ioannes Baptista fuit præcursor Christi præpa-  
rando corda hominum ad Christum suscipiendum: ita  
Augustinus fuit successor in declarandis scripturis, &  
hæreticis impugnandis, &c.*

Adhuc in Italia constitutus post baptismū  
illam apud Ostia Tyberina mentis ecstasim  
habuit, quam tertium cælum, & visionem  
Dei fuisse scripsimus; & apud Centumcellas,  
quarum meminit Plinius in quadam episto-  
la dicens: *Adrianus princeps centum iudicibus to-*

Ee 3 *tidem*

tidem cellas adificauit, ad audiendas presente se causas constitutas, hic etiam Augustinus librum de Trinitate scribens prodigium pueri cochleari pelagus euacuare conantis vidit. Hæc Volaterranus.

Venit Carthagine, & sic miraculum.

Secunda nauigatione ex Italia iam baptizatus Carthaginem appulit cum Alipio, & Adeodato necnon Euodio primis monasticæ suæ vitæ sodalibus, & tunc miraculum euenit, quod ipse narrat in libro vigesimo secundo de Ciuitate capite octauo, cum ipse cum socijs ibidem apud quendam Innocentium Exaduocatum vicariæ præfecturæ hospitio susceptus est, qui fistulam patiens incidi deberet (hæc narrat Petrus de Natalibus) Pater Augustinus una cum ipso infirmo pro eo orauit, & mane sine incisione aliqua sanus repertus est.

Petrus de Nat. in Augustini.

Genebrado lib. 1. chron. no. Hebr. 11.

Able oditur de Nat Episcopus.

Quod si aliqui notant de Henoch quod inquisitus fuerit ad accipiendas dignitates, & non inueniebatur, quia transtulit illum Dominus. Sicque intelligunt, rem admiratione dignâ esse abscondere se quemque & honorem fugere, ac potestatem in ciuitate renunciare: magnus est habendus Augustinus, quem ad episcopatum cuiusdam Ecclesiæ adhuc presbyterum multis modis legimus quæsitum, sed

sed nusquam inuentum: & certè reluceret quantociùs in illa dignitate; nisi & hoc idem Episcopus Valerius cognito, ad locum secretum eum transire curasset, occultatumque à quærentibus minime inueniri fecisset.

Possid. c. 8.

Designatus fuit Episcopus viuo adhuc Valerio, quod tanquam rarum multi notarunt auctores, & admirationi fuit, cum Magalio Numidiæ Primati ordinatori eius, & Episcopis, qui fortè tunc aderant, & clericis omnibus Hipponensibus, & vniuersæ plebi inopinatam, cunctis suam insinuat Valerius tunc voluntatem. Hæc Possidius.

Mira fuit & inuestata ordinatio eius episcopalis.

Possid. ibidem.

Valentiniano, quartum, & Neotherio Coss. signum in celo, quasi columna pendens, ardensque per dies triginta apparuit; hoc est Anno Domini CCCXC. quo Pater Augustinus in Africa magnam inter seruos Dei quos ibidem præcedente biennio primùm instituerat, famam habere cœpit, & licet non inuenerim hoc signum ipsi Augustino attributum, sine præiudicio melioris sententiæ, nullam in mundo rem magis notabilem eodem anno legimus euenisse, quam publicam P. Augustini notitiam, qui vere columna nobis (vt ait Rupertus) in qua thronum suum posuit sapientia Dei.

Prosper in chronico.

Columna in celo.

Rup. de op. per. Spirit. Sancti libr. 7. c. 19.

Efficacia  
orationis.Sermo 31.  
de diuersis.

Psal. 8.

Pofsid. in vi  
ta Aug. cap.  
15.De sermo-  
nibus fuis lo-  
quebatur in  
mensa.

Decem fratres illo tēpore ob maledictionem maternam tremebant toto corpore, & varias mundi partes vbi fierent miracula, visitabant, quorum vnā sororem nimis afflictam Augustinus populo commendauit, & proposuit pro ipsa orare: sed ecce ex Sancti Stephani memoria, populus clamare cœpit; *Deo gratias, Christo laudes*. Adducta igitur est hæc puella ad Patris Augustini conspectum, qui indicato silentio sic dixit: *Scriptum est in Psalmo: dixi proloquar aduersum me delictum meū Domino Deo meo; & tu demisisti impietatem cordis mei. Dixi proloquar, nondum proloquutus sum: dixi proloquar, & tu dimisisti. Commendauit eam vestris orationibus; disposuimus orare, & exauditi sumus: sic gaudium nostrum actio gratiarum*. Hæc ille in sermone trigesimo secundo de diuersis.

Mirabilis fuit in sermonibus, quod vel illo possumus argumento probare, quod narrat Pofsidius hisce verbis: *Scio item non solum ipse, sed, & alij fratres, & conserui, qui nobiscum tunc intra Hipponensem Ecclesiam cum eodem sancto vivebant, nobis pariter ad mensam constitutis, eum dixisse; Aduertistis hodie in Ecclesia meum sermonem, eiusq; initium, & finem contra meam consuetudinē processisse; quoniam non eam rem terminatam explicauerim, quam proposuerā, sed pendentē relinquerē:*

cui

*cui respondimus, ita nos in tempore miratos fuisse scimus, & recognoscimus: at ille credo (inquit) quod forte aliquem errantem in populo Dominus per nostram obliuionem, & errorem doceri, & curari voluerit, in cuius manu sunt, & nos, & sermones nostri: nam cum proposita questionis latebras pertractare in aliū sermonis excursum perrexi, atq; ita in clausula, vel explicata questione disputationem terminavi, magis aduersus Manicheorum errorem, unde nihil dicere decreueram disputans, quam de ijs, quæ asserere proposueram.*

*Et post hæc (nisi fallor) ecce alia die, vel post bi-  
duum venit quidam Firmus nomine, negotiator, & intra monasterium sedente Sancto Augustino coram nobis ad pedes eius genibus prouolutus sese iactauit, lacrymas & rogans, ut pro eius delictis sacerdos cum suis Dominum deprecaretur, confitēs quod Manicheorum sectam sequutus fuisset, & in ea quamplurimis annis vixisset, & propterea pecuniam multis ipsis Manicheis, vel ex eis, quos dicunt Electos incassum erogasset, ac se in Ecclesiam per Dei misericordiam fuisse eius tractatibus nuper correctum, atq; Catholicum factum.*

*Quod & ipse venerabilis Augustinus, & nos, qui tunc aderamus ab eodem diligenter inquirentes, ex qua re, potissimum in illo tractatu sibi fuerit satisfactū, & referēte eo, nobisq; omnibus sermonibus*

Ec 5 seriem,

Aliquē per  
fensū con-  
uertendum  
quodam ser-  
mone.Dixit quæ  
non cogita-  
uerat dicen-  
da in illo ser-  
mone.Quidā no-  
mine Firmus  
venit ad Au-  
gustinū cō-  
tritus, & cō-  
uersus.Firmus mul-  
tas pecunias  
dederat Ma-  
nicæis.Profūdnm  
est consiliū  
Dei in con-  
uertēdis ani-  
mabus.

seriem, recognoscentibus profundum consilium Dei, pro salute animarum admirantes, & stupentes glorificauimus sanctum eius nomen, & benediximus, qui cum uoluerit, & unde uoluerit, & quo modo uoluerit, & per scientes, & per nescientes animarum operatur salutem.

Firmus monachus factus est ex Manichæo.

Et ex eo ille homo proposito seruorum Dei adhaerens, negotiatoris dimisit actionem, & proficiens in Ecclesia membris, in alia regione ad presbyteri quodam Dei uoluntate petitus & coactus officium accessit, tenens atque custodiens propositi sanctitatem, & forte adhuc usque nunc in rebus humanis uiuit.

Duo ex illis decem fratribus, qui ex patria Cæsarea Capadociæ uenientes nec Anconæ, nec Uzali sanati sunt à tremore corporis, Hippone tamen in Ecclesia Sancti Patris nostri AVGVSTINI coram omnibus salutem in ea parte recuperarunt, ubi repositæ erant reliquiæ Sancti STEPHANI Prothomartyris, quas Paulus Orosius illic ex ipsa Hierosolymorum urbe adduxerat; hoc autem in admirationem nos rapit, quod ante tres menses Pater noster Augustinus nesciens eis apparuerat, & ad ipsam suam ciuitatem sanandos adduxerat, *Veruntamen* (ait Paulus in libello huius miraculi)

Paulus Orosius reliquit Sancti Stephani reliquias in Africa.

li) ante hos tres menses, id est Chalendarum Iuniarum die tam ego, quam soror mea, qua hic mecum est eadem adhuc passione detenta euidenti sumus uisione commoti: ait enim mihi affectu clarus, & candido crine venerabilis, quod intra tertium mensem desiderata esset mihi sanitas adsutura: sorori enim meæ in uisione sanctitas tua in ea effigie, in qua te presentes uidemus, apparuit, per quod nobis significatum est, ad istum locum nos venire debuisse: nam & ego beatitudinem tuam sapius in itinere, quo ueniebamus talem prorsus, qualem modo, conspicio.

Libellus de miraculo Pauli apud decimum romum prope ser. 31. de diuersis.

Augustinus duos fratres duxit ad suam Ecclesiam eis apud parentem.

Augustinus, ubi supra dicta relecta sunt in Ecclesia, & notum uidit illum Paulum miraculosè sanatum post alia sic exclamauit; Nos autem fratres satagamus Domino Deo nostro gratias referre pro illo, qui sanatus est, & pro illa, qua adhuc tenetur preces fundamus; **BENEDICAMVS DEVM**, qui dignos nos habuit ut hoc uideremus: quid enim sumus, quia ego apparui istis nesciens? illi enim me uidebant, & ego nesciebam, & admonebantur, ut ad istam ciuitatem uenirent.

Ser. 31. de diuersis.

Quæ dixit Augustinus cum sciebat se illis in firmis apparuisse.

Quidam Curina per admirabilem Dei admonitionem Augustinū & uidit in somnis, & adiuuit pedibus, ab ipsoque Augustino baptizatus non sine diuino iudicio: nam ille Curina.

Aug. in to-  
mo 4. libr.  
de cura pro  
moreuis. c.  
12.  
Curina ad-  
monitio fuit  
ut baptiza-  
retur ab Au-  
gust.

rina, Post multa etiam que vidit, etiam in para-  
disum se introductum esse narravit, dictūq; sibi esse,  
cum inde dimitteretur rediturus ad suos; vade bap-  
tizare, si vis esse in illo loco beatorum: deinde, ut à  
me baptizaretur admonitus iam factum esse respon-  
dit. Cui rursus ille, qui cum eo loquebatur: vade,  
inquit, vere baptizare: nam illud in visione vidi-  
sti: post ista conualuit, perrexit Hipponem, & c. bap-  
tizatus est. Ista Pater Augustinus.

Diutissime  
permanet  
fides Catho-  
lica Hippon-  
ne.

Tantum eius doctrina perualuit, ut adhuc  
in ciuitate eius Hipponensi, que hodie Bona  
vocatur tempore Gregorij Papæ VII. qui  
obiit, ut constat ex eius epitaphio anno Do-  
mini M. DCCCV. darentur Catholici, non  
verò in cæteris locis: extat enim epistola eius-  
dem Summi Pontificis ad ipsos missa Hippo-  
nenses, commendans eis archiepiscopū Ser-  
uandum, & sic incipiens. Gregorius Episcopus  
seruus seruatorum Dei, Clero, & Populo Hipponēsi.

Epist. Pon-  
tificales in  
3. tom. epi-  
stol. 20.

Multas passus infirmitates corporis, per-  
secutiones innumeras, labores deniq; & cu-  
ras animi tandem admirationi fuit, quod sene-  
ctute longa confectus verbum Dei ad extremā suam  
egritudinem imprætermisse alacriter, & fortiter, sa-  
na mente, sanoq; consilio, predicauerit, membrisq; om-  
nibus suis corporis incolumis, integroq; aspectu, atq;  
auditu ordormiuit cum Patribus suis, diuina virtuti

Sana mens  
& vigor.

Thom. Cā-  
rap. libr. 2.  
de apibus.  
c. 39.

po-

Possid. in  
vita S. Au-  
gust. c. 31.

potius adscribendum est, quam natura, & vix in  
transacto tempore, & certè in presenti simile non  
videmus. Hæc sequens Possidium in libello  
de vita, & morib<sup>9</sup> Augustini scribit ille Tho-  
mas Cantapratanus Ordinis Prædicatorum  
Episcopus, & non contemnendus auctor.

Nulla Africæ pars magis oppugnata fuit à  
Vuandalis, quàm Hipponensis ciuitas prope  
mortem Augustini, quia tunc eandem ciui-  
tatem Comes Bonifacius defēdebat ab eorū  
incurso; sed intercessioni Augustini tribuē-  
da est illa defensio, vnde ipse Bonifacius, siue  
qui nomine eius ad Augustinum epistolas  
dedit, gratias ei sic agit pro quadam victoria:  
*Manus superba Deo adiuuante cecidit, quæ ante pau-  
lulum audax gladium erecta portabat. Multi ex ad-  
uersis ceciderunt, de nostris autem Christo iuuante,  
nullus est vulneratus, ora igitur venerabilis Pater,  
ut talis de inimicis ultio sæpè procedat.*

Defensa fuit  
Hipponia  
propter Au-  
gustini pre-  
ces.

Bonifacius  
epist. 14. a.  
pud Aug.

Hæ epistola sub nomine Bonifacij, & Au-  
gustini non tantum sunt deprimendæ in au-  
toritate, ut censent iuxta nonnullos Theo-  
logi Louanienses: nam stylus grauis, & res  
non indignæ auribus, & historiæ congruæ,  
quibus fauet Genebrardus in Chronologia  
agens de Augustino, & meliorem censuram  
eis apponit Cardinalis Baronius, earumque  
restiti-

Epistolæ  
Bonifacij ad  
Augustinū,  
& Augusti-  
ni, ad illum  
sunt par-  
uæ auctori-  
tatis.

testimonio non semel in suis annalibus tractans Augustiniana nititur: quapropter, inter ea, quæ nos commouerunt res Augustinianas cum aliqua admirationis nota scribere, narrandum constituimus, quanto cum zelo immunitatis Ecclesiasticæ hominem ab Ecclesia ereptum reuocare iubeat ad ipsam Augustinus, & Bonifacio propter ereptionem introitus Ecclesiæ prohibeat, dicens post alia ut inter illos, qui mundi potestates non timuerunt ob Ecclesiæ zelum ipsum dinumeres; *Ecclesiæ igitur illesum reuoca, quæ ut irreligiosissimus rapuisti. Oblatio vero domus tua à clericis ne suscipiatur, indixi, cõmunioneq; tibi intredico, donec peracta pro ausibus, vel errore à me definita tibi met pœnitentia, & tẽporẽ condonata, pro hoc facto corde contrito & humiliato dignum offeras sacrificiũ Deo.*

Inter res notatu dignas, hæc vna occurrit, quod & Pater nomine Patricius, & Monica mater excellentissima viduarũ, & filius Adeo-  
datus ab ipso genitus antequam baptismum susciperet, qui breui sublat<sup>9</sup> est, ne ante oculos Augustini diũ versaretur illud ignominie quod filiũ genuisset ex muliere nõ legitima, soror deniq; Perpetua monialis optima factitate clari fuerint Augustino: quod inter eius dẽ laudes nõ in infimũ locũ habere debet secundum

Hominem  
restitui fecit  
Ecclesiæ.

Aug. epist.  
6. ad Boni-  
facium.

Excommu-  
nicat ami-  
cum Boni-  
facium.

Patrem ma-  
trem filiũ  
sororẽ san-  
ctos habuit

dũ illud Ambrosij: *Docet nos scriptura diuina, nõ mores in ijs, qui predicabiles sũt, sed etiã parẽtes oportere laudari, ut veluti trãsmissa immaculata puritate hereditas in ijs, quos volumus laudare præcellat.*

Tria petiuit à Deo in vita quæ licet alij aliter interpretetur, omnia tamen mihi videntur ei cõdonata fuisse: petebat enim, sicut ait Possidius, *Ut hanc ciuitatẽ ab hostibus circumdatã liberare dignaretur, aut si aliud ei videtur, suos seruos ad perficiendũ suam voluntatem fortes faciat, aut certẽ, ut me de hoc seculo ad se suscipiat.* Quod autẽ his tribus tandem fruitus esset, facile colligitur: nam ipse in tertio mense obsidionis febribus decubuit, & sua fecit intercessione ciues Hipponenses ita fortes, vt Episcopum adhuc tẽpore Gregorij Papæ VII. (vt supra scriptũ est) habuerint, & quod ad ipsã Hipponẽsem destructionẽ verbis vt or Possidij *eidẽ ciuitati quod lachrymosis deprecis precibus, pro tẽpore impetrauit.*

Ambrosius  
lib. 1. in Lu-  
cam.

Possidius in  
vita S. Au-  
gust. cap. 94

Tres peti-  
tiones im-  
petrauit.

Possid. cap.  
29.

## CAPVT V.

*Percurruntur iterum res Augustiniana cũ admiratione, & miraculorũ relatione.*

**N**Orat Iacobus de Voragine, quod ipse-  
met Augustinus in libro vigesimo secũ-  
do de Ciuitate Dei duo miracula de se refe-  
rat,

Orat. & fa-  
nat.

rat, tanquam de alio, humilitatis causa, sicut Catholicis, & sanctis scriptoribus est in more, primum sic enarrat; *Hipponensem quandam virginem scio, cum se oleo peruxisset, cui pro illa orans presbyter instillauerat lachrymas suas, mox à Dæmonio fuisse sanata.*

Aug. lib. 22  
de Ciuitat.  
c. 8.Orat. & li-  
berat à Dæ-  
mone.

Alterum verò miraculū ita scribit ad gloriam Dei; *Scio etiam Episcopum semel pro adolescente, quem non vidit, orasse, illumq; illico Dæmone caruisse, his annectit Iacobus ipse de Voragine, Nulli autem dubium videtur, quin de se loquatur, humilitatis causa se ipsum noluit nominare.*

Iacobus de  
Vorag. in  
Augustino.

Multa alia, tam in vita, quam post mortē fecit miracula, nam præter dicta, sic Possidius narrat: *Novi quoq; eundem & presbyterum, & Episcopum, pro quibusdam energumenis patientibus, ut oraret rogatum, eumq; in oratione lachrymas sudentem Deum rogasse, & Dæmones ab hominibus discessisse.*

Miraculis  
clarus.Possid. cap.  
39.Miraculum  
in fine vitæ.Possid. invi-  
ta Aug. ca.  
29.

In extrema vitæ suæ periodo miraculum operatus fuit, quo tanquam sigillo Deus voluit tum res ab eo sanctè gestas, tum pia, doctaq; eius scripta consignata relinquere: ad ipsum namq; scribit Possidius, *Ægrotantem, & lecto vacantem quendam cum suo agroto venisse, & rogauisse, ut eidem manum imponeret quo sanus esse posset, eumq; respondisse, si aliquid in his poss*,

ibi

*sibi hoc utiq; primitus prestuisset: & illū dixisse visitatum se fuisse, sibiq; per somnium dictum esse, vade ad Augustinum Episcopum, ut eidem manum imponat, & saluus erit, quod dum comperisset, facere nō distulit, & illum infirmum continuo Dominus sanū ab eodem discedere fecit.*

Postquam ex corporis vinculis anima eius soluta est, in cælos conscēdit, eo modo, quo postea apparuit cuidam viro Religioso ei deuotissimo: *Eadē hora* (ait Petrus de Natalib<sup>9</sup>) *in quodam monasterio quidā monachus in spiritu rap- tus vidit Augustinum in nube sedentē, pontificalibus insignitum, cuius oculi, quasi solis radij, totam Ecclesiam illuminabant, & odor de eo nimis exhalabat.*

Apparet vñ  
in morte  
sua.Petrus de  
Natalib. li-  
bro 7. cap.  
128.

Apud Hipponem, vbi Pater Augustinus monasterium primū extruxit suis Eremitis, multa contigerunt miracula; narrat nāq; Nicolaus de Alexandria; *Si contingat animalia fer- rata equū, mulū, vel asinum ingredi ambitum dicto- rum parietum, ita terra solo conglutinantur, ut indē pedes euellere nequeant, quin potius detinentur mira- culosa tenacitate ipsius soli, si oves, & boues tūc quā- do sunt in pascuis se ibi ad iacendum prosternant, lan- nam inhasam solo surgentes vi dimittunt.*

Miraculum  
de terra mo-  
nasterij hor-  
ti S. Aug.  
  
Nicolaus de  
Alex. in tra-  
ct. de orig.  
Ord. Ere-  
mit.

Iacuit Sancti Patris corpus in Ecclesia sua Hipponensi sepultum, & in summo habitū honore annis ferè quinquaginta sex, deinde ad Sar-

Ff diniam

Oldradus in  
epist. ad Ca  
rolum mag  
num.

Miraculosa  
fuit utraq;  
S. Augusti  
ni transla  
tio.

Henr. in ser  
mo. de trās  
lation. S. P.  
Aug. cele  
brat odorē  
corporis e  
iusdem Do  
ctoris.

Baculus, &  
mitra Aug.  
ubi sunt.

diniā translatus est à fidelibus, & catholicis episcopis,  
qui ob Christi fidē ab iniquo Trasamundo Rege, cū  
cū Fulgentio Ruspenſi Episcopo cū innumerabilibus  
Christi fidelibus in eandē insulā relegati fuerāt, quo  
tēpore Vuādali armis Africā vastabant, ne gēna,  
& thesaurus tantus ab immūdis spiritibus pollueretur,  
secū cū nōnullis alijs sanctorū reliquijs deportarūt:  
Ibi multis miraculis claruit annis ducētis viginti tribus,  
in quo manifestū datur intelligi, quod quos Deus cha  
ros habuit, ad sãctitatis eorū testimoniū clarificat, &  
insigne virtutibus miraculorū Hucusq; Petr<sup>o</sup> Ol  
drad<sup>o</sup> Mediolanēsis archipresul in epistola ad  
Carolū magnū agēs de trāslatione S. P. Aug.

Cum corpore Sancti Patris Augustini, cu  
ius odorem celebrat beatus Henricus de Vri  
maria, tanquam miraculum Augustino pro  
prium, qui famam in Ecclesia semper habuit  
excellentissimi præsulis, trāsata sunt aliqua  
suppellectilia: nam, mitra eius, & baculus pa  
storalis in eadem ciuitate Calaritana Sardi  
niæ reperta sunt, & inde ad monasteriū fra  
trum Eremitarum Valentinum adducta, vt  
sicut ipsi fratres Eremitæ corpus beatæ ma  
tris Monicæ Romæ, & Patris Augustini reli  
quias venerantur Papiæ, ita omnia eiusdem  
excellentissimi Doctoris iure velut hæredi  
tario vbique retineant, vt ad ipsos Papa Mar  
tinus

tinus V. hisce verbis loquutus est: *Audiuimus  
riarā Augustini, lituūq; illum pastorale non ante mul  
tos dies reperta, magnoq; pretio redempta translata  
esse Valentiam; ita omnibus, & locis, & rebus bene  
successit, desuiente Deo; vt qui rite prater ceteros  
Augustinum colitis, soli omnem illius suppellectilem  
possideatis.*

Virga lignea extat, vbi sepulta sunt ossa  
S. P. Augustini apud monasterium suorum  
fratrum Eremitarum, quæ multis decorata  
miraculis: in particulas enim secta, & anti  
qui tēporis situ illic reposita nunquā minui  
tur; nec aliquid habet hucusq; corruptionis,  
vt res Calaritani illius monasterij, & incolæ  
totius Sardinia prædicant: quod miraculi ge  
nus exornare possumus illis Tertulliani ver  
sibus de statua salis, in quā conuersa est vxor  
Lothi, sic enim habent;

*Durat adhuc etenim dura statione sub æthra,  
Nec puluis delapsa situ, nec diruta ventis:  
Quin etiam si quis mutilauerit aduena formam  
Protinus ex se se suggestu vulnera complet.*

Et licet alij alias reddant causas ob hoc mi  
raculum, hanc ego certio rem puto, quod ex  
contactu corporis Doctoris Sanctissimi re  
manserit in ipsa virga illud excellētia, quod  
Sanctus Paulinus de ligno crucis Dominicæ  
Ff 2 descri

Martinus  
Papa in ser  
mo. de trās  
lat. S. M.  
Monicæ.

Virga lig  
nea miracu  
lis nota in  
Augustini  
sepulchro.

Tertullian<sup>us</sup>  
in 9. tomo  
Bibliothe  
cæ auct. sa  
crorum.



Paulinus e-  
pist. 10.

describit, illud scilicet per omnes mundi par-  
tes esse diuisum, & imputribili virtute præ-  
ditum, olimque nunquam diminutum: *Sed*  
*istam imputribilem virtutem, & indeteribilem so-*  
*lilitatem de illius profecto carnis sanguine bibit, qua*  
*passa mortē, nō vidit corruptionē.* Hęc S. Paulin.

Ioan. de Cri-  
tana in cō-  
pend. rerū  
ord. c. 1.

De hac virga imputribili, atque integra  
eius soliditate scribit non indignus quacūq;  
laude rerum Augustinianarum amator fra-  
ter Ioannes Gondisalui de Critana, & illud  
apud omnes Calaritanos celebre miraculū,  
quod sub turri ruinam minitāte multi cum  
essent ex incolis Calaritanis, Augustino in-  
uocato, *ruiſit illa, sed istorum nullus.*

Breuariū  
Ord. Ere-  
mit. in r.  
translatio-  
ne S. P. Au-  
gust.Cæcus mi-  
raculose vi-  
det.

In antiquo etiam Breuariario Ordinis fratrum  
Eremitarum legitur, quod innumeris mira-  
culis ornatum fuerit sepulchrū gloriosi Do-  
ctoris apud insulam Sardiniam, & speciatim  
ait: *Unus autem ex eis (Sardinia civibus) miles*  
*literatus, & prudens, virtuteq; famosus & celebr,*  
*cum de huiusmodi corpore dubitasset, & esset incredu-*  
*lus, quasi Thomas hoc miraculo confirmatus fuit: qui-*  
*dā iuuenis, qui multos annos fuerat oculorum orbatus*  
*luminibus, cum magna reuerētia flexis genibus san-*  
*ctum illud corpus Augustini manibus proprijs con-*  
*trectans statim omnibus videntibus est luminibus*  
*restitutus, quo viso miles credidit.*

Meri-

Bib. in vita  
Leonis Pa-  
pæ III.

Meritum etiam beati Patris Augustini, qui  
miraculorum gloria semper claruit in Sar-  
diniā Mauri cum multis nauibus contra Ro-  
manos conspirarunt, *Multisq; etiam diebus cō-*  
*morantes in loco qui Coratum dicitur iuxta insulā*  
*Sardinia exire nullo modo potuerunt.* Narrat Bi-  
bliothecarius, & attribui potest Augustino  
in illa insula claro miraculis.

Laudes ali-  
quæ Luit-  
prandi Lō-  
gobardorū  
Regis.

Luitprandus Longobardorū Rex, qui nul-  
lum templū sine suo suffragio ædificari per-  
mittebat, & in palatio suo oratorium Salua-  
tori mundi dicauit, & clericos multos in eo  
instituit, qui die nocteq; diuinas preces ibi-  
dem recitarent; quiq; Alpes Gottias, & quid-  
quid inde ad Galliarum fines continetur Sā-  
cto Petro dedit, & confirmauit, vt illa dona-  
ta fuerant ab Ariperto Rege, & illud insig-  
ne fecit ædificium in suburbio Papiēsi, quod  
non minus ab aeris temperie, quam ab or-  
namento Cælum Aureum appellari voluit,  
vt ait Oldradus corpus beati Patris Augusti-  
ni de manu Barbarorum Sardinia redemit  
magno pretio per suos legatos, qui illud na-  
ui imponentes *Dei misericordia, & ingenti eorū*  
*gaudio plenis velis per tranquillum mare in unius*  
*diei, & noctis spatio perducti sunt ante portum, &*  
*stationem Ianuensem, & per legatos Regi, quæ facta*  
*erant,*

Oldradus  
in epist. ad  
Carol. Mag  
num.

Ff 3

erant denunciarunt, & ut honorifice occurreret ad reliquias tam gloriosi corporis suscipiendas. Quo  
Deuotio magna Regis Luitprandi erga reliquias S. P. Aug.  
 auditu Rex immenso gaudio perfusus gratias ingentes Deo referebat, quod desiderium suum impleuis-  
 set, omnique negotio postposito, rogatis, & conuo-  
 catis omnium ciuitatum suarum Episcopis, & uniu-  
 uerso Clero usque ad finem agri Dertonensis ad sus-  
 cipiendum tam preclarum Dei munus cum maxima  
 humilitate processit, & more Dauidico ad acci-  
 piendam arcam Domini, & reponendam in decen-  
 tiori loco properabat, cum innumerabili procerum, ac  
 populi utriusque sexus multitudine, Deo gratias a-  
 gente de tantis donis, ac dotis. Cum autem ad lo-  
 cum ubi iacebat sanctum corpus appropinquasset,  
 depositis Regalis aula insignibus, nudatoque capite,  
 & pedibus, cum tanta humilitate, & deuotione  
 procedebat, ut omnes, qui aderant mirarentur, &  
 Deum super tanta deuotione pijsimi Regis lauda-  
 rent. Ad Confessorem autem suum clarificandum  
Antequam P. Augustinus ingrederetur Ticinum fecit multa miracula.  
 misericors Dominus dignatus est multa miracula ope-  
 rari; multi enim aliquo officio corporis privati ade-  
 rant, qui recuperata sanitate alacres in laudem, &  
 honorē Dei verifacenter, leti ad propria remeabant.

Quæ supra magnus auctor Petrus Oldra-  
 dus perpetuæ memoriæ commisit, & quod  
 in hac secunda Sanctissimi Patris Augusti-  
 ni Translatione miraculum fuit illustre scri-  
 bens,

bens, & prosequens; Unde corpus beati Con-  
 fessoris cum laudibus, & hymnis deferentes perue-  
 nerunt ad fines agri Dortonensis, ad pradium, quod  
Oldrad. in epistola Translatione S. Patris Aug.  
 appellant Saunariense; ubi Rex Luitprandus cum  
 uniuerso Episcoporum, & procerum comitatu perno-  
 ctantes, & debitum tanto Patri officium dignè per-  
 agētes, Rex ipse tanquā unus de plebe prope Sanctis-  
 simi corporis reliquias, nimio deuotionis zelo ardēs  
 pernoctauit. Cum autem aurora sequentis diei il-  
 luceceret, ad peragendum iter ad urbē Ticinensem  
 insistentes, nullo modo sanctum corpus mouere potue-  
 runt. Cū igitur plures ad feretrum accederent, nec  
 quidquam proficerent, Rex Luitprandus scissis ve-  
 stibus, & deformata facie in terra deuolutabatur,  
Rex immēso desiderio transferendi corporis S. P. Augustini & sua-  
bar.  
 quippe qui immenso desiderio tanti Patris transfe-  
 rēdi reliquias ad urbem Ticinum aestuabat nimis;  
 ac omnino ab omni sua spe ceciderat posse amoueri  
 sanctum corpus. Quo miraculo omnes Episcopi, &  
 proceres stupebant; cogitātes intra se quidnam Deus  
 omnipotens indicare uellet de Reliquijs tam gloriosi  
 Doctoris. Aderat inter ceterum Episcoporum sanctæ  
 memoriæ Gratianus Nouariensis Ecclesiæ presul,  
Gratiani Nouariensis consiliarius.  
 vir multa doctrina praeclitus, & omni scientiarum  
 genere illustris, & uerē Dei sacerdos, qui accessit  
 confidētē ad Luitprandum Regem, affirmans Dei  
 misericordiam non uerbis, & actibus externis,  
 sed magis uotis, & operibus implorandam. Quæ  
 Rex

Rex libentissimè monita audiens, factò voto deliberavit, & firmo iuramento, & regali decreto hoc asseruit: si Dominus Deus omnipotens corpus B. Augustini Ticinum deferri permitteret, quod supra nominatum pradium Saunariense Deo, & Ecclesia beati Petri, ad quam ipsum sanctum corpus deferre volebat, perpetuò habendum tribueret. Factum est igitur ut cum votum persoluisset accederet ad feretrum, qui cum corpus de terra leuare tentaret, ita leuissimum inuenit, ut nullo ulterius onere impediente, corpus beatissimum, quod prius nec moueri poterat à pluribus, modo non prohiberetur deferri à duobus. Peragebant igitur incaptum iter cum ingenti gaudio, & exultatione laudantes Dei omnipotentiam, qui vota Regis tam faciliè audisset.

Celebris, & nominata fuit in toto Catholicorum orbe translatio ista Sancti Patris Augustini: nam omnes Chronistæ, & Faكتورum scriptores eam deindè perpetuarunt, inter quos refulgent Paulus Diaconus in historia Longobardorum, & Venerabilis Beda in vtroque Calendario, nam innumeris ornata miraculis fuit, de quibus ipse Oldradus sic addit; Cum autem in vrbe (scilicet Ticinensi) auditum esset de aduentu Regis cum Reliquijs beatissimi Confessoris, ad suscipiendum corpus sanctissimū omnes qui residui fuerant, festinatunt occurrere: &

cum

cum summo honore utpotè tanto patri debito, detulerunt cum hymnis, & canticis, & totius populi concursu, summo gaudio perfusi, & reposuerunt in Ecclesia beati Petri in cælo Aureo. Iure autem in Apostolica positus est Ecclesia, qui pro Ecclesiastica dimicans fide diabolicas hæreticorum fraudes dispersit. Ubi etiam ad sanctitatis eius testimonium, & augmentum fidei posterorum, multis signis, & miraculis claruit.

Illud memoria dignum contigit post translationē Papiæ factam, quo Deo beatoq; Patri Augustino gratam fuisse eam translationem innotuit; siquidem multi tactu Sanctorum pignorum seu arca ex varijs morbis statim conualuere. Sed insignis fuit illa apparitio facta quibusdā Ultramontanis numero quadraginta, qui petentes Romam prope viculum Causæ, à Papiæ distantis circiter tria millia passuum, quo membra fessa à longo itinere curarent, pernoctantes circa secundam horam noctis ab Ecclesia, quæ vicina, erat dicata sanctis martyribus Cosmæ, & Damiano viderunt egredi hominem habitu pontificali ornatum, qui ipsis appropinquans, percunctatus est quò pergerent; cum respondissent se Romam ad Basilicā SS. Petri, & Pauli proficisci quatenus à Domino impetrarent liberari ab infirmitatibus, quibus nusquisq; eorum afflictabatur, erant enim omnes infirmi ideò Romam perigrinabantur, tum ut viderēt

Iure reponitur S. Aug. in Ecclesia S. Petri.

Quadragesima peregrinos infirmos simul sanat eis apparet beatus P. Augustinus.

Peregrinatio ad limina Apostolorum est antiqua.

Corpus S. Aug. perfoluo Regis voto mouetur, & leuissimū deinde sentitur.

Multi celebrant hanc Augustini translationem.

Oldradus in epistola ad Carolū Magnum.

sancta loca, tum ut Sanctorum meritis ibi quiescentium Deus eos sanaret, dixit illis Pontifex; dirigite gressus vestros ad urbem vobis vicinam, Papiam nempe, & ingredimini templum B. Petri, in Cælo Aureo ingressi sanabimini a languoribus vestris: quis esset tum interrogantibus peregrinis respondit, se esse Augustinum Hipponensem Episcopum. His auditis stupore, & gaudio repleti, festinantes Papiam, & templum ingressi clamantes dixerunt. Sancte Augustine, sicut pollicitus es restitue nobis sanitatem. His vix pronunciatis senserunt se pristina incolumitati redditos, & Deo, beatoque Augustino gratias agentes ad propria, lati & incolumes remeaverunt, narrantes mirabilia, quæ secerat Dominus intercessionem tanti Doctoris.

Hæc Reuerendus Episcopus Mediolanensis ad Imperatorē Carolum Magnum Augustino deditissimū ex consulto scribebat *Anno salutiferæ incarnationis Domini* (vt ipse loquitur) *DCC. LXXXVI.* Et omnium opinione maiora, & plura dicit, quæ Rex illi concessit Ecclesiæ, vbi Sancti Patris Augustini corpus honorificè reconditum est, addens quod ipse Luitprandus *Die ac nocte in hymnis, & canticis Dei, cum clericis, & sacerdotibus in Ecclesia pernoctaret, & tanquam vnus de ministris in canticis Dei, & psalmodia se exercebat.*

Hæc

Hæc translatio corporis Sancti Patris Augustini facta fuit (Oldrado teste) pridie Kalend. Martij sedente in sancta Petri sede bone memoria Gregorio eius nominis secundo.

De illa commemorat Saccus in Chronico Papiensi, & postquā alia subindicauit à Luitprando Longobardorū Rege facta erga translationem tanti doctoris addit: Ne facile resciri possit, quo loco corpus esset, ferunt à Luitprando tribus locis effossis, structisque sepulchris; alibi deinde nocte paucis operi adhibitis iussisse corpus condidi omnibus simul sepulchris eadem nocte occlusis, vt certa corporis sede ignorata, difficilior in auum fuerit occasio eius perquirendi, recipiendique. Constructum deinde alio seculo sacellum fuit, in quo arca illa marmorea, ac celebris Augustini sepulchrū representans, ab Eremitis Augustinianis arca hæc extructa fuit, & in eorum Sacristia.

Solent sæpissimè non solum etiam communia fieri beneficia, cum Reliquiæ Sanctorum vel de nouo apparent, vel transferuntur, vt aliqui ante nos historici notarunt videntes magnam lætitiā, qua affecta fuit vniuersa Italia per apparitionem miraculosam Sanctorum Dei martyrum Geruasij, & Protasij, tuncque destructam ex magna parte Arrianorum hæresim. Eodem modo contra Pelagia-

Tēpus trāslationis. Oldrad. epist. ad Carolū Magnū.

Saccus in chro. Papiē si. lib. 10.

Tria loca aperta sūt, vt corp⁹ Augustini abscederet.

Arriani viti cum apparent, & transferuntur reliquiæ Sanctorum Geruasij, & Protasij.

Inuocatio S. Augustini lauat ægrotum.

Petrus Oldradus in epistola ad Carolū Magnū.

Rex Psalmodiaz vocabat.

Pelagianos in Ecclesia pugnabant orthodoxi, & Catholici Doctoris, cū Hierosolymis apparitio, & translatio Reliquiarum Prothomartyris gloriose celebrata est, & eo tempore obtruncatus fuit ille Goliath Ecclesiæ hostis Pelagius à fortissima Dei acie, quam Augustinus tanquam dux cœlestibus præsijs armatus ducebat. Ad rem, quando translata sunt ossa præcipui Doctoris, & primo visa in Italia tunc aduersus Orientalem Imperatorem Leonem, qui cultum diuinarum imaginum reprobabat, ipse Rex Luitprandus ex templo suo surrexit, & tū Romæ, tum in alijs locis templa exædificauit, & imagines plurimas extruxit, cultumque diuinum ad miraculum excoluit, vnde carmina in eius laudē hæc inuenta sunt in Bibliotheca vaticana.

Cultus templorum, & imaginum auctus in occidente tempore translationis S. P. Augustini.

Carmina in laudem Regis Luitprandi.

*Quando Leo cecidit misero doctore suasus  
Schismatis in foveam recto de culmine Caesar  
Tunc ego regales statui hic mihi condere Thermas  
Marmoribus pulchris Leutpran Rex, atq; colūnis:  
Sed Romam properans, postquam deuotus ad ipsam  
Perueni, atq; sacro capiti mea basia fixi,  
Sancti Anastasij seruus pius ecce repente  
Paterna de sede meo hanc in pectore Chryste  
Præclaram fundare domum sub culmine monstras  
Talibus vnde meas tendens ad sidera palmas*

Voci-

*Vocibus oro Dei fili pro plebe fideli  
Qui regis Angelicos catus, qui cuncta gubernas,  
Fac precor, ut crescat mecum catholicus ordo,  
Et templo concede isti, ut Salomoni loquutus.*

Et ipso sancti martyris Anastasij templo nõ dissimilis argumenti leguntur hæc etiam in laudem Luitprandi;

*Ecce domus Domini perpulchro condita textu  
Emicat, & vario fulget distincta metallo  
Marmora cui preciosa dedit, museumq; colūnas  
Roma caput fidei, illustrant, quam lumina mundi  
Euge auctor sacri princeps Leuprande labores  
Te tua felicem clamabunt acta per animum  
Qui propria gentis cupiens ornare triumphos:  
His titulis patriam signasti deniq; totam.*

Pro corona rerum ab ipso rege gestarum in epitaphio insculpta fuit Ecclesia illa beato Petro dicata Papiæ, & miraculosa summi doctoris Augustini translatio ad ipsam; sic enim versus extabant in eius sepulchro:

*Flavius hoc tumulo Luitprandus conditur olim  
Longobardorum Rex inclytus, acer in armis  
Et bello victor sutriumq; Bononia firmant  
Hoc & Areminum nec von inuita spolti  
Menia, namq; sibi hac subiecit fortior armis,  
Roma suas vires iam pridem milite multo  
Obsessa expauit: deinceps tremuere feroces*

Carmina in laudem ipsius Luitprandi ex Bibliotheca Vaticana.

Translatio S. Augustini in gestis Luitprandi locū habet illustrem.

Epitaphiū Luitprandi.

Vsq;

De vita, & laudib. S. P. N.

Usq; Saraceni, quis dissipulit impiger ipsos  
 Cum premerent Gallos, Carolo poscente iuvari?  
 Ungarus à solo hoc adiutus, Francus & omnes  
 Vicini grata degebant pace, per omnes  
 Rège sub hoc fulsit (quod mirū est) sancta, frequēsq;  
 Relligio, ut recolunt Alpes, Ecclesia quorum  
 Hunc habuit, vincente ipso, & per grandia tēpla,  
 Quæ vivens struxit, quibus & famosus in orbe  
 Semper, & æternus lustrabit secula cuncta,  
 Præcipue Petro, celesti hac sede locata,  
 Clavigero statuit Cælo quamprovidus aureo,  
 Augustinus ubi huc aliunde abductus, eodem  
 Ab Rege, & cuius doctrina Ecclesia fulget.

Aliud olim etiam epitaphium in Luitprandi sepulchro, quem magna in Augustinum deuotio fecit in mundo maiorem sic habebat;

Luitprandus Longobardorum  
 Rex inclytus obtranslatum  
 Diui Augustini corpus, templum  
 Hoc simul, & abbatiale cænobium  
 Religiosis inibi degentibus cum  
 Dote instaurauit. anno DCCXVII.  
 Hic iacent ossa Luitprandi.

Testimonium certum, & mirabile, quod Augustinus in eadem iaceat Ecclesia, Puteus est, qui aliquot annis in die festo eius superabundans totā

sep:

Aurel. Aug. Liber sextus.

232

septam perfluxit, in signum quia sicut aqua illa sordes diluit; sic sordes hereticorum ab Ecclesia effluens eius doctrina absterfit. Hæc scripta inuenies in tractatu de laudibus Sancti Patris Augustini ad finem operum eius, quæ sunt typis edita Parisijs an. MDXLI.

Puteus miraculosus.

Beatæ memoriæ vir Iordanus de Saxonia eiusdem putei meminit hisce verbis: signum quod Augustinus fuerit vena, & quasi aquæ ductus fontis æterni representatur ad eius sepulchrum Papiæ, ubi fons recentissimus ad eius tumbam hauritur, cuius aqua pro antidoto singularis gratiæ, in cuius memoriam pro posu fidelibus ministratur.

Iord. serm. 137.

Ambrosius etiam ille Coranus, qui fuit doctus, vt & multi grauisissimi eiusdem muneris viri, fratrum Eremitarum Generalis Prior inter alias beati Augustini apparitiones narrat, quod ciui Papiensi pontificali- bus, & monasticis ornatus vestibus apparuerit, eique dixerit: Si vis sanus fieri, vade, Visita corpus meum, & de aqua putei mei bibe, qui surgens iussa impleuit, & mox sanus factus eum depingi fecit in vna columna Ecclesiæ.

Sanat eum Papiensem.

Coranus in apologia or. di. Erem. c. 4.

(.?.)

Alterū Epi- taphium.

Tractat. de laud. S. P. N. Aug.

## De miraculis alijs S. P. N. Augustini.

Multitudo  
miraculorūIacobus de  
Veragine  
in vita San-  
cti Aug. si-  
ue historia  
Lombardi-  
ca Sancto-  
rum.Iacob. de  
Vorag. in  
hist. S. Au-  
gust.Deuoto suo  
succurrit in  
hora mor-  
tis.

**T**OT facta sunt Papiæ miracula per exi-  
mium Ecclesiæ Doctorem, vt infinita  
relinquerentur anathemata, siue pignora sa-  
natorum in illa eius Ecclesia, *Factumq; est vt  
tanta prædictorum pignorum fuerit multitudo, vt  
indè totum oratorium Sancti Augustini, & porti-  
cus plena essent, ita vt eundi, & redeundi impedi-  
mentum non modicum generaret: quapropter mona-  
chi necessitate compulsi ea indè remoueri fecerunt.*  
Ista sunt in Lombardica Sãctorum historia.

Et quia miracula multum in causa sunt ag-  
noscendæ sanctitatis illorū, qui nomen scri-  
ptum habent in libro vitæ; quæ ipse Iacobus  
de Voragine, & alij referunt de Patre Augu-  
stino, non præteribo; narrat igitur Iacobus;  
*quod apud Burgundiam in monasterio, quod dicitur  
Fontauetum, erat quidam monachus Hugo nomine  
sancto Augustino valdè deuotus, qui in eius scriptis  
miro desiderio pascebatur, quem etiam crebra suppli-  
catione rogauerat, vt ipsum ex hac luce migrare nõ  
sineret, nisi in die sue sacratissime solemnitatis. ipse  
igitur decimo quinto die ante festum eiusdem sic cœ-  
pit duris febribus astuare, vt in vigilia ipsius super*

hu-

*humum tanquam moriens poneretur: ecce plures de-  
cori, ac fulgentes viri amicti albis Ecclesiã dicti mo-  
nasterij processionaliter intrauerūt, quos sequebatur  
quidam reuerendus pontificalibus insignitus; quidam  
autem monachus in Ecclesia consistens hoc vidēs ob-  
stupuit, & quinã essent, vel quo pergerent inquisiuit,  
cui vnus eorum dixit, quod sanctus Augustinus esset  
cum suis Canonicis, qui ad deuotum suum morientē  
pergeret, vt eius animã ad regnū gloriæ deportaret.  
Post hoc, illa reuerēda processio ad infirmariã ingre-  
ditur: ubi cum aliquãdo māsisset sancta illa anima  
à carne soluta est, quam dulcis amicus, & ab hostiū  
insidijs securã reddidit, & ad cœli gaudia perduxit.*

S. Aug. cū  
suis Canon-  
cis.

Narrat idem auctor sex deinceps miracu-  
la ab Augustino facta, primum de iuuenē,  
quem à diro carcere Marchionis Maleſpine  
liberauit inter alios Papienses, & linguã eius  
aridam liquore suauissimo refecit: secundū  
est de Præposito cuiusdam Ecclesię, quem ab  
infirmate trium annorum in pristinum sa-  
lutis statum restituit, & preces officij sui ves-  
pertinas ab ipso recitari iussit ante diē, quo  
celebratur in Ecclesia Catholica. Tertium,  
de Pastore, cui apparuit, & tetrum vlcus sa-  
nauit: quartum, Molindinario salutem in ti-  
bia præstitit ab ipso visus; quintum, quod in-  
uocatus liberauerit puerū à dolore calculi;

Sex Augu-  
tini mira-  
cula.

Iacobus de Voлагin. in historia de S. Aug. sextum denique de cæco habetur, cui circa meridiem apparés visum benignè dedit, pauperis hominis *oculos manibus suis tergens.*

Apparet S. Bernardo, Apparuit ipse P. Augustinus beato Bernardo Clarauallensi, dū in choro sermones eiusdē Doctoris pro recitando Canonicarū horarū officio legerentur, quod ita narrat Ep̄s Equilinus Petrus à Natalib°, *B. Bernardus vidit Augustinū Ep̄m, de cuius ore tātus imper⁹ aquarū exhibat, quod tota Ecclesia inūdabat.* Hęc ille.

Bina eius apparitio. Bis apparuit Toleti in Hispania, vis⁹ enim fuit locustā numerosam, & infestā in Tagū deiicere baculo pastoralis: qua de causa votū emiserunt Toletani, quod singulis impletur annis, & ita scriptū est in Registro Ecclesiæ Cathedralis; *Dominica in Albis; hac die est nobis obligatio faciendi processionem, usque ad monasterium Sancti Augustini ex voto facto pro locusta.*

Regist. Ecclesiæ Toletanæ. Iterū Toleti visus est: in Ecclesia enim S. Thomæ Apostoli sepeliuit ipse Augustinus, (& Sanct⁹ Stephanus Prothomartyr) deuotū suū illius ciuitatis valdè nobile, ac diuitē religionis Christianæ amatorē, Gondisalū Roderici Toletanū, dicēs altiori voce; *En quomodo suos Sancti honorēt,* narrat id (vt alios taceā) doctus Salmanticensis Academiæ Professor merito Primarius, de suo fratrum Eremitarum

rum Ordine vsquequaque meritissimus Magister Fr. Augustinus Antolines.

Aduersus locustam specialis aduocatus habetur tam in ciuitate Galadaiarensi, quam in oppidulo prope Malagoniū, vtrobiq; enim locustam diuinitus disperdidit, vt frater Hieronymus Romanus narrat; primum in centuria vndecima, alterum vero in chronico Ordinis Fratrum Eremitarum Hispaniensi.

Apparuit B. Pater Augustinus (vt iam diximus) beato Iordano de Saxonia, Alexandro Papæ III. Nec non beatissimæ Rittæ de Cassia, vt dicemus in historia vitæ eius; & habetur in 2. parte Chronicorum Hispaniensium Ordinis S. Dominici, quod sanctæ etiā Agneti de Monte Politiano gloriosissimus apparuerit, sicut & sancto Nicolao de Tolentino in fauorem Ordinis Eremitarum; quod Baptista Mantuanus in fastis Sancti Nicolai decantauit, ita finiens;

*Hic erat Hipponis Pastor, primordia gentis  
Qui tulit istius, Pater Augustinus Olimpo  
Tantus apud superos quantum inter sidera luna.*

Narrat Ioseph Pamphili dignus quondam Sacrista Summi Pontificis, & Episcopus postea Signinus; quod Franciscus Gonzagæ filius Mantuæ Marchio, bis ligures, & Galea-

Rom. Cæc. 2. an. 1472 in chronico ord. Erem. lib. 1. c. 34.

Aliæ S. August. apparitiones.

Bap. Mant. in vita Sancti Nicolai Tolentini.

Ioseph. Pamphili in chronico par. ordin. Erem. an. 1430.



teum Mediolanensem Ducem, aperto bello vicerit, inuocato Sancti Patris Augustini auxilio, quem sibi patronum adoptauit, & Mantuæ defensorem elegit, ac beneficij memor posteris illud tradidit hoc epigrammate;

*Vos patriæ ciues, quibus hic pater expulit olim  
Bis Ligures, latumq; dedit bis habere triumphum;  
Dum sua curriculo bis festo darentur eodem.  
Este boni, memores, & grata aduertite dona;  
Mecum huic laudes, mecum hos celebretis honores:  
Protector Patria, spes ac tutissima nostra  
Augustine parens, doctor, lux inclita sacri  
Eloquij; innumeras ogneas accipe laudes:  
Tendimus inde manus humiles, oculosq; precâtes.*

Monimen-  
to Mantuæ.

Paulo Bergo  
in Apolog.  
c. 8.

Paulus Bergomensis in Apologia religionis eandem rem narrat, hoc modo; *Illustrissimus Mantuæ Marchio Ioannes Franciscus cum ex pugna cū Philippo Mediolanēsi Duce habita bis in die festo beatissimi Augustini victor euasisset, festum iussit ubiq; celebrari, & nūc vsq; in ciuitate ipsa celebratur, oblationeq; facta, eadē die locum nostrū visitat, quod cū Canonici quidā ex Regularibus apud S. Bartholomæū collecti agrè ferrent, quod potius ad Eremitas, quā Canonicos se cōferret, is humanissimus, ut erat, ac religiosissimus respōdit; his Patribus facio ex causa; quoniā Augustini filij sunt: suo enim habitu bis mihi Augustinus, dum victoriam habui, apparuit.*

Patronus  
Mantuæ S.  
Augustinus  
qui bis ap-  
paruit indu-  
tus habitu  
monachali.

Ambro-

Ambrosius Coranus in Apologia Ordinis, quam dicauit Sixto quarto refert magna cū asseueratione quod Pater Augustinus mulieri cuidam apparuerit nigra cuculla, & cingulo coriáceo præinctus, eique dixerit; *Da mihi filium tuum*, quæ cum respondisset nolo tibi dare, quia volo ipsum pro me, sanctus doctor ait, ipsi mulieri; *Domina ego volo ipsum pro me*, & visus est à materno latere filium euellere, & prope altare maius Ecclesiæ cuiusdā fratrum Eremitarum sic ipsum alloqui: *Tu apud me stabis, & successor meus eris.* Expergefacta mulier marito suo, qui priuignus erat pueri, visionem ei narrauit, & ab ipso serio admonita filium tradidit Ordini fratrum Eremitarum Sancti Augustini, qui *semper in omni ætatis suæ parte religiosè vixit, sollemnis, & famosus magister in theologia euasit, omnia istius Ordinis officia habuit, & Prior Generalis tandem dicti ordinis dignissimus fuit.*

In Apolog.  
in capite re-  
uelationū.

Miraculum  
de puero pe-  
tito à S. Au-  
gustino.

Iste dicitur  
fuisse ipse  
Coranus.

In Archiepiscopatu Toletano non parum distat ab Almagro, oppidolum Valentiola nuncupatum, vbi sacellum vetustum extat in memoriam S.P. Augustini Deo erectum; vbi mulier veterana, & summo Ecclesiæ doctori valdè deuota singulis annis festum perageret, & cereos tam in primis vesperis, quā

Singulis an-  
nis in Hispa-  
nia miracu-  
lum fit in  
die festo S.  
P. Augusti-  
ni, quod ce-  
ra ardet in  
sacello Va-  
lentiolæ, &  
non consumi-  
tur.

in tempore missæ de more ascēderet, Almagrum venit anno quodam, & accepit cereos accommodatos, vt festum Patris Augustini celebraret, qui per illud, & in vesperis, & in cæteris officij consueti exarserunt, & tandē redditi sunt Almagrum, vbi appensi, nihil ceræ, monstrante statera, diminutum inuenitur; indè singulis annis, in festo Sancti Patris Augustini (sicut à fide dignis testibus accepi, & in concionibus audiui, & authenticū esse Salmanticæ agnoui) idem miraculum; quo fit, vt olim in festo matris Domini, Romæ in Ecclesia Sanctæ Mariæ maioris, dicebat ille Petrus Venerabilis, ita dicamus in Hispania, iam diū singulis annis non defecit in festo S. P. N. Augustini *oblata Deo cereorum quantitas vsq; ad hanc nostram ætatem, & quantum deinceps Deo placuerit.*

Petrus Ven. lib. 2. de mira. c. 2.

Bibliotheca Augustini ab igni illæsa.

Basil. an. 430

Miraculo dicuntur, & rectè libri Sæcti P. Augustini per aliquem Angelum conseruati: concremata namq; fuit anno sequenti post Sancti Doctoris mortem ciuitas Hipponensis à furentibus Vuandalis, ijsq; Arrianis, quib<sup>9</sup> ipsi libri (vt certum est) aduersarij, & acerrimi hostes; ergo rectè Baronius notat quod *ipsa Hipponensis Bibliotheca illæsa permanserit, Angelica quidem, si non humana wallata custodia.*

Quan-

Quantum autem profectus ederent Augustini libri, reponere poteris inter miracula: vnde doctus ille Ferdinandus de Hispania; *Beatissimus Augustinus (inquit) velut alter Noe non arcam coaptando, sed libros componendo, mundum vniuersum periclitantem ab hereticis liberauit.*

Ferd. in sèc mon. de S. August.

Etenim, vt ipse se per scripta beati Pauli Apostoli, ita ad religionem monasticam per sua conuertit illustrissimum virum, & Doctorem beatissimum Fulgentium, vt auctor vitæ eiusdem Fulgentij enarrat, addens, quod *familiares eius, quibus ab infanzia charissimus amicus, & fidelissimus fuerat, eum imitari cupientes, ipsi quoque seculum contempserunt, & se monasteriorum gregibus mortificata voluntate iunxerunt.*

S. Fulgētius conuersus est per scripta S. August. in Plat. 363

Auctor vitæ S. Fulg. c. 3. & 4e

C A P V T VII.

*De Reliquijs S. P. N. Augustini.*

**T**Res inuenio celeberrimas Sancti Patris Augustini Reliquias, nempè cor eius apud auctores Germaniæ; brachium, de quo Chronica regni Angliæ, ac tandem Digitus

Tres Augustini Reliquiæ miraculis celeberrimæ.

in libris aliquibus Italiae; quae miraculis ornatę sanctitatem augustissimi Doctoris ostēderunt, & huiusmodi locum in hoc libro sibi meritò vendicarunt.

De corde igitur hæc accipe ex vetustis Germaniæ codicibus manuscriptis, nihil tamen à me mutatis: Nota quod Sanctus Sigisbertus Lurudunensis Episcopus, sicut legitur in vita ipsius, beatum Augustinum in maxima deuotione habuit; Deum sedulè orabat, ut aliquam particulam quandoq; de Reliquijs beatissimi præsulis accipere mereretur; quadam autem die circa horam primam cum in sua Capella pijs ad Dominum preces sudisset ante altare subitò obdormiuit; & ecce vidit in somnis Angelum Dei mirabili claritate fulgentem ad altare procedentem, & crystallinum receptaculum mirę pulchritudinis ornatum in manibus gestantem, quod cum super altare reuerentèr locasset ad ipsum dixit; Sigisberte dormis? & ille quis es Domine? cui respondit: Ego sum Angelus, qui beato Augustino quondam Hipponensi Episcopo ad custodiam fuerã deputatus; cum autem ex hoc seculo migrasset præcipiente Altissimo, cor eius accepi, & incorruptum seruauit, præsciuit enim Deus cui dare disposuerat, nec corrumpi debuit quod tam dulciter, subtilitèr, ac tam altè de Sancta Trinitate sensit: surge ergo, & tolle eximum thesaurum totius Trinitatis, clenodiũ pretiosum san-

Antiqui codices Germaniæ.

Cor Augustini donatum fuit Episcopo cuiusdam Lurudunensi.

Angelus cuius cor Augustini in cristallino vase representauit Sigisberto Episcopo.

ctę Ecclesię, fort alicium omnium tribulatorum, ac sacre Scripturę, tibi Sigisberte à Deo destinatum; cõserua nobile depositum tui Sancti traditum.

His dictis Episcopus euigilauit, & sicut in somnis uiderat, Cor crudum, & recens super altare in cristallo reperijt, sicq; gratias agens miraculum publicauit. Tunc ergo populus cateruatim ad tam grãde spectaculum profluit; Præcepit Episcopus Clero, ut pro gratiarum actione Te Deum laudamus inciperent; mira res, & super omnem naturam mirabilis! cum enim Versiculum; Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Deus Sabaoth canerent: Cor in cristallo se mouere cepit, & quasi os ad laudem Dei aperuit, tanquam diceret; ò sancta Trinitas! Te dictãdo, prædicando, scribendo, canendo laudarem, si in corpore meo uiuerem: quo uiso clerus, & populus Dei laudẽ clamauerunt, & beatum Augustinum dignis præconijs extulerunt dicentes; ò sancte Augustine lumen Ecclesię ora pro nobis.

Cor Augustini se mouere cepit, ubi decantatum est illud Sanctus, Sanctus, Sanctus, in canticò Te Deum laudamus.

Singulis quoq; annis in festo Sanctę Trinitatis, cū Missa canitur, & cor super altare ponitur mox omnibus intuentibus se cor mouere incipit quasi piscis in aqua, & sic inoleuit ex institutis Romanorum Pontificum, quod semper in festo eius canitur præfatio de Sancta Trinitate.

Miraculum singulis annis eodem festo Trinitatis.

Librum etiam inueni prælo datum Agnaniæ anno Domini M. DIX. Panis quotidianus

Historia  
Cordis S. P.  
Aug.

inscriptum, & eum quicumq; voluerit in Bibliotheca Regalis monasterij Sancti Laurentij inueniet apud Scoriare, qui post bonam S. P. Augustini mentionem laudē eius propter cor, ita profequitur: *Id ipsum Cor in præfatione, cum dicitur Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Deus Sabaoth, exultare cernitur.*

Liber, qui  
Panis quotidianus  
inscribitur, vbi  
de Augustino.

Germanus est etiam beatæ memoriæ vir Iordanus de Saxonia & sincerę mētis auctor, atque idem miraculum de corde S. P. Augustini confirmat, & dilucidat hisce verbis: *Secundum probatissimorum virorum auctoritatem in tota Ecclesia, fide digna famatum est, quod cor istius inclyti doctoris in uno cristallo inclusum, quoties sancta Trinitas corā eo nominabatur, vel liber eius de Trinitate expādebatur, cor ipsum quasi vitaliter, & intellectualiter exultabat cuius simile de nullo alio sancto dicitur, vel legitur. Bene legitur quod ossa Helisei post mortē eius mortuum suscitauerint, & quod in corde Ignatii post mortē eius literę aureæ per totū apparuerint, quę non nisi nomen IESV ibidē in scissuris omnibus representauerunt, prout in vita eius legitur & quod ossa Nicolai, & Catherine post mortē riuos olei emanauerint: sed his omnibus videtur mirabilius, quod cor Augustini post mortem habuit motus vitales, imō quasi intellectuales exultando ad præsentiam verborum Sanctissimę Trinitatis dictorum,*

Iordanus de  
Saxonia sermo  
249.

De nullo  
sancto simili  
legitur.

rum, vel scriptorum, super quo stupendo miraculo cadit quæstio, utrum talis motus causaretur immediate à præsentia diuina, vel per aliquam subiectam creaturam? ad quam quæstionem sine temeraria assertionē, & præcipiti determinatione per modum inquisitionis potius videtur probabiliter posse dici, quod illa motio cordis Patris Augustini fuit immediata à Deo, & non per mediam creaturam, & cæc.

Frater Hieronimus Romanus, quem librorum heluonem appellare rectè possum, in Annalibus non impressis Ordinis Fratrum Eremitarū vbi agit de S. Augustino fateretur librum vetustum à se repertum in monasterio Sancti Augustini Lusitanicę de Turribus veteribus appellato, in quo manuscripta erat vniuersa historia Cordis S. P. N. Augustini, quam tangit in Cæturia sexta prælo data, & repetens fermè omnia supra dicta in chronico eiusdem Ordinis fratrum Eremitarum Hispaniensi sic addit: *Notandum ex historijs illustribus, ac veris nunquam in Ecclesiā, vbi cor S. P. N. Augustini erat, ingressum fuisse hunc hæreticum, vel enim intus moriebatur, vel in limine cadebat: hac de causa depingi solet Augustini cor in vase pulchro super altare, ante quod multi iacent hæretici consternati, & emortui.*

Quæstio  
cula de cor  
de S. P. N.  
Augustini.

Historia de  
corde Aug.  
manuscripta  
Salmantici  
cæ.

Cent. 6. an.  
51.

1. p. Chron.  
nic. c. 35.

Cor Aug.  
depingitur

R. D. F. Au-  
gust. de se-  
lu attulit ex  
Germania  
Cor ferreū  
contactum  
vero cordi  
S. Augusti-  
ni.

Reuerendissimus, ac illustrissimus Domi-  
nus D. Fr. Augustinus de IESV archipræsul  
ac Dominus Bracharensum, Hispaniarum  
Primas, Ordinis Eremitarum decus eximiū,  
& magno Christianæ religionis zelo prædi-  
tus, à Summo Pontifice Gregorio XIII. mis-  
sus fuerat in Germaniam vices Generalissi-  
mi Prioris Ordinis eiusdem Eremitarum ge-  
rens, vt omnes ibidem Eremitas visitaret, &  
ad normam reduceret melioris frugis, qui,  
vt ipse mihi narravit, in magno Ordinis mo-  
nasterio vrbis Monaci, inter reliquias tuber-  
culum inuenit, his ornatum literis; *Cor Au-  
gustini.* Exultans igitur, & toto feruens ani-  
mo, interrogatus est à Religiosis, vtrum ali-  
quid vellet ex illo sacrario, qui pectoris votū  
adsignificauit, & illud videre inuolucrū cor-  
dis Augustini lætātèr petiuit: illud ergo pig-  
nus accepit, & secum adduxit in Lusitaniam:  
cor enim paruum erat ferreum aurea virgu-  
la circumdatum, & in pergamineo confixum  
adiunctis literis; *Cor contactum vero cordi San-  
cti Augustini, quod ferreum, propter nimiam eius cō-  
stantiam; aureum, propter inflāmatam charitatem.*

Verba in ho-  
nore Cor  
dis S. P. Au-  
gustini.

Ex hoc supra relato tam præclaro testimo-  
nio patet illam Ecclesiam visitari solitam, in  
qua Cor erat Augustini: nam deuotionis er-  
go

go reportabantur illa pignora cordi vero Sā-  
cti Doctoris contacta, & indè fortassis ino-  
leuit, vt in omnibus fermè mundi partibus  
cum corde depingatur in manu, cuius pictu-  
ræ rationem dedimus aliam. Nec sine mag-  
na ratione pro insignijs Augustini cor istud  
habetur: vnde quidam,

*Gentis Eremicola Pater Augustinus amore  
Diuino accensus Christum meditatus, ab illo  
Fonte capit plagas, ex illo fonte sagittas,  
Nobile stemma suis, qualis qui tertia Cæli  
Limina conscendit raptus, cui gloria Christi.  
Stigmata.*

Ad illa vide ntur hæc carmina respicere, quæ  
Ioannes Maburnus, siue Mabuenus, Ordinis  
Canonicorum Regularium, in suo Roseto  
sic interserit: *Tractare possumus Augustini laudes  
item per questionem; vtrum Deus omni virtute eū  
ornauerit, & adeò cor eius charitate vulnerauerit,  
quod stigmata Christi, sicut Paulus, vt Bonauen-  
tura ait, portauit.*

Nec ista laus parua est, aut indigna, si Bo-  
nauētura eam asseruit, vt enim à vase liquo-  
res, ita saporem accipiūt ab auctore suo sen-  
tentix, quod scilicet stigmata Christi, sicut  
Paulus, noster Doctor in corde gestauerit; &  
non in aure foramen, sicut mos erat seruis  
inter

Augustinus  
depingitur  
cum corde  
in manu.

Emmanuel  
Correa 2. p.  
hist. s. Ioa.  
de Sahagū  
per Petrum  
de Mariz. c.  
vltim.

Ioan. Ma-  
burn. tit. 20.  
ad finem.

Augustinus  
gestauit a-  
moris fig-  
num in cor-  
de.

Florent. li. 5. de instit. Christ. cap. 11.

inter Hebræos, sed in corde vulnera sagittarum haberet in apertum amabilis seruitutis signum, quod Florentius ille inter Batauos olim gloriosissimæ memoriæ amorem vocat in meritum; *in perpetuum tecum ipse diligenter animaduerte* (ait ipse) *quod Diuus Pater Augustinus eundem ipsum fidelissimum sui amatorem Dominum I E S V M tam ardenti vicissim amore complexus est, ut cor illius dilectionis iaculo transfixum legatur contigisse.*

Bulla Sixti III. quæ est in archiuis Eremitarû Salmaticæ.

Nec desunt miranda testimonia, quod insignia Augustini sint cor eius, quem admodum beatæ Catharinæ Martyri Rota nouaculis instructa; postquam enim monasteriû illud Sanctæ Catharinæ de Badaya, quod antea fuerat Ordinis Hieronyminiani, per Bullam Summi Pontificis Sixti III. datam Eremitis Augustinianis Castellæ anno Domini MCCCCLXXII. decima die Octobris, ab ipsis Eremitis inhabitatum est, statim inueniri cœperunt, & adhuc hodiè facilè inueniuntur lapides, & Rota nouacularum, & corde hominis opere miro intercisi, docentes quantum Deo placeat, ut loca religiosorum cultui dicata ab alijs inhabitentur, & magna sit Augustinianis deuotio erga martyrem sanctissimam Catharinã Augustino simi-

Cor Aug. in petris in eium.

similem; ut enim ille inter viros, exceptis Apostolis, sapientissimus: ita hæc, excipio Deigenitricem, inter fœminas: quod beatæ Gertrudi reuelatum quodammodò fuit: in die namq; festo S. P. Augustini perponderas istud; *Non est similis illi, &c.* Sanctam vidit Alexandria Martyrem omni gloria circumdatã in Cœlo, ante quam quinquaginta oratores virgas aureas quasi victi proijceret, & ei gratos ob suam conuersionem sese exhiberent.

Gertrud. lib. 4. Reue lat. c. 57.

Ad cor reuertamur excellētissimi Patris, non erit absurdum illud cum chorda musica conferre, quando beatissima Gertrudes præcipuum Ecclesiæ Doctorem Augustinû *suauissimam cœli lyram* esse testatur; nec mirû, quod ante voces illas, *Sanctus, Sanctus, Sanctus, &c.* quæ sunt veluti sociæ chordæ eius, diuinitus moueatur chorda Sãctissimæ Trinitatis ipsum Augustini cor: nam, Cassiodoro teste, *tanta vocum collecta est aliquãdo in lyra sub diuersitate concordia, ut vicina chorda pulsata alteram faciat sponte contremiscere, quam nullum contigit attingisse.*

Gertrud. 4. Reuel. 45.

Cassiod. 2. Var. epist. 40.

Quando verò cor est Augustino insigne, & super ferrum habet aurum, honor Sãcto Doctori cõtigit insigniorum supremus, qui solum in scuto Godephridi Bullonij, nullus enim

Nulla insignia pefluer habere metallu supra metallu ob excellentia Godefridi Bullonij.

enim (vt dicunt) alius potest duplicatum in scuto metallum gerere, sicut ille, qui crucē auri super argenteam aream gestabat: aurū verò in corde Augustini adsignificat amorē erga fideles: ferrum verò quod fuerit in hostes fidei terribilis, vt castrorum acies ordinata.

Altera Reliquia est brachium posteritati commendatum ab Episcopo Signino D. Iosepho Pamphilo: sic enim ait: *Memini quodq; me legisse in historia quadam rerum Angliæ quod circa ann. Domini MCCCIII. Achelnotus Cantuarie Archiepiscopus Romam veniens, Papiæ Augustini Doctoris sancti brachium auri talento, & centū argenti comparauit, atq; in Angliam secum magna cū reuerentia perferens, illud in Benturia ciuitate collocauit.*

Repetit hæc Cardinalis Baronius in Annalibus Ecclesiasticis pprijs Guilhermi Malmesburiensis verbis, qui fuit eiusdem temporis, & ita scriptum reliquit; *Nuto cognomento magnus Rex Angliæ domum rediens apud Papiam brachium Sancti Augustini Doctoris centum talentis argenti, & talento auri comparatum apud Conuentriam misit.*

Tertia denique Reliquia digitus est ille miraculis clarus, de quo scribit historia Lóbardica, & ipse Episcopus Signinus in chroni-

co Fratrum Eremitarum dicens, quod *Paulus de Verona theologus, & concionator egregius in sermone, qui de oratione inscribitur, refert insigne miraculum, quod Papiæ circa corpus beati Augustini dicitur accidisse. Vir quidam nobilis genere Senensis, cum aliquam particulam corporis Diui Augustini, quam coleret habere apud se vehementer exoptaret, Ticinum profectus, à sancti corporis custode eam efflagitauit, magna vi pecunie illi proposita. Custos id se facturum recepit: sed non ausus quidquam de sanctissimo corpore detrabere, viro illi operam dare assimulans ad sepulchrum cuiusdam, qui paucis ante diebus humatus erat, accessit, illiusq; cadaueris dexterae abscissum pollicem serico inuolucrum viro illi nobili porrexerat asserens eum esse Diui Augustini digitum, quem Patricius ille reuerentè accipiens, religiosissimè colebat modo ori, modo oculis admouens, sæpe eundem sinu refouens. Nocte quadam in edibus suis non plenè dormienti Diuus Augustinus viro apparuit in luce multa, dixitq; illi: *fili quiddam apud te reliquiarum mei corporis habere credis, sed falleris; quem enim digitum veneraris non est meus, sed alterius vita sancti, vtquè re ipsa verba comprobem, manus meæ integræ sunt (vide) sed ne fides tua vana sit, accipe digitum hunc meum, statimquè ademptum dextera sua pollicem ei dono dedit, enauitque ab oculis illius.* Multa quidem*

Ioseph Pá-  
ph. ad ann.  
1477.Brachium  
S. P. Aug.Baron. ann.  
1033.Guilherm.  
Malmesbu-  
de Reb. Au-  
gust. in Nu-  
tone.Digitus S.  
Augustini.

Ubi cumq; aderat vir illé, signa, & prodigia sacro digito faciebat; quod audiens Longabardorum Rex sancti corporis custodiam in carcerem conijci iussit, voluitq; rem penitus cognoscere. Custode vero affirmante se alterius cadaueris pollicem abscissum patricio tradidisse, Rex, ubi Diui Augustini corpus asseruabatur, locum pate fieri iussit, sanctoq; corpori dextera pollicem, praterea nihil, deesse comperit; Hæc Paulus Veronensis, & eo antiquior Iordanus de Saxonia sermone LIX. de Translatione Sancti Augustini. Is digitus hodie venerabiliter asseruatur in templo nostro Sancti Augustini Montis Alcini in Hetruria præclara Italia regione. Hucusque Episcopus Signinus Ordinis Eremitarum illustri Chronista.

Iordanus de Saxonia ait; de illo Augustini  
 Iord. serm. 54. Digito vere sic miraculosè obtento, post multa tempora, mihi tâquã abortiuo una particula est collata.

## C A P V T VIII.

## De cælesti gloria, &amp; honore Augustini in terris.

Per reuelationes gloriæ S. Augustini agnoscimus sanctitatem eius.

**M**ulta huc vsq; notata sunt ad agnoscendam Augustini sanctitatem, sed gloriam eius attingamus in cælo, & honorem in terra. De gloria Sancti Doctoris scriptum habemus ante

ante libros Moralium Sancti Gregorij Papæ; quod Tagio, aliàs Taio Cæsaraugustanus Episcopus pro inquirendis eiusdem libris in Ecclesia S. Petri Romę vigilaret, & circa mediam noctem in ipso feruore orationis persistens totam videret Ecclesiam immenso lumine repleri: deinde prospexit magnam reuerentiam virorum, niveis vestibus indutorum multitudinē, ianuam Ecclesie ingredientē, & deceti ordine binos, & binos ad altare S. Petri tēdentē. Cūq; nimio terrore perterritus, de loco in quo stabat, se mouere non auderet, ecce vidit duos ex eis de cætu illorū egressos ad se veniētes; ex quibus vnus dulciter salutans eū, percontatur quis esset, unde, & cur venisset, & cur ea hora ibi vigilaret; Episcopo vero ad singula respondente, totaq; itineris sui, & orationis causam referēte; is qui aduenerat, digitum protendēs: in scrinio (inquit) illo, quod cernis continētur libri, quos queris. Tūc vero Episcopus fiducia sumpta: Obsecro (inquit) mi Domine, ut mihi seruo tuo pandere digneris, quenā sit illa, quā cerno, tam præclara virorū processio? Protinus ille respondens: Duo, inquit, illi, quos præcedētes, seq; inuicē manu inserta vides cōplectentes, B. Apostoli sūt Petr<sup>o</sup>, & Paul<sup>o</sup>: reliqui vero, quos post eos cernis stātes, ipsi sunt successores eorum, huius Apostolicæ Sedis Pōtiffices. Et eodem ordine, quo eos in episcopatu sunt sequuti, etiam nunc eos sequuntur. Et sicut

Miraculum de inuentione librorū Moralium S. Gregorij relatum etiam apud Concilium 7. Toletan. in fine.



hanc Ecclesiam in vita sua dilexerunt, ita, & nunc post obitum diligunt, & frequenter eam inuisere veniunt. Tunc Episcopus, Oro, inquit, mi Domine, ut dicas mihi, quisnam tu ipse sis. Ille respondit: Ego sum Gregorius, pro cuius libris tanti itineris laborem sustinuidi. Ideoq, nunc veni, ut tua satisfacerem petitioni: tunc Episcopus, inquit, Obsecro Domine mi, si hic est, mihi dicas quisnam istorum est beatus Pater Augustinus, cuius libros non minus quam tuos dilexi. Respondit; beatum Augustinum virum excellentissimum, de quo quaris, altior à nobis continet locus. Hæc dixit statimq, cum socio, qui secum venerat ad castrum aliorum redijt. Postea vidente Episcopo omnes simul ad altare beati Petri reuerenter submissis capitibus inclinantes, eodem quo venerant ordine, ianuam Ecclesiæ repetierunt, & cum lumine, quod prius viderat, recesserunt.

Hæc narrat, & ponderat Baronius sequens descriptionem in appendice ad septimam Synodum Toletanam, & laudem Augustini recensitam à Sæcto Gregorio sic affert; *Vir ille clarissimus, & omnium expectatione gratissimus Augustinus, quem quaris alius à nobis eum continet locus.* Ita ipse, legendum putans pro altiori loco, alium, & sequentem præstans rationem; *Quod enim non nisi, qui in eâ Basilica sancti*

Appendix  
ad 7. Conci-  
liū Toler.

Bar. an. 649

sancti sepulti essent, eidem dicantur apparuisse, de Augustino videtur esse responsum alio eum loco detentum: sicq, corrigendum quod habetur, altiori eum loco detentum: alioqui quo modo verum dici potuit Augustinum eminentiori loco in cælo positum, cum ipsi Apostolorum principes, & alij complures martyres Pontifices in eadem sepulti Ecclesia ea tunc visione apparuerint?

Iuxta Cardinalem Baronium, nihil ex verbis Diui Gregorij laudis, circa gloriam cælestem S. Augustino obuenerit; quando legendum putat alius à nobis eum continet locus; quod scilicet non nisi ex Sanctis in Basilica Sancti Petri sepultis miraculosa processions apparitio facta fuerit, & de Augustino responsum in alio eum loco sepultum; veruntamen, relatio huius miraculi ante libros Moralium Sancti Gregorij secūdam codices antiquiores non dicit illos solum Pontifices qui sepulti erant in Basilica S. Petri in illa processione: sed successores eius in Apostolica sede; qui potius videbantur non esse in Basilica, sed ad ipsam aliunde venire nempe ab ipso cælo lumine gloriæ circumdati quo cum Ecclesiæ ianuam ingressi sunt, ac postea eandem repetentes qua venerant, recesserunt. Et certè, ut notat Onuphrius aduersus Platinam

Relatio huius miraculi in antiquis operibus S. Gregorij. Pluris fit.

Onuphian-  
notatione  
ad Platina  
in S. Grego-  
rio magno.

dicentem Sanctum Gregorium sepultum fuisse in Basilica Petri, ipse Summus Pontifex Gregorius magnus conditus est in extrema porticu ante Basilicam Sancti Petri Apostoli prope secretarium, quod nunc dicitur sancta Maria de febre.

De cœlesti  
gloria inte-  
ligendus est  
D. Gregor.

Verior ergo est lectio Romanorum codicum, quæ nihil mentionis facit in illa processione de loco in quo erant Pontifices illic apparentes sepulti, nec de sepultura Augustini quærebat Cæsar Augustanus Episcopus, sed si esset aliquis ex illis multis antistitibus ante se luminosa gloria fulgentibus: hinc non est incongruum legere cum ipsis Romanis codicibus; *altior eum à nobis continet locus*, ut scilicet de altiori cœli loco Divus Gregorius loquatur, & excellentiam comprobet Augustini: sic communiter intellexerunt omnes hæc verba, nam, & qui fecit scholia in libros Divi Gregorij, quibus utimur apposuit è regione; *In domo patris mei mansiones multe sunt*.

Ioan. 14.

Episcopus  
Cæsar augu-  
stanus non  
quærebat  
de Augusti-  
no, nisi post  
Petrum, &  
Paulum.

Nec ex verbis S. Gregorij sic acceptis inferri potest Augustinus eminentiori loco positus in cœlo, quam ipsi Apostolorum principes; nam S. Gregorius expressis verbis illos nominavit, & à reliqua magna multitudine separatos ostendit se inuicem manu inserta complectentes. Cum reliquis verò pontifici-

tificibus, seu cum ipso Gregorio, ut non potestate comparandus, ita meritis non est incomparabilis, qui post Apostolos, *secunda dispensandi verbi Dei primus resulsit gratia*: vnde benè, & singularitèr inter Sanctos *lux Doctorum*, habetur, *malleus hæreticorum firmamentum Ecclesie, summum vas scientie*, atque, ut est, in Hymno, *Summum decus Prasulum*.

Et quemadmodum Ioannes Euangelista, beatissima Magdalena, & reliquæ Mariæ martyrij mortem non subierunt, quia eis amoris vulnera prope crucem suscepta sufficentissima ad præmiũ martyribus equale, sic Augustino, etsi martyr non fuit, futurus, nisi Deus ipsum à Donatistis, & alijs hæreticis expetitum diuinitus liberaret, præmiũ, & locum in cœlis habet æqualem martyribus, & quantum magis excellentior anima corpori, tanto excellentius ei vulnerum genus, quibus affectus ait Deo; *Sagittaueras tu cor nostrum charitate tua*.

Ad gloriam Sancti Patris Augustini pertinet illa visio Alberti Brixie, narrat enim Sanctus Antoninus quod; *Apparuit ei Augustinus, & Thomas: Augustinus dixit equalis mihi est in gloria, sed me precedit in virginitate, lapis pretiosus in pectore est bona intentio, quã semper habuit de Deo, torques ad collum obedientia*.

Antiphon.  
in laudè Au-  
gust.

Qui fuerunt  
ad pedè cru-  
cis Christi  
no passi sunt  
aliud marty-  
rium.

9. Conf. 2.

Anto. in ser-  
mone de S.  
Thoma de  
Aquino.  
Apparuit si-  
mul cum S.  
Thoma.

Hist. L'ob.  
Augustinus  
non appa-  
ruit alios  
sanctos vi-  
denti.

Historia Sanctorum Lombardica, Fertur quoq; (ait) quod dum quidam vir sanctus in spiritu raptus sanctos in gloria conspexisset, & beatum Augustinum minime vidisset, quemdam de sanctis, ubi nam Augustinus esset percontatus est, qui respondit Augustinus residet in excelsis, ubi disputat de gloria excellentissima Trinitatis. Fortasse ad visionem Taionis hæc historia respicit, & ad intelligendam Augustini laudem de loco cœli altiori.

Apparet S.  
Gertrudi.

Gloria Patris Augustini reuelata legitur sanctæ Gertrudi, cum ille ante Deum visus est odorem suauissimum ex corde, & splendores sanctissimos ex ore sic emittere, ut cælum vniuersum summa lætitia perfunderet.

Gertrud. li.  
4. insinua-  
tionum di-  
uinarum.

Apparuit  
beatæ Veronice.

Id. lib. 5.  
de vita Sæ-  
tæ Veroni-  
cæ. c. vlt.

Beatissima Veronica, quæ sub Augustiniana Regula vixit in monasterio Sanctæ Marthæ Mediolanensi, permultis Sanctorum visionibus hac in vita potita, supra modum Patris Augustini gloriam commendabat à se visam, & scriptam ab Isidoro de Issolanis Ordinis Prædicatorum hoc modo: *Diuus Pater Augustinus Pontificio habitu ornatissimus, vestemq; habens interiorem rubri coloris medijs inter sanctos Nicolaum Tolentinatem, & Guibermum sacerdotali more indutos, coronatosq; præcedebat, mitra, & auro, & lapidibus pretiosis nimium radiante, ediculam auream incredibili ornatu, manu gestabat,*

*gestabat, non capit humana mens, quæ fuerit ea pulchritudo, eximius splendor, præclara magnificentia. Hos primum sequebatur Eremitarum numerus copiosus; deinde Canonici Regulares albis vestibus induti, post quos turba magna Religiosorum coloris grisei subobscuri, quo pleriq; Ordines vestiuntur sub Augustini Regula militantes.*

Primi apud  
Aug. in cœ-  
lis vis. sunt  
Eremitæ.

In aliquibus supradictis aduertendus erat hic Isidorus; sed breuitatis ergo solum relatus, ut magnam Augustini gloriam, tum ob gesta erga Catholicam Ecclesiam proueniētē recēseam; tum ob multitudinē Sanctorū, qui sub eius Regula militarunt in hac vita: *Cuius sectatores* (ait ipse Isidorus de Issolanis iuxta visionem beatæ Veronicæ) *diuersorum Ordinū Religiosorum numerum excedere videbatur.*

Magna est  
Augustino  
gloria prop-  
ter regulā.

Isidorus de  
Issolanis in  
vita S. Ve-  
ronicæ, lib.  
5. c. 14.

Ad honores venio, quos habuit in terris, & templum ei, licet Confessori iam à sanctissimo viro Roricio Lemouicensi Episcopo, qui in Aruernensi Concilio subscripsit anno Domini DXLI. dicatum magna cum Dei gloria primum inuenimus in Gallia; vbi Roriciij duo fratres floruerunt, quorum primus in libris Epistolarum Sancti Apollinaris est celebris; alter verò iunior, Augustino nostro deuotissimus: vterque vero auita nobilitate clarus, & Auicianæ familiæ coniunctus, pro

Templum  
quādo eius  
sub nomi-  
ne dicatū.

Fortun. lib.  
4. Carmin.

vt Fortunatus in epitaphio eorum ita canit;  
*Inuida mors rapido quamuis miniteris hia: u,  
 Non tamen in Sanctos iura tenere Vales:  
 Nā postquā remeās domuit fera tartara Christus  
 iustorum meritis sub pede victa iaces.  
 Hic sacra Pontificum toto radiantia mundo  
 Membra sepulchra tegunt, Spiritus alta colit.  
 Ruricij gemini flores, quibus Anciorum  
 Iuncta parens tali culmine Roma fuit,  
 Accumulante gradus prae nomine sanguine nexit,  
 Exultant pariter, hinc auus, inde nepos.  
 Tempore quisq; suo fundens pia templa patrono,  
 Iste Augustini condidit, ille Petri:  
 Hic probus, ille pius, hic serius, ille serenus,  
 Certantes pariter quis sibi maior erit:  
 Plurima pauperibus tribuentes diuite censu,  
 Miserunt caelo quas sequerentur opes;  
 Quos spargente manu redimentes crimina mundi  
 Inter Apostolicos credimus esse choros,  
 Felices, qui sic de nobilitate fugaci  
 Mercata in caelis iura senatus habent.  
 Quatuor assignatae sunt Augustino festi-  
 uitates in Kalendario Romano, prima, & se-  
 cunda Translatio, haec vigesima octaua Fe-  
 bruarij, illa verò vndecima Octobris, Con-  
 uersio quinta die Maij, & vigesima octaua  
 Augusti mensis, natalis eius in caelesti patria;  
 Qua,*

Quatuor  
Augustini  
festiuitates:

*Qua, ne quis operibus seruilibus incumberet, sed tan-  
 quam diem vnius Apostoli coleret, cautum fuit bul-  
 la Alexandri Papa Sexti, primo anno sui Pontifi-  
 catus, Venetijs apud Registrum Patriarchale, &  
 Tridenti apud Augustinianos Eremitas custodi-  
 ra.*

Officiū an-  
tiquum or-  
din. Erem.

Missam in honorem Patris Augustini iam  
 in libro Sacramentorū Sancti Gregorij Mag-  
 ni, & praefationē etiā propriam videmus ita  
 se habentem. *Aeterne Deus, qui beatum Augusti-  
 num Confessorem tuum, & scientia documentis re-  
 plesti, & virtutum ornamentis ditasti, quem ita  
 multimodo genere pietatis imbuisi, ut ipse tibi, &  
 ara, & sacrificium, & Sacerdos esset, & templum.*

Missā in ho-  
norem San-  
cti Aug.

Lib. Sacra-  
ment. S. Gre-  
gor. die 28.  
Aug.

Dantur etiam in antiquo Sancti Gregorij  
 Antiphonario, propriae in laudem eiusdem  
 Sancti Augustini antiphonae sic incipientes;  
*Dicit Dominus, sermones mei, quos dedi in os tuum,  
 non deficient de ore tuo, & c.*

Antiphonae  
S. Augusti-  
ni in Anti-  
phonario S.  
Gregorij.

Ex ipsius Cantico *Te Deum laudamus*, sumit  
 Ecclesia preces, quibus se munit in officijs  
 Horae primae, & Completorij, vt notat Iaco-  
 bus de Valentia, & praecipuum Doctorem,  
 primumque post Apostolos, & singularem  
 post Paulum nemo eum denegat, quem Pe-  
 trus cognomento Venerabilis contra illos  
 allegans impiè docentes viuorum beneficia  
 nihil

Doct. Ec-  
clesiae post  
Paulum sin-  
gularis.  
Jacob. de Va-  
lent. in Cae.  
Te Deum.

Petrus Ven.  
lib. 1. epist.

nihil prodesse defunctis ita nominat; *Gloriosus* Verò, ac post *Paulum Apostolum*, singularis *magister Ecclesie Augustinus*, &c.

Omnes sapientes (ô felicitatem, & honorem!) eo posteriores, ideò se natos gaudent, ut vnum attendant, & audiant Augustinum, cumque non adsequutos, sed sequutos se fuisse gloriantur. Audi vnum illorum, & nõ vltimum, Rupertum in Euangelium beati Ioannis præfantem; *Igitur alta mysteria, que in hoc splendore Euangelij, velut aquila grandis peruolauit magnus Doctor Augustinus, nos eadem quidem via, sed non omninò eisdem vestigijs subsequi eritemur: nam ille quidem alta montium peruolat cacumina; nos interdum, & circa radices imas occupabimur; ille præcelsæ arboris superiora quæq; poma carpere festinat; nos terra quoq; proximos, quos paruulis reliquit, attingere conabimur Euangelica literæ ramusculos.* Hæc ille, & lepide procedit ex sententia, nam (vt finem faciam) S. Gregorius Papa in exponendo Euangelio secundum Marcum, Hieronymus secundum Matthæum, Ambrosius excellit secundum Lucam, Augustinus verò secundum Ioannem.

Honor magnus, quod omnes Doctores, qui venerant post Augustinum, eum sequuntur. Rupert. in præf. super Euang. Ioannis.

## CAPVT IX.

*Ostenditur Augustini sanctitas ob Regulã, & multos Ordines sub ea militantes.*

DE Regula Sancti Patris Augustini plurima scripsimus in quarto libro; nunc ad tractandam Augustini eiusdem sanctitatẽ, aliqua repetemus, & Ordines præcipuos sub ea Deo seruientes, quam Innocentius Papa huius nominis secundus ita commendat; *Perniciosam consuetudinem quarundam mulierum, quæ licet neq; secundum Regulam beati Benedicti, aut Augustini viuunt, sanctimoniales tamẽ vult go censerì desiderant, aboleri decernimus.*

Innocentius 2. commentat August. Regulam.

Cap. Perniciosã. 18.9. 1.

In hoc loco, vel alijs iuris, ne putes vetustiore, aut excellentiore Sancti Benedicti regulam esse, quam Augustinianam; quia scilicet illa prius nominatur: non enim agit ibidem Pontifex de antiquitate, vel excellentia, sed tantum vnam, vel alteram Regulam assignat ad solemnem fœminarum professionem, & satis notum Augustinianam prius institutam, priusq; approbatam, vt illustrissimus R. E. Cardinalis Ioan. Baptista Cicada scripsit, dicens, *Omnes Regule ante Concilium Lateranense censebantur esse vere approbatæ. C. fin.*

Prior locus in iure non arguit antiquitatem.

Relatio pro Regula S. August. impressa Venetijs. anno 1584.

de Religiosis domibus, & notat Glossa in verbo *Precessit, in capite unico, S. penultimo, eod. titulo lib. 6. pro quo etiam textus in capite parsimoniam ubi notant omnes 41. dist. & in l. 1. de collegijs illicitis. Item censetur approbata Regula S. P. N. Augustini ante Benedicti Regulam, cum fuerit instituta ante illam per centum annos, & ultra.*

Regula S. Augustini antiquior est Benedicti.

Excellentia huius Regulæ ex sapientia, dignitate, sanctitate, & antiquitate auctoris Augustini colligunt alij, & animi pulchritudinem, votorumque perfectionem admiratur, de quibus agit; hæc eius miracula nos addimus, in laudem maximam. Legimus in actis S. Vualdi Canonici Regularis, & Episcopi Eugubini, quod postquam in monasterio Portuensi Apostolicę institutionis canonem, vel regulam hanc S. Augustini, per tres menses, exemplo seruorum Dei didicit, eam secum attulit, sed ex obliuione prope iter in nemore reliquit, ubi se tradiderat quieti; cumque plueret mirandum in modum, & regredi opus esset pro codice Regulæ derelicto; *Valde formidare cepit, ne aut illa pluuia codicem corrumpere, aut aliquis viator eum asporteret; redijt vero ad locum, ubi codicem reliquerat, & eum iuxta viam positum nec ablatum reperit, nec ullis pluuie aquis madefactum.*

Surius in vita S. Vualdi die 16. Maij.

Pluuia non madefacit codicem Regulæ.

Patri-

Patribus Ordinis seruorum ipsam Deigenitricem legimus apparuisse, ipsos adhortatam sub Regula Dni Augustini victores esse; quem admodum liber declarabat apertus.

Michael Florétinus in chronico seruorū in princip.

Denique Sancto Norbertho Præmonstratentium institutori (vt alibi cœpimus scribere, & Surius ad longum) *beatus visus est P. Augustinus, qui & auream Regulam a latere dextro illi porrexit, seq̃, luculento sermone ei intimauit, dicens quem vides ego sum Augustinus, Hipponenſis Episcopus, ecce habes Regulam, quam ego conscripsi, sub qua, si bene militauerint fratres tui, filij mei adstabant securi in extremo tremore iudicij.*

Surius die 16. Junij.

Securi crū in iudicio qui recte seruauerit regulam Sancti Aug.

Ordines sub Regula eadem militantes multos peperunt Sanctos in magnam Patris Augustini gloriam, & laudem; omnes ad certum numerum reducere non potuimus, sed magis notos, magisque florentes enaudi iuxta varios auctores, & institutionem vniuscuiusque.

Ordines sub Augustini Regula militantes.

Primus Ordo Fratrum Eremitarum S. Augustini ab ipso fundatus in Africa anno Dni CCCLXVIII. de quo Papa Leo X. ad Ægidium Viterbiensem Cardinalem illustrissimum, & eius protectorem, *Praeteris curis, que promulgate sunt mandato tibi officio, incumbentibus,*

Leo X. in bulla indulgentiarū corrigē. dat. 2. die Iulij. an. 1513.

ribus,

tibus, hac una potissima est Deoq; Saluatori nostro, ac Diuo Augustino Ordinis tibi commissi institutori, acceptior, ut fratres sub illius regula, & habitu Altissimo famulantes, eiusdem Ordinis instituta obseruent.

Secūdus Ordo Canonorum Regulariū ab ipso restauratus Augustino sub eadē Regula, post annos Dñi CCCXCV. in Ecclesia Hipponensi; per sanctum Gelasium ad Lateranensem adductus, ut diximus, ac in varias inde Catholicorum orbis Ecclesias, & congregationes, inter quas Frisionaria nunc occurrit per quendam Ioannem de Carate Mediolanensem instituta, vel aucta, quæ Lateranensis ex priuilegio cognominari meruit, si credimus Volaterrano, & has literas in Ecclesia Sancti Saluatoris legendas exhibuit;

*Saluatori Christo, ac sanctæ Spei matri Mariæ Canonici Regulares ab Apostolis primum D. q; Augustini norma sub Apostolicis regulis instituti Continuo iam pridem in hoc Cœnobio arctius Deo dicati hanc Ædem vetustate labentem restituere, anno gratiæ MCCCCI.*

Volater. in Anropol. lib. 21.

Monumenta Ecclesiæ S. Saluatoris.

Tertius

Tertius Ordo Sancti Iacobi, qui de spata nuncupatur, exordium in Gallicia per Raminum huius nominis primum Legionensem Regem, anno Domini DCCCXXVIII. accepit, & regulam S.P. Augustini ab Alexandro Papa III. ut auctor est Radefius.

Radef. in commentarijs;

Quartus Ordo Sancti Antonij captus est in Gallia à Gustono Franco viro nobili, quod ex professo narrat Hithmarus Fulco, & annum exordij testatur esse Dñi M. XCV.

Hithmarus in historia Antoniana.

Quintus ordo Equitum S. Ioannis ubique gentium splendidus, & satis notus Hierosolymis, ut notat Ciaconius anno Domini M.C.III.

Ciaconius in Paschali Papa. 2.

Sextus ordo Præmonstratētium à sancto Norbertho principium habuit, nec vlllo modo sub Benedictina Regula, sed Augustiniana (auctore Baronio) ad annū Dñi MCXX.

Baron. ann. 1120.

Septimus ordo Sancti Pauli primi Eremitæ in ossa rupe Lusitanix cœpit anno Domini M. CLXXII. per quendam Ferdinandum postea magistrum equitum Auiēsiū, adiuuante Rugerio Carthusianorum Ordinis monacho, & natione Gallo; sicut ex libro manuscripto constat Ecclesiæ Eborensis; Regulam vero sancti Augustini suscepit an. MDLXII.

Registra Ecclesiæ Eborensis.

Ii Octa-

Volater. in Antrop. libro 2. 1.

Octauus Ordo Sanctæ Crucis in Italia, de quo Volaterranus in Antropologia, & alij, suam ducit originem ab anno M. CXVII. sub Augustiniana Regula.

Nonus Ordo Teuronicorum cœpit sub patrocinio beatissimæ Virginis Hierosolymis ad an. MCXXI. Cælestinus Papa tertius donauit eisdem veste alba, & cruce nigra, subiecit verò Regulæ Sancti Augustini, ait Baronius, an. MCXCVIII.

Baron. ann. 1121.

Decimus Ordo Vallis Scholarium, de quo Rennatus Choppinus in hæc verba; *Isti quidem Vallis Scholarium sodalities, quod Augustiniana norma regitur initium dedere Lutetiani quatuor Guilielmus, Richardus, Euerardus, & Manasses anno MCCI. confirmauit illud Honorius Papa anno M. CCXVIII.*

Ren. Chop. de iure mō. tit. 1. ar. 13.

Vndecimus Ordo Prædicatorum Tolosæ incæpit à Sancto Dominico institutus, sub Innocentio III. an. M. CC. V. Honorius III. ipsum confirmauit 20. die Decembris: anno Domini MCCXVI. auctor huius rei Ciaconius est eiusdem ordinis professor.

Ciaconius in Innocentio 3.

Duodecimus Ordo Hospitalis Sancti Spiritus in Saxia pro curandis infirmis, vt ipse refert Alphonsus Ciaconius, exordium accepit sub Augustiniana Regula per Alexandrum

Idem in Alexandro 3.

drum Papam Tertium, anno M. CC. XV.

xij. Ordo Sancti Pauli in Vngaria cœpit institui per Eusebium Strigonensem, anno Domini MCCXV, sed confirmatus est, anno MCCCVIII. auctorem habeo Paulum Morigiam in libro de origine Religionum.

Morig. de Orig. Religio. c. 54.

xiv. Ordo Dominæ nostræ de Mercede nullo modo sub Regula Benedictina, quod Vaion scripsit in suo ligno vitæ, sed Augustiniana cœpit in Aragonia anno Domini MCCXVIII. cōfirmatus est an. MCCXXX. auctor est Diagus in chronico Dominicanorum Aragonensium.

Diagus in vita S. Rai. mundi.

xv. Cruciferorum, vt Codex eius auctor graphus citatus à Choppino narrat, cœpit anno Domini M. CCXLVIII.

Choppino de iure monach. tit. 2. ar. 4.

xvi. Ordo Seruorum Sanctæ Mariæ à Philippo Florentino Ordinis Eremitarum Sancti Augustini cœpit, vt videri poterit in speculo Vincentij ipsum referente, circiter annum Domini M. CCLXXXV.

Vin. in Speculo hist. c. 22.

xvij. Ordo Sanctæ Brigittæ, qui non solū fœminas, sed viros etiam alit Deo famulantes, vt habet Morigia confirmatus ab Urbano V. sub Augustiniana regula, anno Domini MCCCLXVII.

Morig. de Orig. Relig. c. 55.



xviij. Ordo Sancti Hieronymi Pisis cœp-  
tus fuit anno Domini M. CCCVIII. sub Au-  
gustiniana Regula per Petrum Gambacur-  
tam. Auctor est Morigia.

Morig. de  
Orig. Reli-  
gio. c. 41.

xix. Ordo Sancti Hieronymi sub titulo  
Eremitarum cœpit anno M. CCCLXXV.  
iuxta scripta Pauli Morigiæ. Lupus ille His-  
palensis hunc Ordinem plurimum illustra-  
uit.

Morigia c.  
47.

xx. Ordo Cruciferorum cum Stella sub  
Augustiniana Regula florere cœpit, circiter  
annum Domini M. CCCXCIII. refert id  
Rennatus Choppinus in libro secundo de  
iure monachorum.

Chop. lib. 2  
de iure mo-  
nach. c. 22.

xxi. Ordo Clericorum Regularium, seu  
Fratrum Diuorum Hieronymi, & Gregorij  
per Gerardum cognomento magnum cœ-  
pit in Belgio, qui testor Ascentium obiit  
*plenior sanctitatis, quam annorum, anno Domini  
MCCCLXXXIV.*

Ascentius  
in vita Tho-  
mæ de Kê-  
pis. c. 9.

xxij. Ordo Sancti Hieronymi, quem alij  
à Carolo Granelli comite, alij à Redone or-  
dinis Minorum inceptum afferunt, an. Do-  
mini M. CCCCVI. auctore Morigia.

Morig. de  
Orig. Rel.  
c. 42.

xxiiij. Ordo Scopitinarum, aliàs Sancti  
Saluatoris Banoniæ sortitus est exordium,  
anno Domini MCCCCVIII. per Stephanū  
Senen-

Ciaconius  
in Gregor.  
XII.

Senensem Ordinis Eremitarum Sancti Au-  
gustini; iuxta Ciaconium.

xxiiij. Ordo Sancti Spiritus Venetijs cœ-  
pit per Gabrielem Spoletanum illustré eius-  
dem Ordinis Eremitarum S. Augustini con-  
cionatoré, anno Domini M. CCCCXXVI;  
testor Episcopum Signinum Ioseph Pam-  
philum.

Ioseph Pā-  
phil. in chr.  
Erem. ann.  
1426.

xxv. Ordo Sancti Georgij in Alga, cuius  
laus eximia beatus Laurentius Iustinianus,  
sub Bonifacio IX. cœpit à beatæ memoriæ  
viro Antonio Corratio, Episcopo Hostien-  
si, Cardinali Bononiensi, qui ad cœlum euo-  
lauit, iuxta suum epitaphium anno Domini  
M. CCCCXLV. die XIX. Ianuarij.

Morigiæ.  
Georg. in  
Alga.

xxvi. Ordo Equitum S. Michaelis cœpit in  
Gallia secundum Genebrardi Chronolo-  
gia; anno Domini M. CCCCLXIII.

Genebr. in  
chron. ann.  
1464.

xxvij. Ordo Apostolinorum genuæ cœ-  
pit per Simonem de Morazana, Ioannem,  
Nicolaum tres viros eximiæ virtutis, anno  
Domini M. CCCCLXXXIII. Regulam  
eis dedit Innocentius octauus Morigia scri-  
bit.

Morig. de  
Orig. Rel.  
c. 51.

XXVIII. Ordo seruientium pauperibus  
infirmis per virum optimæ vitæ Lusitanum  
nomine Ioannem Dei, natum in Oppido,

Autor hi-  
stor. Ioan.  
Dei.

Mons maior nouus , appellato , cœpit circiter annos MDLXXII . quod colligitur ex scriptore vitæ eius.

Genebrar. an. 1575.

XXIX. Ordo Equitum Sancti Spiritus ab Henrico tertio Rege Galliæ creatus ( vt auctor est Genebrardus anno D. MDLXXV.

Rup. Rich. in commentarijs ad Regulam Sancti Aug.

Hi sunt ordines præcipui sub Augustiniana Regula, nec silentio præterire decet alios & si nobis minoris notitiæ , aut nominis , de quibus scripsit Rupertus Richardinus, & alij xxx. Ordo Armæniorum, xxxi. Ordo Sancti Blasij. Ordo xxxij. Mulierû pœnitentiû. xxxiiij. S. Ioannis de Acre. xxxiiij. Sanctoꝝ Martyrum . xxxv. Ordo Sanctæ Mariæ de Scala, xxxvi. Sancti Lazari. xxxvij. Ordo Sancti Ambrosij, xxxviij. Ordo Dealbatorum, xxxix. Sanctæ Eulaliæ , xxxix. Ordo Pignanenſium, xli. Ordo Sancti Iacobi de alto passu , xlii. Ordo Sancti Gilbertij , xliij. beatæ Marthæ, xliij. Ordo militum Iesu Christi, in Sabaudia, Ordo xlv. Ordo Mantellatarû, xlvi. Ordo Bonorum hominum, xlvii. Fratrum Charitatis beatæ Mariæ. xlvij. Ordo Guilhermitarum corrigijs albis distinctus; xlix. Ordo vitæ communis.

Aliqui alij Ordines , qui sub regula Augustiniana.

Conclusio operis.

Huc vsque nostras explicauimus animi copias, & affectus erga patrem aureum, & augu-

augustum, imò aurum, & merum mel, Aurelium Augustinum. Gratias mecum agite, ô fratres! Dominæ nostræ Gratiarum, cui sicut magnæ matri antiqui vestibula; vnde vesta illa; ita nostra dicauius, huius operis: Qualis passerculus inter aquilas, aut cû Poeta, videmur,

..... argutos inter anser strepere olores.

Eclog. 9.

Hic nos: *multa nouimus in laudem huius* ( nempe Augustini ) *à patribus nostris elimato studio composita, & luculenter expressa; quapropter* ( Sancti Petri Damiani animum, sermonemque sequor ) *nos rudes eruditis ingerere, & inter eloquentes erubescimus balbutire.*

Petrus Damia. ser. de S. Aug.

Non igitur res meas, aut verba, sed modum, & animum attendite, quo Ecclesiæ Catholicæ submitto, & mitto hæc pauca in Gazophilatium Ordinis nostri: denique & vos valere iubeo, & vt ille suos tractatus, sic finio: *Conuersi ad Dominum Deum Patrem puro corde, & ei quantum potest prauitas nostra maximas, atque veras gratias agamus; precantes toto animo singularem mansuetudinem eius, vt preces nostras in beneplacito suo exaudire dignetur; inimicum quoque à nostris actibus, & cogitationibus*

Oratio August. in fine sermonum; est in fine octauæ tomi.

sua


De vita, & laud. S. P. N.

sua virtute expellat, nobis fidem multiplicet, mentem gubernet, spirituales cogitationes concedat, & ad beatitudinem suam perducatur; per IESUM Christum Filium suum Dominum nostrum, qui cum eo vivit, & regnat in Unitate Spiritus Sancti Deus, per omnia secula seculorum, amen.

(68)

FINIS.

Conimbrica, decimo quarto Iulij Sabbatho  
Beatissimæ Virginis Mariæ.  
Anno Dñi 1612.



INDEX RERVM.

¶ Primus numerus folium, secundus ostendit paginam.

A.

- A** Bulësis aduertitur. 152.1.  
Academia vnde dicta, 138.2.  
Academicus fuit August. 20.1.  
Academicos conuincit Augustinus. 163. 2.  
Academicorum libri Aug quãdo facti. 43. 2.  
Adeodatus baptizatur, & fit religiosus. 68. 2.  
Quando moritur, & vbi. 71. 2.  
Laudat Augustinum. 195. 1.  
Mater eius facit votum castitatis. 11. 1.  
S. Ado condemnat Faustum Lirinensem in materia de gratia, 188. 2.  
S. Adrianus Afer Ordinis Eremitarum S. Aug. 94. 1.  
Egyptius Serapion nimis laudat Augustinum. 144. 1.  
Africa ob Augustinum maior. 1. 1.  
Africa duplex. 61. 2.  
Africanorum mos in differendo baptismate condēnatur ab Augustino. 4. 2.  
Africam quando repetijt ex Italia S. Aug. 71. 1.  
S. Agnellus Ord. S. Aug. 94. 1.  
D. Alexius de Menezes in Epistola dedicatoria, & in 107. 2.  
S. Alipius conuertitur à ludis Circensibus. 137. 2.  
Ad monasticē conuertitur. 34. 2.  
Fuit castissimus. 28. 2.  
Pedibus nudis ambulabat. 60. 1.  
Sequester fuit, & mediator vs Paulinus Nolanus se traderet Augustino in monasticis. 102. 1.  
S. Ambrosius prædicat Augustino, & eum liberat à Manichæis, 19. 2.  
Baptizat Augustinū, & laudatur, 46. 2.  
Lauat pedes Augustino, 47. 2.  
Celebrat conuersionem Sacti Augustini. 61. 1.  
Induit illū cuculla nigra. 55. 1.  
Præfationem in missa fecit agens gratias pro conuersione S. Augustini. 64. 1.  
Amicum nimie diligebat Augustinus, 12. 2.  
Alium admonet de falsitate Manichæorum. 19. 2.  
Amicos acquirebat. 12. 2.

KK

Ami-

- Amicos & socios antiquos erro-  
rū commendabat Deo.* 209. 1.  
*Amigdalus arbor causat vigiliā,  
& ex ea fiebant baculi.* 61.  
1.  
*Amomum significat apud Virgi-  
lium veram Assyriorum do-  
ctrinam.* 164. 1.  
*Amor Aug. erga Deum.* 217. 2.  
*Idem erga proximum.* 136. 1.  
*Angelus an pingendus in conuer-  
sione S. Aug.* 31. 2.  
*Apparuit alijs mulieribus terri-  
bilis, Sanctæ Monicæ hilaris,*  
218. 1.  
*Angelus prædicat Aug. Conuer-  
sionem.* 218. 1.  
*Angelis optata ostenditur Au-  
gustini conuersio.* 32. 2.  
*Angeli cætus in conuersione Au-  
gustini quare?* 32. 1.  
*Angelus custodiæ Sancti Aug.  
apparuit Sancto Sigisberto, &  
ei cor attulit.* 236. 2.  
*S. Antoninus Egypti imitandus  
proponitur duobus Aulicis.*  
29. 1.  
*Pater Augustini dicitur,* 29. 1.  
*Imitandus proponitur Augusti-  
no in conuersione,* 33. 1.  
*Arborem vidit in quadam reue-  
lacione Augustinus, & intel-  
lexit quam excellens, & dul-  
cis esset Psalmus centesimus  
decimus octauus.* 132. 2.  
*Arriana hæresis multum serpe-  
bat quando natus est August.*  
1. 2.
- Arrianorum furor cessauit Me-  
diolani tempore baptismi Au-  
gustini.* 45. 1.  
*Aduersus Arrianos multa scrip-  
sit Aug.* 192. 2.  
*S. Aribuagus Ordinis Eremita-  
rum.* 105. 1.  
*Aruaspiciā abominatus est Au-  
gust.* 8. 2.  
*Astrologus fuit August.* 8. 2.  
*Auctoritas Scripturarū.* 140. 1.  
*Auctoritate, & ratione ducitur  
Aug. in studijs.* 139. 2.  
*Auctoritas Augustini,* 143. 2.  
*Auctores Religionum,* 70. 2.  
*Auctores in Augustino versa-  
tissimi.* 150. 2.  
*Auctor officij quod canitur in fe-  
sto Sancti Augustini non fuit  
Diuus Thomas, sed eo multo  
antiquior.* 145. 2.  
*Augustum à tribus diriuatur, ab  
ipso Augustinus nomen per di-  
minutionem.* 1. 2.  
*Augustinus quo anno natus.* 1. 2  
*Natus aduersus Pelagium non  
in eodem die, sed eodem tem-  
pore prænotatur ab antiquo-  
ribus.* 178. 2.  
*In Numidia natus, & valdè in-  
geniosus ponderatur.* 217. 2.  
*Traditus Ecclesiæ puer.* 4. 1.  
*Auditor, & instructus, ut primi  
Catechumeni, quot annos vi-  
xit.* 4. 2.  
*Hunc statum reliquit auditis Ma-  
nichæis.* 15. 2.  
*Quamdiu eos audivit, & auditor  
eorum*

- eorum qualis.* 16. 1.  
*Agens annos viginti non habuit  
magistrum.* 6. 2.  
*Ex quo cognouit se esse ingenio-  
sissimum, ibidem,*  
*Liber, & licentiosus in adolescen-  
tiā.* 10. 1.  
*Vbi, & quid docuit.* 7. 2,  
*Mediolanum quando venit, &  
habuit Orationem in consula-  
tu Bautois.* 17. 2.  
*Conuertitur ad fidem,* 23. 1.  
*Cogitat de statu in Ecclesia post  
baptismū sibi retinendo.* 25. 1.  
*Legit Apostoli verba, & trinam  
in eis admonitionem ad mo-  
nasticum statum.* 32. 2.  
*Conuertitur ad ipsam vitam mo-  
nasticam.* 34. 1.  
*Venit in villā Castiacum.* 38. 1.  
*Dat nomen inter Competentes.*  
41. 2.  
*Baptizatur, & quibus cæremo-  
nijs,* 46. 2,  
*Annus tam Dominici natalis,  
quàm ætatis eius, mensis, dies,  
hora baptismi.* 44. 2,  
*Confirmatur, communicat, & dat  
vltimas gratiarū actiones post  
baptisma.* 50. 2.  
*Renunciat post baptismum secula-  
ribus.* 51. 1.  
*Tondetur capite, & barba.* 53. 1.  
*Habitus induit eremiticū* 55. 1  
*De veste vnaquaque habitus eius  
eremitici.* 58. 1.  
*Monastica eius initiatio celebra-  
tur à S. Ambrosio, apud quem*
- sermo de eadem verax.* 61. 1.  
*Socios habet monachos, visita  
montes Pisanos, viuit in ere-  
mo apud Ostia Tyberina,*  
68. 1.  
*Monachus laicus ostēditur.* 69. 2.  
*Instituit Ordinem Fratrum Ere-  
mitarum, & quo anno.* 71. 1.  
*Scribit regulam viris.* 73. 2.  
*Observat ipsam regulā ante episc-  
copatum, & postquam fuit  
Episcopus.* 73. 2.  
*In montem altum secedit cum cæ-  
tum, & viginti Eremitis, ve-  
nit inde Hipponem, fit preshy-  
ter, & eadem munera procu-  
rat aliquibus eremitis.* 79. 2.  
*Ædificat monasterium in horto  
Valerij, & replet eremitis, qui  
maiori ex parte essent clerici,  
hoc est ornati clericorum or-  
dinibus.* 82. 2.  
*Fit Episcopus Hipponensis, vide  
quo anno, & qua ætate.* 88. 1.  
*Celebrabat diem ordinationis suæ  
prope diem natalis Domini,  
ut constat ex homilijs de ipsa  
Ordinatione, quæ sunt vigesi-  
ma quarta, & vigesima quin-  
ta de quinquaginta homilijs,  
vide errata, & folium.* 89. 1.  
*Reformat Canonicos, siue Cleri-  
cos seculares Ecclesiæ Hippo-  
nensis,* 91. 1.  
*Postquam multum temporis vi-  
xit Episcopus adhuc agit de  
prima canonicorum reforma-  
tione.* 92. 1.

- A* Deo doctus ostenditur, 132. 1.  
 Doctus fuit per species infusas,  
 per puerum, siue Angelum,  
 per voces Dei internas, per  
 voces nubium. 132. 2.  
 Multa patitur, 206. 1.  
 Alios sapientia, se vero vicit sa-  
 pientem ob sanctitatem, ideo  
 confertur eum aquila, qua de  
 super se ipsam visa est Eze-  
 chiel 200. 2.  
 Moritur die vigesima octaua Au-  
 gusti, circa quam ostenditur  
 conuersus sub ficu. 39. 2.  
 Quibus consulibus, & quo anno  
 Christi, & aetatis moritur. 211  
 2.  
 b. Augustinus Anconitanus ver-  
 satissimus fuit in libris Au-  
 gustini, & milleloquium in-  
 cepit sancti Augustini 150. 2  
 b. Augustinus de Terano Eremitarum  
 Ordinis, fecit eis con-  
 stitutiones. 119. 2.  
 Augustinus de IESV Ordinis  
 Eremitarum, & archipraesul  
 Bracharēsis habuit cor ferreū  
 contactum vero cordi sancti  
 Aug. 238. 2.  
 Auicenna multis seculis poste-  
 rior fuit Augustino, & ipsum  
 laudauit. 5. 2.  
 Aurelius id est aufedius, siue au-  
 rea sedis vir. 2. 1.  
 Aurelius post mortem dictus est  
 Augustinus, & a quo primus  
 iuxta diligentiam auctoris. 2. 1.  
 Aureliorum nobilitas, & insig-

nia, qua possunt attribui Au-  
 gustino. 2. 2.

Quo tempore honoratur titulo Au-  
 reliano Augustinus. 189. 2.

B.

**B** Aculus proprius Eremitarum,  
 & gestatus a propheta  
 Eliseo. 60. 2.

Baculus quid significat? 61. 1.

Quandiu durauit in Eremitarum  
 ordine. 126. 2.

Baculum pastorem S. P. Au-  
 gustini habent Eremitae Au-  
 gustiniani Valentiae. 225. 2.

Balnea frequentabat August. in  
 adolescentia. 12. 1.

Illa post conuersionem tantum  
 appetebat, quantum opus esset  
 saluti corporis. 201. 1.

Balationes, & alias multas super-  
 stitiones abstulit ex Africa,  
 165. 2.

Baptismus dari pueris sepe fuit  
 in usu: illum petiuit Augusti-  
 nus in pueritia non tamen ei  
 datus, & qua de causa. 4. 1.  
 & 2.

Baptismus Augustini celebratur  
 die quinta Maij, & quare?  
 63. 2.

Baptismi efficaciam, & miracula  
 vidit Aug. in quodam amico  
 suo. 19. 1.

Baptismalis fons in alijs multis  
 locis quare figuram pileae siue  
 vteri habet: Mediolani verò  
 sepulturae; cū baptizatus fuit  
 Augustinus? 47. 1.

Dicatus

Dicatus erat ille, in quo August.  
 baptismum suscepit sancto Ioa-  
 ni Baptista. 46. 2.

Barbarissimos dicebat Aug. vt à  
 populo intelligeretur. 66. 2.

Barbam prolixam à barbaris ac-  
 ceperunt Latini; non eam ge-  
 stauit Augustinus. 54. 1.

Barbam decenter attonsum gesta-  
 uit Augustinus, & ita consti-  
 tuit in Concilio quarto Car-  
 thaginensi gestandam Cleri-  
 cis. 54. 2.

Baronius Cardinalis illustrissi-  
 mus in aliquibus aduertitur.  
 fol. 17 p. 2. f. 39 p. 1. & alijs.

S. Bartholomaeus Ordinis Eremitarum,  
 86. 2.

B. Bartholomaeus de Canaria Or-  
 dinis Eremitarum Lusitanus.  
 107. 1.

Bautonis consulatum celebra-  
 uit Augustinus panegyrico,  
 17. 2.

Bellarmini iudicium circa veros  
 Augustini libros. 149. 2.

S. Bernardo apparuit Augustin<sup>9</sup>  
 in choro. 233. 2.

S. Bernardus vidit Angelos qui  
 monachos excitarent ad canē-  
 dum Te Deū laudamus. 49. 2.

Bibliothecam Augustinus com-  
 mendabat semper custodiri.  
 211. 1.

Bibliothecam Augustini per An-  
 gelum ille sam ab igni suspica-  
 tur Baronius, 235. 2.

Bibliothecarius Ecclesiae Roma-

nae semper erat Eremita Au-  
 gustinianus. 120. 1.

Birrus in duplici differentia fuit  
 vestis communis, & secularium  
 clericorum, quem noster ge-  
 stauit Augustinus, nec erat  
 prohibitus monachis dummo-  
 do essent clerici, si eo vellent  
 vti, vt hodie etiā gerunt Epif-  
 copi, qui venerunt ad Eccle-  
 sias ex monasterijs. 86. 1.

S. Bonauentura Ordinis S. Fran-  
 cisci non dedit habitum Ere-  
 mitis, 116. 1.

Brachium sancti Patris Augu-  
 stini centum talentis argenti,  
 & vno auri comparatum, &  
 repositum in Angliam, & vbi  
 repositum. 240. 2.

C.

**C** Alceamentis vti poterant  
 Eremitae si essent clerici,  
 & si illis noluit vti san-  
 ctus Fulgentius. 60. 1.

Candelabro templi significatus fuit  
 Augustinus ex sententia S. V. in  
 centij Ferrerij. 146. 2.

Candida vestis data Augustino  
 in Baptismo. 47. 2.

Canonici siue clerici vitae commu-  
 nis, saepe vixerunt in eadem  
 Ecclesia simul & eremita ve-  
 nientes ex eremo. 94. 2.

Non viuerebant ita strictè vt Ere-  
 mita, in Ecclesia Calaritana  
 cum sancto Fulgentio. 95. 1.

Multos vti usq; professionis di-  
 misit in morte sua Aug. 95. 2.

- Canonici regulares, & Eremitæ  
sive monachi Africæ omnes in  
stituti ab Augustino. 91. 2.
- Canonici, & Eremitæ S. Augu-  
stini venerunt Neapolim post  
Africæ destructionem. 94. 1.
- Florent vtrique in Italia. 94. 2.
- Florent in Gallia. 96. 1.
- Florent in Hybernia. 97. 1.
- In Anglia, vbi decem millia Ca-  
nonicorum Regularium mar-  
tyrum. 100. 1.
- In Hispania Canonici Regulares  
olim multi, & inter illos nu-  
meratur S. Dominicus. 101.  
1.
- Canonici & Eremitæ S. Augu-  
stini multas passî sunt perse-  
cutiones. 110. 1.
- Canonicorum duplex Regula al-  
tera S. Aug. altera Aquisgra-  
nensis concilij. 111. 1.
- Multi Canonici Cathedralis re-  
liquerunt Regulam S. Augu-  
stini. 112. 1.
- Canonici sancti Victoris in Gal-  
lia celebres. 112. 1.
- Canonici Lusitanicæ religiosissi-  
mi. ibidem. 2.
- Canonicus Ordo cœpit à tempore  
Apostolorum. 248. 2.
- Reformatus est ab Augustino iâ  
Episcopo. 91. 1.
- Canticum Moysis à viris, & fœ-  
minis alternatim decantatum  
48. 2.
- Canticum Te Deum laudamus,  
qua occasione prolatum à SS.
- Ambrosio, & Augustino, &  
quod donum in illo cernitur.  
48. 2.
- Qui celebrant illud, & miracu-  
lis exornatum asserunt. 49. 1.
- Cantari quando cœperunt Me-  
diolani Psalmi, & hymni mo-  
re Orientalium. 45. 1.
- Caputem ex textura erat cilici-  
na, & quid denotat super ca-  
put monachi 59. 1.
- Carbones desolatorij denotant in  
scriptura Sâctorum exempla.  
37. 2.
- Carnalis fuit Augustinus in ado-  
lescentia. 10. 1.
- Carnalem tentationem post con-  
uersionem quomodo vicit Au-  
gust. 41. 1.
- Carnales multi reputant impos-  
sibilem castitatem. 11. 1.
- Carnalis consuetudo præsentatur  
in corde Augustini, & multa  
dedecora suggerit. 30. 1.
- Carlomanus frater Regis Pi-  
pini monachus Benedictinus.  
110. 2.
- Carolus magnus Imperator de-  
lectatur libris S. Augustini.  
167. 2.
- Dedit Benedictinis Ecclesiâ Pa-  
piensem, vbi erat corpus S. P.  
N. Aug. 128. 1.
- Dictum eius de Augustino. 146.  
1.
- Cassianus improbatur in materia  
de Gratia, vti & sequax eius  
Faustus. 186. 2.

Cassi-

- Cassiterides insulæ vbi, & ple-  
næ habitatoribus, qui nigris,  
& monasticis vestibus, atque  
baculo utebantur. 124. 2.
- Castitatem petiuit Aug. in ado-  
lescentia, sed quam frigidè,  
13. 2.
- Duplicem agnouit conjugalem,  
& perfectiorem monasticam.  
25. 2.
- Casula, orario, calceamentis pla-  
neta, & pluuiali, & linea tu-  
nica, cæterisque vestibus clerica  
lib<sup>o</sup> non poterant vti monachi  
laici bene clerici, sive Episco-  
pi si vellent ad peragenda of-  
ficia clericalia, & ostenden-  
dum ordinationis suæ officij,  
& vt à laicis monachis di-  
stingerentur, & significarent  
se viuere in Ecclesijs, vel in  
monasterijs ordinati Clerici.  
87. 1.
- Catechismus Augustini, liber v al-  
dè commendatus à S. Grego-  
rio. 193. 1.
- Catechumeni habitus. 40. 2.
- Catechumenus fuit Augustinus,  
& antequam iret in villam  
Cassiacum, & in illa, &  
postquam ab ipsa recessit, in  
quo latè aduertitur Baronius.  
42. 2.
- Causidicus fuit Aug. 9. 1.
- Centum cellæ, & miraculum pue-  
ri mare euacuantis. 219. 1.
- Cereus in baptismo Augustini.  
48. 1.
- Cerei paschalis benedictio com-  
posita dicitur ab Augustino.  
196. 1.
- Cera non consumpta in festo Au-  
gustini vbi. 235. 1.
- Chorda musica, vnde dicta. 50.  
1.
- Sponte aliquando mouetur. 240.  
1.
- Christi merita. 24. 2.
- Christus Dominus apparet, laua-  
tur pedibus ab Augustino, atq;  
cum vocat magnum patrem.  
216. 1.
- Cistercienses tam monachi, quam  
sanctimoniales aliquibus de-  
monstrantur miraculis meriti-  
ssimi de Canticum Te Deum  
laudamus. 49. 2.
- B. Clemens Eremita celebris Au-  
gustinianus. 119. 2.
- Clerici Eremitæ in hoc Valde-  
rij cum Aug. & presbytero  
viuebant, vt Eusebius ipse re-  
means in Africam. 74. 1.
- Clerici licet fierent aliqui assum-  
pti ex exercitijs monasteria-  
libus non desinebant esse mo-  
nachi. 83. 1.
- Clericales vestes iussit Papa Cæ-  
lestinus gestari etiam à mona-  
chis, qui venirent ad seruien-  
dum Ecclesijs. 84. 2.
- Cælum triplex apud Antiquos  
Theologos exponitur. 134.  
1.
- Cælum tertium quid, & illud at-  
tigit Augustinus. 135. 1.

KK 4

Cæle-

- Cælestinus* Papa multum laudat Augustinū in materia de gratia. 186. 1.
- Cælestius* fuit impius Pelagij discipulus. 178. 2.
- Collatio Augustini cum Donatistis illustrissima res* 172. 1.
- Legebatur in Ecclesijs Africae tēpore quadragesimæ.* 176. 2.
- Extat impressa, & si nō cum cæteris operibus.* 177. 1.
- S. Columba* fuit Augustinianus magister Galli, & Columbari. 100. 1.
- Columba argentea in apparatu baptismi* Aug. 46. 2.
- Columna apparuit in cælo cum Augustinus Hippone monachus illustris.* 220. 1.
- S. Colmanus* fuit Augustiniensis. 88. 1.
- Commonitorium Augustini pro confessione fidei faciendā a reductis manichæis extat impressum vbi.* 171. 1.
- Confessiones ad quid fecit Augustinus.* 137. 2.
- Fructus illarum.* 207. 1.
- Confessor Romani Pontificis erat Ordinis Eremitani.* 120. 1.
- Concilijs multis adsuit, & multū in illis valuit August.* 196. 2.
- Concilia laudant Augustinum.* 143. 2.
- Constitutiones Eremitarum laudat a S. Antonino.* 119. 2.
- Conuersio Augustini duplex in praesentatione, prædicta a quodā*
- Episcopo Africae.* 218. 1.
- Conuersi multi ad monasticen exemplum S. Aug.* 29. 2.
- Cor in Augustini manu quid denotat?* 37. 2.
- Cor Augustini datum sancto Sigisberto.* 236. 2.
- Mouetur miraculosè, & depictū olim dicitur in altari sub quo multi emortui hæretici.* 238. 1.
- Cor ferreum contactum vero cordi Aug.* 238. 2.
- Cor Augustini vulneratum, & in petris incisum vbi.* 239. 2.
- Coronam gymnasticam adipiscitur Aug.* 7. 1.
- Corpus Sancti P. August. datum Eremitis.* 121. 1.
- Corpus S. Monicae datum Eremitis.* ibidem.
- Creationem mundi cur scripsit August. in Confessionem tribus libris.* 139. 1.
- Creaturas veluti spongiā plenā Deo cogitabat Augustinus Manichæus.* 157. 1.
- Crux Christi secta in frustra, & non diminuta.* 226. 2.
- Apparuit in monte Oliueti.* 195. 2.
- Abstulit Epbot & legalia.* 127. 1.
- Cuculla vestis est monachorum.* 98. 1.
- Curina admonetur in somnis, ut baptismum suscipiat de manu Sancti Patris Aug.* 222. 1.
- Cyrillus Alexandrinus magnificat Augustini verba illa surgunt*

*gunt indocti, & cælum rapiūt.* 29. 2.

## D.

- D**ecem discipuli S. Augustini facti Episcopi. 84. 1.
- Decem annos laborauit August. contra Pelagium.* 179. 1.
- Decimus Iustorum in sacra pagina Noe.* 2. 2.
- Dentium dolore cruciatur Augustinus, & quare.* 40. 1.
- Miraculo sanatur hoc a dolore.* 218. 2.
- Deus conuertit Augustinum ad fidem.* 23. 1.
- Familiari signo aut re eū trahit.* 20. 1.
- Prohibet Augustinum ne redeat Episcopus ad vitam Eremiticam, & monasterialem, confirmat ei vitam in episcopatu, & in corde eum alloquitur.* 91. 1.
- Deum non posse videri oculis corporeis docuit Augustinus.* 157. 2.
- Deigenitrix apud reuelationes S. Brigide laudat Augustinum.* 208. 1.
- In ecclasi protulit Magnificat.* 133. 2.
- Visa est recitare canticū Te Deū laudamus in quadam die sua ascensionis, & coronam emittere ex cælo.* 49. 2.
- Inter ipsam, & Christum Dominum depictus Augustinus qui*

*& ei deuotus.* 209. 2.

*Ipsa August. dicit regularem ante episcopatum,* 73. 2.

*Patrona est Eremitarum, & affertur inter illorum insignia.* 117. 2.

*Ante imaginem eius, qua de gratia vocabatur factum est votū ab Eremitis de recitanda vna vigilia singulis sextis ferijs.* 127. 1.

*Ei attribuunt Eremitæ suum habitum albū, & quare.* 127. 2.

*Titulum eius de gratia valde celebrant Augustiniani, & congruè.* 127. 2.

*Dialecticus fuit Augustinus illustrissimus.* 8. 1.

*Digitus Augustini miraculosus.* 241. 1.

*S. Dienysij, & aliorum conuersio.* 20. 2.

*Donatistarum superbia.* 173. 1.

*Donatistas vicit Aug.* 110. 1.

*S. Donatus Ordinis Eremitarum sancti Aug.* 171. 2.

*Donum scientiæ datum Augustino.* 199. 1.

*Dulcitius consulit Augustinum de modo quem debet habere cum hæreticis.* 178. 1.

## E.

- E**cclasis magna Augustini exponitur. 21. 1.
- Ecclesia sancti Triphonis Romæ data est Eremitis sancti Aug.* 118. 1. Itē *Ecclesia sanctæ Mariæ de Populo.* 118. 2.

- B.** Elisabeth Sconaugiensis vidit in reuelatione S. Ioan. Bapt. cū diceretur *Te Deum laud.* 49. 2.
- Episcopi** ferè 300. volunt derelinquere cathedras ob pacem Africæ persuasi ab Augustino. 174. 1.
- Episcopis** legenda necessaria in ordinatione constitutum est ab Aug. 196. 2.
- Epistola** Aug. ad Pelag. 180. 2.
- Epistola** discipulorum Pelagij ad Augustinum. 181. 2.
- Epistola** Theodosij Imperatoris ad Augustinum. 197. 1.
- Epistolæ** Bonifacij ad Augustinū, & Augustini ad Bonifacium. 223. 1.
- Epistola** Clementis 8. ad Alexium de Menezes. 108. 2.
- Eradius** Augustini successor. 94. 2.
- Erasmus** improbatur. 64. 1.
- Eremitæ** Tusciæ S. Guilhermi, de Britanis S. Ioānis Boni, ultra montani omnes Ordinis S. Aug. 114. 1.
- Vide Voces** Aug. Canonicus, Ordo, Clericus, Monachus, Vnio. Titulum Eremitarum S. Aug. eis præstitit S. Leo. 49. 2.
- Egyptius** doctor Ord. Eremitarum. 94. 1.
- Eulogio** apparuit Aug. 218. 1.
- S. Euodij** discipuli Sancti Augustini monastica conuersio. 68. 2.
- S. Eutropius** eremita fuit Augustini anus. 104. 2.
- F.**
- F** Augustus Lirinensis condemnatur, & retrahat se. 188. 1.
- B. Federicus** Ordinis Eremitarū. 126. 1.
- Felix**, & Fulgētius coabbates in Ordine Erem. S. Aug. 105. 2.
- Felicem** conuertit Aug. 170. 2.
- Fessulēses** conuertit Aug. 176. 1.
- Festiuitates** quatuor habet Augustinus in Calendario Romano. 145. 2.
- Feriæ** vindemiales quādo incipiunt Mediolani. 39. 2.
- Ficus** arbor quid denotat, & quare sub ea conuersus est Aug. 31. 1.
- Fidei** rursus conditor appellatus est Augustinus. 144. 2.
- Firmum** Manichæum conuertit. 221. 1.
- Forma** studendi consueta Augustino. 139. 2.
- Fortunium** Donatistam expugnat Aug. 172. 1.
- Fortunatum** Manichæum vincit August. 170. 1.
- S. Fulgentius** Episcopus Ruspenfis Ordinis Eremitarum sancti Aug. 91. 2.
- Conuertit** se ad monasticam, & secum alior. 236. 1.
- Emendat** Faustum. 187. 2.
- S. Gallus

G.

- S. G** Allus Ordinis Eremitarum. 100. 2.
- S. Gelasius** Papa Canonicus Regularis. 94. 1.
- Gennadius** improbatur. 151. 1.
- S. Germanus** Ordinis S. Augustini. 98. 1.
- S. Gertrudi** apparet S. Catharina Martyr. & quare? 240. 1.
- Gloria** August. 212. 1. & 242. 2.
- Gratiæ** defensor August. & Deo gratias sæpè repetebat. qd suos docuit Religiosos in Africa. 129. 2.
- S. Guarinus** Canonicus regularis. 112. 1.
- S. Guilbermus** Ordinis Eremitarum. 113. 2.
- Guilbermus** Durantus aduertitur. 87. 2.
- Guilbermus** titulo de sancto Eustachio Cardinalis, & Protector Eremitarum tempore Innocentij 4. 115. 2.

H.

- H** Abitus Monachorum niger. 122. 2.
- Habitū** Eremitarum Augustiniensium induit August. 58. 1.
- Habitus** albus Eremitarum. 125. 1.
- Canonici** siue Clerici olim inducebant vestes coloris intermedij,

ut docet Baronius tom. 4. anno 393. vtpotè auclanij, viridis, & cerulei, sed postquam monachi venerunt ad Ecclesias, habitum, siue vestes habent nigre, vel albæ lanæ sicut, & monachi suæ religionis. 125. 1.

**Habitus** conuersorum S. August. 126. 1.

**Habitum** album simul & nigrum habere quando cœperunt Eremitæ. 126. 1.

**Hæreticus** non est dicendus Aug. 16. 1.

**Hæreses** etiam futuras destruxit Aug. 168. 1.

**Hæreticos** supra omnes vicit. 169. 2.

**Hæreticorum** odium in August. 168. 2.

**Hæreticis** prodest confiscatio bonorum. 175. 2.

**Hæresis** prædestinatorum falso tributa est Augustino. 189. 2.

**Hierosolymitani** presbyteri laudant Augustinum, & condemnant Pelagium eius hostem. 144. 2.

**Helpidium** audit Augustinus, & proficit argumentis eius aduersus Manichæos constructis. 19. 1.

**Helias** fuit auctor, & inuentor zone monasticæ. 58. 1.

**Helix** conseritur Augustinus per S. Paulinum. 207. 2.

S. Hie-



S. Hieronymus fuit Cardinalis.

66. 2.

Contentio inter eum, & Augustinum de legalibus, & mendacio non admittendo in scriptore canonico. 157. 2.

Hierus Syrus vir doctissimus cui libros de apto, & pulchro Pater Augustinus dicant. 6. 2.

S. Hilarius Arclatensis Eremita Lirinensis fuit Augustini discipulus succedit in gubernatione monasterij Sancto Honorato. 96. 2.

Hipponia hodie Bona dicitur. 88. 2.

Diu seruat Ecclesiasticam disciplinam. 222. 2.

Valde expugnata à Vuandalis. 223. 1.

Hipponenses diligunt Augustinū monachum. 38. 2.

S. Honoratus Lirinensis monasterij Pater Ordinis S. Augustini. 96. 1.

Honorius imperator vocat Augustinum. 197. 1.

Hormisdas Papa laudat Augustinū in materia de gratia. 188. 2.

Hortensium Ciceronis legit Augustinus. 14. 1.

Humilitas Augustini & alia virtutum exempla. 205. 1.

Hybernia plena fuit Eremitis. 98. 2.

Quando vidit regulam Benedicti nam. ibidem.

I.

Iacobus Apostolus qua die passus. 152. 2.

Imago beatæ Virginis à Sancto Luca depicta data Eremitis. 118. 2.

Imagines S. P. N. Augustini. 55. 2.

Imago Domine nostræ de Nazareth. 106. 1.

Indices in opera Augustini qui fecerunt. 149. 1.

Indulgentiæ multæ datæ Eremitis. 117. 1.

Ingenium S. P. N. Aug. 5. 1.

Insidias euasit Aug. 169. 1.

Insignia mundi præcipua. 3. 1.

Insigne S. P. Aug. cor. 239. 1.

Insignia Ordinis Eremitarum. 117. 2.

Insigniorum excellentia 249. 1.

Ioachimi prophetia de inhabitatione Eremitarum in ciuitatibus. 118. 1.

Non bene scribit Canonicos Regulares fuisse inceptos per S. Ruffum. 115. 1.

Ioannis Boni fratres Ordinis S. Augustini. 114. 1.

Ioannes Andreas reprobatur. 115. 1.

Ioannes Mahurnus improbatur. 65. 1.

Ioānes Gasti<sup>o</sup> sub suo nomine prælo dedit commentarios in scripturā collectos ex Augustino per Baribolomæum de Vrbi- no. 151. 1.

Ioan-

Ioannes Mariana aduertitur.

153. 1.

Iordano apparuit Aug. 129. 2.

Iouinianus barbam prolixam gestauit. 54. 1.

Iulianus hæreticus Pelagianus contra quem Augustinus scripsit in fine vitæ. 193. 2.

Expungendus à Catalogo Petri de Natalibus. 193. 1.

Iuliani lex impia. 27. 2.

Iulianæ & alijs, scribit Augustinus aduersus Pelag. 182. 1.

Iudicij dies Augustini tempore multum reuocatus in memoriam & quare. 195. 2.

Iurgiū ihuscum quid & eo agens cum Deo utebatur Augustinus. 141. 2.

Iuuentus in trigesimo anno ætatis incipit. 18. 1.

L.

Lachrymæ in Augustini conuersione. 31. 1.

In ultimis vitæ diebus valde plorat Aug. 210. 2.

Leporius & monachus fuit. siue eremita, & cum Augustino vixit in domo episcopali. 84. 1.

Leporius Gallus circa materiam de gratia consulit Augustinū. 189. 1.

Lex peccati notabilis. 26. 2.

Libri Augustini, & multi & varijs ornati prærogatiuis. 147. 2.

In illos multi laborarunt auctores. 150. 1.

Qui de diuinatione Dæmonū, quæ de causa factus. 166. 2.

Libri soliloquiorum animæ cum ratione, prius ab Augustino facti, quam de Academicis contra Baronium notantur. 44. 1.

Liber de opere monachorum contra hæreticos non agit, ut putat ipse Baronius. 163. 1.

Libros de apto, & pulchro, & alia facta ante conuersionem ingenij sui monumenta noluit Augustinus posteritati tradere. 41. 2.

Libri Augustini ex professo omnes status docent. 193. 2.

Libris saluat mundum Aug. 236. 1.

Libri Augustini de Trinitate laudatissimi. 192. 2.

Libri de Ciuitate Dei valde utiles. 167. 1.

Prius Romæ dati prælo, quam ceteri mundi libri, & dicati sūt Sancto Marcellino Martyri. 167. 2.

Libri, siue Commentarij Augustini in Genesim probi sunt, & doctissimi. 155. 1.

Lirinenses antiqui Eremitæ Ordinis Sancti Aug. 96. 2.

Litanæ ordinatæ ad agendas gratias pro diuinis beneficij. 46. 1.

Licentium procurat Aug. monachum esse. 101. 2.

Louanienses bene meriti de Aug. 149. 2.

Luci-

- Lucidus se retractat. 189. 2.  
 Ludovicus Rex Gallorum fauet  
 Canonicis. 111. 1.  
 Ludovicus Molina aduertitur.  
 153. 1.  
 Luitprandus laudatur. 227. 1.  
 Transfert Aug. corpus ex Sardi-  
 nia. 227. 2.  
 Tria loca aperuit, cum S. Aug.  
 corpus Papiæ recõdit. 230. 1.  
 Magno zelo prosequutus est cul-  
 tum diuinum, & quo tempore  
 in Oriente ille deficiebat. 230.  
 2.  
 Duplex eius epitaphiũ. 231. 1.
- M.
- M**agia inimicus fuit Au-  
 gustinus. 8. 2.  
 Magiæ libri cremati, vt  
 constat ex versibus Aratoris  
 tempore Apostolorum. 41. 2.  
 Magalius archipræsul Numidiæ  
 ordinauit Episcopum Aug.  
 89. 1.  
 Manichæi omnium hominum va-  
 nissimi, 14. 1.  
 Manichæorum error in quo con-  
 sistebat. 24. 1.  
 Ex Manichæis ereptus Augusti-  
 nus ponderatur. 170. 1.  
 Margarita Euangelij quæ, & in-  
 uenta ab Aug. 26. 1.  
 B. Martinus Canonicus Regula-  
 ris. 113. 1.  
 Martinus Martini reprobatur.  
 152. 2.
- Marcellini modestia notabilis.  
 173. 1.  
 Marcellinus ipse martyr fuit il-  
 lustris. 177. 2.  
 Maxentius Theologus aduertitur.  
 188. 1.  
 Recipit omnia S. Augustini ad-  
 uersus Pelagium. 188. 1.  
 Mecenas Augusti, quis fuit. 9.  
 2.  
 Meditationes scribebat Augusti-  
 nus. 142. 1.  
 Meditationum librum, qui sub  
 nomine Augustini circum-  
 fertur; maculauit Erasmus.  
 64. 1.  
 Memoria lapsum fatetur Augu-  
 stinus. 18. 1.  
 Mendicantes erant Augustinia-  
 ni, tempore Augustini. 76. 1.  
 Mendici letitiam suæ proponit  
 anxietati Aug. 138. 1.  
 Mersio Augustini, & confessio  
 trina in baptismo. 47. 1.  
 Mensa Augustini parca. 201. 2.  
 Quod distichon in ea. 202. 1.  
 Minores S. Francisci Romæ In-  
 quisitores. 120. 2.  
 Miracula Augustini, curat in-  
 ciendum crus Vincentij cu-  
 iusdam. 219. 2.  
 Proposuit orare pro muliere æ-  
 gra & sanatur. 220. 2.  
 Duos fratres ducit ad suam Eccle-  
 siam apparens eis aspectu cla-  
 rus, & candido crine venera-  
 bilis. 222. 1.  
 Miraculo tribuitur & corporis,  
 &

- & animæ eius vigor in hora  
 mortis. 222. 2.  
 Miraculosa videtur quædam vi-  
 ctoria per orationes eius. 223  
 1.  
 Orat presbyter pro quadam vir-  
 gine ægra, quæ sanatur. 224.  
 1.  
 Quo miraculo remanet consignata  
 omnia eius opera. 224. 2.  
 Miraculosè apparet vt in hora  
 mortis ad cælos euolasse con-  
 sideratur. 225. 1.  
 Inuocato Augustino, cadens su-  
 per homines turris oppressit  
 nullum. 226. 2.  
 Miraculum cæci, quem vidit sa-  
 num ciuis Calaritanus. & cre-  
 didit ex Africa translitũ cor-  
 pus Aug. & reconditum in  
 Sardinia. 226. 2.  
 Miraculosa nauium de tentio tri-  
 buitur Augustino. 227. 1.  
 Miracula multa Augustini, cum  
 transfertur Papiam. ibidem.  
 2.  
 Miraculum corporis Sanctissimi  
 Augustini immobilis. 228.  
 1.  
 Miraculosa eius apparitio, &  
 sanatio quadraginta peregrini-  
 norum. 229. 1.  
 Miraculosa Augustini apparitio,  
 & fauor erga monachum Fon-  
 taneu. 232. 2.  
 Apparuit bis Marchioni Man-  
 tue. 234. 1.  
 Miracula sex ab Augustino fa-  
 cta. 233. 1.  
 Bis miraculosè apparuit Toleti  
 233. 2.  
 Miraculosus aduersus locustam  
 habetur in Hispania. 234. 1.  
 Miraculose multe aliæ appari-  
 tiones. 234. 1.  
 Miraculum pueri, quem Augu-  
 stinus petiuit a matre. 235. 1.  
 Monastica vita in quibus consi-  
 stit. 51. 1.  
 Monachismus Augustini multum  
 creuit. 83. 2.  
 Monachalem vitam laudat Aug.  
 90. 2.  
 Missa in festo S. Aug. valde an-  
 tiqua. 246. 1.  
 Mitra Sancti Augustini vbi est.  
 225. 2.  
 Monasterium exædificauit Au-  
 gustinus in horto Valerij. 82.  
 2.  
 Monasterium Niridanum pro-  
 pe Neapolim Ord. S. Aug.  
 94. 1.  
 Monasterium Trinitati dicatum  
 apud Centum cellas. Ord. S.  
 Augusti. 95. 1.  
 Monasterium Sancti Marci Me-  
 diolanense vetustũ in Ordine  
 Eremitarum. 95. 2.  
 Monasterium Venetiarum vetu-  
 stum. 96. 1.  
 Monasteriũ Lirinense in sua pri-  
 ma inhabitatione Ordinis fuit  
 Eremitarum. 96. 1.  
 Monasteria, quibus in locis ad-  
 ficauit S. Paulinus. 103. 1.  
 Mona-

- Monasterium seruitanum Ordinis Eremitarum, & primum Hispaniæ, quare dicitur.* 104. 1.
- Monasterium Cislansense Ordinis S. Augustini prope Toletum.* 105. 1.
- Monasterium Caulanianū edificauit S. Nuntius Africanus prope Emeritam.* 106. 1.
- Monasteria S. Augustini, Olisiponense Eremitarum, & S. Vincentij Canonicoꝝ.* 106. 2.
- Monasteria Eremitarum in Aethyopia quæ est supra Aegyptum.* 109. 2.
- Monasterium magnū Sancti Galli in Germania quando regula Augustinienſi venit ad Benedictinam.* 110. 2.
- Monasterium sanctimonialiū Conimbricense Ord. S. August.* 147. 1.
- S. Monica Neophyta.* 111. 2.
- Potest dici Patricia.* 3. 2.
- In vicina domo, ex qua venit vox Conuerſionis Augustini, pro ipſo plorabat.* 32. 1.
- Amplius ei à Deo datum, quàm petitum.* 35. 1.
- Testimonium eius de monachismo filij sui Aug.* 53. 1.
- Eius corpus datum Eremitis.* 121. 1.
- Moniales instituit Auguſt.* 72. 2.
- Eis cur miſit regulam truncato exordio.* 74. 2.
- Earum velum rubrum in Africa.* 73. 1.
- Vbi velum earundem album.* 125. 1.
- Moniales multa martyres Ordinis S. Aug.* 110. 1.
- Mortis periculum subiit Auguſtinus.* 19. 1.
- Mortificatio per quid ſignificatur.* 59. 2.
- Eam excoluit Aug.* 200. 2.
- Motianus hæreticus reprobat.* 151. 2.

## N.

- N***ebridij conuerſio.* 37. 1.
- Ipſe vocat Auguſtinum ad rus in Africa.* 80. 1.
- Epistolae Aug laudat.* 194. 1.
- S. Nicolao Tolentinatis apparuit Auguſtinus.* 234. 1.
- Maximum eius miraculum, & quod canonizatus fuit ab Eugenio quarto & adoptatus in aduocatum vnionis.* 121. 2.
- Pictura eius quare cum speculo solari in pectore, & lilium in manu.* 122. 1.
- Nomen dare quid?* 41. 2.
- Illud quando dedit Aug.* 42. 1.
- Nomen manet & si res euaneſcat.* 86. 1.
- Nudus baptizatur Auguſtinus.* 47. 2.
- S. Nuntius Ordinis S. Auguſt.* 106. 1.

## O.

Obe-

- O***bedientia quibus Apostoli verbis denotatur in conuerſione Aug.* 33. 2.
- Olaus iustitia præconoe.* 2. 2.
- Occultatur Auguſtinus ne fiat Episcopus.* 220. 1.
- Officia Eremitarum in Curia Romana.* 120. 1.
- Oleum in baptismo.* 48. 1.
- Oliua denotat supplicem, & deprecatozem.* 13. 2.
- Oratio Auguſtini ante studium.* 139. 2. ante Crucifixum. 210. 1. ante Virginem. 209. 2. in fine sermonum. 252. 1. in obſidione Hippoſenſi. 209. 1.
- Orarium quid denotat?* 87. 1.
- Oraculum gētilium falſum, quod monstrat S. Auguſtinus.* 164. 2.
- Ordo Eremitarum S. Auguſtini institutus, quando Eremitæ Egyptij declinarunt.* 71. 2.
- Ordines Apostolorum, & pauperum de Lugduno extincti, quando cepti Prædicatores S. Dominici, & Miores Sancti Francisci.* 71. 2.
- Ordines militantes sub regula S. Auguſtini.* 241. 1.
- Oriemem respiciens baptizatus fuit Auguſtinus.* 47. 1.
- Othomannorum domus, cum Austriaca orta.* 1. 2.
- S. Othmarus Auguſtinianus.* 111. 1.
- Olium quid facit?* 11. 2.

## P.

- P***enitentia exercitia.* 40. 2.
- Paganos lenitè tractat Auguſtinus.* 165. 1.
- Pallium monasticum Auguſtini, & quid denotat.* 59. 1.
- Papia vnde dicta.* 129. 1.
- Papienses à peste per Auguſtini interceſſionem liberati.* 56. 2.
- Parens Auguſtini nobilis, & probus.* 3. 2.
- Parens Auguſtini pauper, & tenuis.* 9. 2.
- Parens Auguſtini vterq; , soror ( adde filium ) omnes Sancti.* 223. 2.
- Pater in Regula S. Auguſt. pro Priore siue Abbate accipitur.* 106. 2.
- Patres sanctos in ſua doctrina ſequitur Auguſtinus.* 141. 1.
- Patriarchæ Venetiarum tres Ordinis Auguſtiniani.* 96. 1.
- Patricius Auguſtini pater vocabatur.* 3. 2.
- S. Patricius Ordinis Eremitarū S. Auguſtini.* 97. 1.
- Patrimonium vendidit Auguſt.* 71. 1.
- S. Paulinus Nolanus monachus Ordinis Eremitarum, venit in Hispaniam, & primus ibi fundat monasteria.* 101. 2.
- Modum celebrat, quo Pater Auguſtinus factus fuit Episcopus.* 88. 2.

- Eum proponit imitandum in monasticis S. Aug. 101. 2.
- S. Pauli legit Epistolas omnes S. Augustinus in conversione ad fidem. 23. 2.
- Quare prius legit Platonicas, quã sacras Apostoli literas. 24. 1.
- Quibus Apostoli verbis conuertitur Augustinus ad monasticen. 33. 1.
- S. Paulus apparet Mediolani, cū ibi Augustinus erat baptizandus. 219. 1.
- Verba eius ad Galatas exponuntur. 158. 2.
- Eiusdem Apostoli Pauli sequax fuit August. 140. 1.
- Paupertas significatur veste nigra. 58. 2.
- Quibus Apostoli verbis intelligitur. 33. 1.
- Pauperum memor erat Augustinus, & quomodo consanguineorum. 202. 1.
- Paupertatis amor August. fuit, & spreuit pecunias hominis auari. 202. 2.
- Pauperibus etiam vasa Dominica frangi, & constari iubebat. 203. 1.
- Pectoris dolore affligitur. 36. 2.
- Pelagius Hereticus Britanus, 178. 2. Fefellit Episcopos Palestine. 181. 1.
- Detrahat Augustinum, & improbat. 144. 2.
- Multa aduersus illum scripsit, & fecit Aug. 179. 1. & seqq.
- Perfectionis gradus. siue exercitia. 212. 2.
- S. Perpetua Augustini soror, & monialis. 73. 1.
- Petilianus monachorum hostis. 72. 1. Donatistarum lingua. 173. 1.
- B. Petrus Rauennas Canonicus Regularis. 112. 1.
- Petrus diaconus laudat Augustinum, 187. 2.
- S. Petrus instituit tonsuram capitis Ecclesiasticam. 53. 1.
- Nihil peccauit vtens legalibus. 160. 1. Iure reponitur in eius Ecclesia corp<sup>s</sup> S. Aug. 229. 1.
- Petrus Tripolitanus fecit commentarios in Epistolas Pauli ex libris Augustini, non Venerabilis Bedæ. 150. 2.
- Petrus Canisius aduertitur. 131. 2.
- Picrius Valerianus aduertitur. 46. 1.
- Pira furatur Augustinus in pueritia. 12. 2.
- Pisanos montes visitat. 68. 2.
- Pisani clerici magnificiunt August. 144. 2.
- Platoniorum libros legit Augustinus in conuersione ad fidem. 20. 2.
- Platonici vocabantur Emelius, & Heraclitus. 21. 1.
- S. Possidius declaratur. 82. 2.
- Fuit Eremita. 84. 2.
- Potitianus Augustini amic<sup>o</sup> narrat multa de S. Antonio. 29. 1.

Predi-

- Prædicator fuit Augustinus, & idem officium procurat suis Eremitis. 81. 2.
- Ad prædicandum electus fuit August. 208. 1.
- Prædicationis eius vis in multis visa, præcipue apud Casaream Mauritanie. 166. 1.
- Prædicatores S. Dominici magistris sacri palatii. 120. 2.
- Præparatur ad baptismum Aug. 40. 2.
- Premium martyrum habent Ioannes Euangelista, Magdalena, & Aug. 244. 1.
- Preces ab Aug. accipit Ecclesia. 246. 1.
- Primus post Apostolos in quo. 145. 2.
- Primus fuit in docendis multis. 194. 2. & alijs.
- Præuilegia Eremitarum, & aliqua eis data beneficia ab Ecclesia Romana. 117. 1.
- Processio post baptismum Augustini. 48. 1.
- Professio Eremitarum S. Aug. 119. 1.
- S. Prosper in multis laudat Augustinum. 186. 1.
- Proteus denotat veritatem. 138. 1.
- Psalmos deuotè recitauit Augustinus, & legens Psalmum 4. magnam accepit Dei visitationem. 41. 1. & 199. 2.
- Psalmos omnes esse Davidicos docuit August. 153. 1.
- Psalmos pœnitentiales recitabat
- in vltima ægritudine. 211. 2.
- Puerilis vox quare audita in conuersione Augustini. 32. 1.
- Putens Aug. miraculosus. 231. 2.

**R**egulam scripsit Augustinus. 73. 2.

Regula Aug. antiquior Benedictina. 247. 1.

Regulæ Augustinianæ sectatores plurimos in celo vidit S. Veronica. 245. 1.

Codicem, in quo scripta non magis defectu pluuiæ per miraculum. 247. 2.

Qui sub ea militauerint securi stabant in iudicio. 248. 2.

Eam quibus dedit beata Deigenitrix. 248. 1.

Regula notabilis ad intelligendam scripturam. 161. 1.

Repetitio verborum quid denotat. 32. 2.

Retractiones & speculū Aug. 207. 2.

Reuelatio vera affert certitudinem. 23. 1.

Reunio Augustinici sui cum Augustino. 128. 1.

Celebrata quo die anni. 129. 2.

Rhetor illustris fuit Aug. 7. 2.

Richardus de Anibalibus primus protector Eremitarū. 117. 1.

Robigalia. 46. 1.

Romanian<sup>o</sup> Aug. Mecenas. 9. 2.

Romani gentiles pquã rani. 14. 1.

Romam qua de causa venit Augustinus. 137. 2.

Romanorū optimus vocatus fuit  
Augustinus, & quare? 117.  
2.

Romanis pontificibus multa scri-  
bit Augustinus. 175. 2. &  
alijs.

Romani Pontifices firmant, &  
sequuntur doctrinam eius in  
materia de gratia. 184. 1.

Roricus edificat templum S. Augu-  
stino quando. 245. 1.

Rupertus Holcotb improbat. 64. 2.

Rupertus Abbas laudat Augu-  
stinum sepe, & valde super  
Euangelium S. Ioannis. 246.  
2.

## S.

Sabus quis. 2. 2.  
Sacristæ Romani Pontificis  
Augustiniani. 120. 2.

Sal catechumenis dabatur, & Au-  
gustino in pueritia. 4. 2.

Scapulare religiosorum, vnde suā  
habet originem. 126. 2.

Caracala vocabatur. 127. 1.

Seculares non faciendi præfules  
70. 1.

Semipelagiani qui fuerūt, & lau-  
des multæ Augustini propter  
illos. 185. 2.

Senex videbatur August. ob la-  
bores in ipsa iuuentute. 206.  
2.

Septuaginta ciuitates dicitur Au-  
gustinus habuisse, quare. 111.  
2.

Seruire Deo proprium est mona-  
chorum. 52. 1.

Sermones apud Aug. ad fratres  
in eremo non spernendi. 66. 1

Serapidis templum cecidit Au-  
gustini tempore. 166. 2.

Sermo de baptismo Aug. libera-  
tur à mendis. 61. 2.

Sermo latinus etiam vulgaris in  
Africa. 174. 1.

Setabis vidit primum Hispaniæ  
magnum monasterium. 104.  
1.

Sigillum S. Augustini. 205. 1.

Sigisberti epistola celebris apud  
auctores multos. 80. 1.

S. Simplicianum consulit Augu-  
stinus 27. 1.

Simulatio duplex. 159. 1.

Speſtacula iheatica quid mali  
fecerunt Augustino. 13. 1.

S. Stephanus orauit pro conuer-  
sione S. Pauli in cælis 32. 1.

Aduocatus fuit Augustini. 208.  
2.

Simul cum Augustino apparuit  
Toleti. 233. 2.

Studia Deo dirigebat August.  
139. 1.

Substantiam agnouit incommu-  
tabilem Augustinus per cæsta-  
sim. 21. 2.

Suffraganeos arguit Aug. 165. 1.

Suffragium dedit Episcopo, qui  
postea malus, & multum do-  
luit Augustinus. 205. 2.

Superpellicea vnde dicta. 87. 2.

Ea poterāt vti Eremitæ Augusti-  
ni,

ni, si clerici essent, vt & hodie  
solent in peragendis aliquibus  
officijs, clericalibus. 88. 1.

Symachus misit Augustinum  
Mediolanum. 7. 2.

## T.

Tageta Agasta Augustini patria  
1. 1.

Tageti comparatur August. 6. 1.

Taio Casaraugustanus Episcopus  
audiuit S. Gregorium de glo-  
ria Augustini. 242. 2.

Te Deum laudamus, vide Canti-  
cum.

Tello Canonicus Regularis illu-  
stris. 112. 2.

Tempus inter conuerſionem, &  
baptismum Augustini expen-  
ditur. 43. 1.

Tenebrarum opera quæ. 34. 1.

Theologi graues subnotantur.  
157. 1.

Theologiam scholasticam amplia-  
uit Aug. 192. 1.

S. Theotonius Canonicus Regu-  
laris. 112. 2.

S. Thomas Aquinas magnus Au-  
gustini sequax. 129. 1. Cum  
ipso apparuit. 244. 1. Mul-  
ta ei supposita sunt opera. 16.  
1.

Ticonij regula de temporibus.  
44. 1.

Timasius, & Iacobus Pelagij dis-  
cipuli, sed conuersi ab Augu-  
stino. 181. 1.

Tolle lege audit Augustin. 32.  
2.

Translatio prima S. Patris Aug.  
225. 2. Secunda. 227. 1.  
De vtraque scribit Petrus Ol-  
dradus ad Carolum magnum.  
229. 2. Ob Translationes  
Sanctorum fiunt beneficia di-  
uina. 230. 1.

## V.

Valerius Hipponensis E-  
piscopus optimum pe-  
tebat à Deo successorē,  
& exauditus est. 81. 2. & c.

Veritatem solam amabat Aug.  
in studijs. 137. 1.

B. Veronica vidit Augustinum  
in contemplatione. 244. 2.

Vestes Augustini moderatæ.  
201. 2.

Vestes Augustinianorum quare  
lauandæ ab ipsis, vel à fullo-  
nibus. 75. 1.

Victorinus laudatur. 20. 2.

Conuersio eius narratur Augu-  
stino. 27. 2.

Victoria reportata præcibus Au-  
gustini. 223. 1.

Viginti annos actū contra Pela-  
gianos 185. 2.

Vigilias quomodo seruat Augu-  
stinus. 208. 2.

Virga miraculosa in sepulchro  
Augustini. 226. 1.

Vnio Eremitarum, tempore In-  
nocentij quarti. 115. 2.

Vnio Eremitarum sub vno Ge-  
neralissimo Priore, tempore  
Alexandri quarti. 116. 1.

I N D E X.

<i>Volaterranus improbat.</i> 115.	<i>Urso Tribuno multis modis occurrat</i> Aug. 171. 1.
<i>Volasiani dictum de Augustino.</i> 164. 1.	<i>Vualfridus aduertitur.</i> 4. 2.
<i>Votum solemne quid?</i> 79. 1.	<i>Vuandali, &amp; alij persequuntur Augustinianos.</i> 110. 1.



FINIS.

¶ *Commissa, & Omissa.*

Fol.	pagina.	linea.	Correctio	Folium.	pagina.	linea.	Correctio.
11.	1.	8.	quæreremus.	106.	1.	3.	DCXX.
12.	1.	9.	inquieta.	148.	2.	27.	facris.
20.	1.	3.	ventis.	146.	2.	3.	ad marginem
20.	2.	9.	Apostolo.	Ru pertus 7.	de operibus Spiritus sã		cti.c.19.
25.	1.	9.	lætus.	151.	1	1.	& magnos & bonos
27.	2.	23.	qua.	160.	1.	9.	edicta.
in eadem pagina linea 2. ad verba				166.	1.	16	flaſteria.
August. in 39. Iob deest, mortificet.				156.	1.	1.	ibi est quod
28.	2.	8.	ad marginẽ	sequitur dic antecedens.			
deest Sylu. epist. ad Amandum.				217.	1	12.	ad marginem
41.	2.	5.	ad marginẽ	dele fusa contra charitatem.			
deest Arator in acta Apostolorum.				145.	1.	23.	sanctè
69.	2.	14.	laici.	227.	2.	23.	vociferantes.
87.	2.	19.	pyrrhon.	223.	1.	10.	dele ad margi-
85.	1.	27.	vigesima quin-	nem Salmanticæ. Cætera facilè po-			
ta de quinquaginta homiliis, & sic				teris corrigere, & me vbicumque			
ad marginem Dominica 3. aduersus				volueris.			
ordinatus fuit Episcopus, vt habent							
Chronica Hispan. Rom. lib. 1. c. 15.							